

I

I

Op

E

VS SACRVM
ECCLESIAE
TOLOSANÆ,

VNC PRIMVM IN VNVM
congestum, & à quàm plurimis, quibus
antea scatebat mēdis expurgatum,
Scholiisque ac notis illustratum,

*era ac Studio SIMONIS DE PEYRONET,
Doct̃oris Theologi, & Rect̃oris Ecclesia
Parochialis B. MARIAE nuncupatae de
Tauro; Necnon Iudicis Metropolitañi, in
Archiepiscopatu & Provincia Tolosana
Vices-gerentis.*

TOM. I.




TOLOSÆ,

x Typographiâ Viduæ ARNALDI COLOMERÏ,
Regis Clerique Typographi.

M. DC. LXXIX.





524 +





ILLVSTRISSIMO
ECCLESIAE PRINCIPI
DOMINO DOM.

CAROLO D'ANGLVRE
DE BOVRLEMONT,

ARCHIEPISCOPO TO O ANO.

Regi Christianissimo ab vtrisque
Consilijs, &c.

HCC E me tibi sisto iterum,
ARCHIEPISCOPUS SVL LLVSTRISSIMVS ME,
Sacraturus eisdem aris lu-
cubrationum mearum fructus, quibus
superioribus annis primitias quasdam
libaveram; exposcebat id siquidem
iuris nostri ratio, ut post fori nostri,

seu potius tui Decreta, sub tuis au-
picijis, anno millesimo sexcentesimo,
xagesimo quinto, luce publicâ don-
ta, antiquæ Ecclesiæ Tolosane leg-
tandem manarent in vulgus, ad qu-
rum normam, sacri Themidis myste-
qui tuis in tribunalibus iustitia lu-
tant, in Ecclesiasticis causis disci-
ptandis ac deffiniendis, iudicia sua
dirigerent. Habes igitur hîc à m-
misus, III RSVL ILLUSTRISSI
mea quidem sententia magnum. Tibi
enim offero Decessorum tuorum factæ
Sanctiones, veteres ac novas, qua-
rum pleræque nondum lucem asper-
rant, alia verò, aut vagabantur in in-
certo, aut delitescabant in obscuro
Sunt autem eiusmodi, ut exemplum,
perfectissimamque quasi ideam Ec-
clesiasticæ discipline exhibeant, ac
velut exactissimum aliquod specu-

lum, in quo rugas, nauos, maculas, defectusque suos omnes videre, & clarè agnoscere queant, quolquot ad Christi Ecclesiam pertinent; nec videre tantum & agnoscere, sed remedia simul parata in promptu habere, quibus quidquid, vel in uniuerso Ecclesia tua Tolosana corpore, vel in singulis eius membris deforme, prauum, distortum, saucium, morbidumque sit, emendetur, cureturque. Quare iure ac meritò non Diocesis modo, sed Prouincia Tolosane Clerus letari uniuersus debet; tibi-que gratulari, quòd te potissimum auctore, iussuque tuo, latentes è tenebris eruerim, errantes in unum uelut fascem collegerim, interpolatas ac confusas distinxerim, & notis quibusdam illustrare tentauerim, deprauatas uerò, ac mutilas, à plusquam sexcentis

quibus antea scatebant mendis per-
purgatas suo pristino nitore restitu-
rim. Deceueram iam pridem singula-
rum, qui eas condiderant, ac precipue
tui, qui eorum pars magna es, hinc Elo-
gia attexere; sed cum id antea fuerit
prestitum à nobis, in nostro Prasulum
Tolosanorum syllabo, anno de quo
supra Typis vulgato, ac tuo nomini
inscripto, supersedeo, & sanè rectè id
quidem, cum uiuant illi etiam cum
mortui, & à se laudata uirtus sui
ipsius preconem agat. Quod uerò ad
te spectat, A HIPRASVL ILLUSTRIS-
SIME quia te auersum ab omni laude
video, taceo, & in silentio spirantem
nostrum affectum te benignè susceptu-
rum confido. Hoc unum tamen à te de-
posco, ut quidquid est in hoc opere con-
cinnando laboris, & diligentie, quod
tibi meritò dicatum esse uolui, tantif-

et æqui bonique consulas , Et mihi
solius observantiæ laudem affectanti,
imperenne venerationis monimentum
tuis tuis appendere permittas , do-
nec alia te digniora occurrant , qui-
bus animi erga te mei propensam vo-
luntatem testatam posteris , consigna-
tamque relinquam. Tolosa pridie
Galendas Aprilis anno millesimo sex-
centesimo sexagesimo nono.

ILLY TRISSIMÆ D MINAT ONI IVS.

Additissimus & obsequen-
tissimus,

SIMON DE PEYRONET.




LECTORI.



Ecimus octauus hic annus est, LECTOR CAND DE, ex quo illustriſſimus Monchallius Archipræſul Tolofanus, Eccleſiaſtica diſciplinæ vindex acerrimus, hanc nobis legem dixerat, vt conſtitutiones omnes Eccleſiæ Tolofanæ, cùm Diœceſanas, tum Prouinciales, quæ ad Eccleſiaſticam politiam ſpectarent, ſeligeremus, & in vnum veluti corpus compingere-mus. Sed vix manum huic operi admoueramus, cùm mors eum Carcaſſonæ nobis eripuit, magno ſui bonis omnibus relicto deſiderio; at poſtmodum Petrus de Marca, vir præſtantiſſimus, & ſcriptis ſuis, non Galliæ modò, ſed toti Europæ notiſſimus, qui in eius locum ſuffectus fuit, hanc quoque nobis Prouinciam demandauit. Verùm, cùm hæ conſtitutiones, ita
eſſent

essent hac illac sparsæ, totque mendis sca-
terent, vt iis colligendis, corrigendis, ac
Typis mandandis, & tempore & impen-
dis non modicis, opus esset; eorum im-
perium detrectare mens sæpe fuerat, nisi
Illustrissimus Ecclesiæ Princeps CAROLVS
D'ANGLVRE DE BOVRLEMONT, qui nunc
Ecclesiæ Tolosanae præest, vires & ani-
mum adiecisset, sumptuque Cleri, eas
typis excudi curasset. En tibi igitur, LE-
CTOR CANDIDE, Diœcesis ac Prouinciæ
Tolosanae constitutiones in vnum corpus
collectas, quibus Iuris sacri Ecclesiæ To-
losanae titulum meritò præfiximus, cum
sint excerptæ ex illis, quas primùm Ber-
nardus de Rosergio Archipræsul Tolosa-
nus dignissimus collegerat, & anno 1452.
in sua Paschali Synodo promulgauerat.
quas postmodùm Ioannes d'Orleans Car-
dinalis de Longueville, & Archiepiscopus
Tolosanus, statutis Synodalibus Diœce-
sis Tolosanae, quæ anno 1531. euulgauit,
magna ex parte inseruerat, sed mendo-
sas, mutilas, ac plerisque in locis interpo-
latas, nullà etiam Bernardi nostri facta



mentionem. Quare nos, ut tanti viri, Citi nostri, memoriã vindicarem, earum exemplar M. S. nacti, eas inde deproptas, nunc publici Iuris facimus, & notis adornamus, cum iis, quas Ioannes d'Orleans, anno de quo supra ediderat, et eius statutis Synodalibus diligenter exscriptas, emendatas, ac notis quoque illustratas. Huius autem M. S. Codicis copiam nobis fecit Dominus de Reilhac Ecclesie Tolosane Canonicus, vir probus & literatus, & in huiuscemodi priscis monumentis conquirendis, præsertim quæ ad Ecclesiam Tolosanam spectant, quorum complura penes se habet, non indiligens. His adiunximus, Concilij Prouincialis Tolosani sub Eminentissimo Cardinali à Ioyosa Tolosæ habiti, Canones sacros, à nobis notis marginalibus, aliisque ad huius voluminis calcem fusioribus insignitos: Ac postremò posteriores aliorum Tolosane sedis Præfulum, eorumve Vicariorum generalium sanctiones, & decreta. Hæc in antecessum scire te volui LECTOR, & saluere.

APPROBATIONES DOCTORVM.

NOS infra scripti Theologiæ Professores in Academia Tolosana, attentè inspeximus præsens opus, Cui titulus est, *IVS SACRVM ECCLESIE TOLOSANE*, in vnum primum congestum & Notis illustratum, *Autore Clarissimo viro SIMONE DE PEYRONET, Doctore Theologo, Parocho Beate Mariae de Tauro, ac Iudicis Metropolitanæ in Archiepiscopatu & Provinciâ Tolosana, Vices gerente*; in eoque nihil deprehendimus, quod repugnet Fidei, quam Sancta Romana Ecclesia proficetur, vel morum probitatem offendat; imò illud iudicamus propter Doctrinæ soliditatem, Styli nitorem, & rerum copiam, valde insigne, omnibusque præsertim Ecclesiasticis utile, quod & Typis excudi, & immortalitati commendari debeat. Datum Tolosæ apud Sanctum P. Augustinum die octaua mensis Aprilis, anno millesimo sexcentesimo sexagesimo nono.

Fr. LANDON Regius Profess.

Fr. IOSEPH BRUNET Prof. Regens
Patrum Augustinensium.



SYNODVS

DIOECESANA TOLOSANA

ann. 1452.

Decreta & Statuta Ecclesiastici juris restituendi gratia edita, in Synodo Paschali Tolosæ celebrata, anno Domini 1452. Præsidente Illustrissimo & Reuerendissimo in Christo Patre ac Domino Bernardo de Rosergio, ciue Tolosano, in Theologia Magistro, Comite Sacrorum Canonum, & Legum Doctore, Archiepiscopo Tolosano.


INDEX TITVLORVM.

PRÆFATIO.

1. *De his quæ pertinent ad fidem.*
2. *De Baptismo.*
3. *Ut Presbyteri non sint sine licentia comparres in Baptismo, vel confirmatione.*
4. *De Sacro baptismatis fonte.*
5. *De Vasis sacris baptismatis, oliorum infirmorum securè tenendis.*
6. *De Eucharistia, & Sacerdotum, & Altarium ornamenti.*

7. De Eucharistia, & Vasis Ecclesia honestè tenendis.
8. De modo portandi Corpus Christi ad infirmos.
9. 10. & 11. De Missa celebranda.
12. De sacerdotibus frequenter non celebrantibus.
13. De officio Ecclesiasticorum.
14. & 15. Ut Pastores & Curati inducant populum venire ad Ecclesiam pro audiendo Missam.
16. 17. & 18. De audientibus Confessiones.
19. De publicè penitentibus.
20. De Infirmorum Visitatione.
21. De collatione Extrema-unctionis, & aliorum Sacramentorum expositione.
22. De cessatione à divinis propter Clericos captos, vel propter possitores litterarum Curia nostra.
23. De Sacris ordinibus recipiendis.
24. De officio Diaconi.
25. De Matrimonio, & Bannis Edendis.
26. 27. 28. 29. 30. De sepulturis.
31. De Excommunicatis ad aliquem honorem non promovendis.
32. De his qui steterunt per annum in Excommunicatione.
33. De Clericis, & alys excommunicatis Ecclesiasticis.
34. De Clericis, vel Laicis, qui trahunt Clericos vel Religiosos coram Iudice seculari,
35. De Ecclesiasticis Mercantibus, seu negotiantibus.
36. De his qui Excommunicatione ligati Ecclesiam intrant irreverenter.
37. De salutari Pœnitentia iniungenda ijs, qui in Excommunicationis vinculo diu steterunt.
38. De occupantibus, invadentibus, bona mobilia & immobilia Ecclesiastica.
39. De Impedientibus Iurisdictionem Ecclesiasticam.

40. De Decimis diligenter petendis.
41. De retinentibus Iure, oblationes, & funeralia, ad Eccl^{iam}, parochiales pertinentia.
42. De Vita & honestate Rectorum & Curatorum.
43. De publicè tentantibus concubinas.
44. De residentia personali.
45. De introitu Synodali.
46. & 47. De non venientibus ad Synodum.
48. De arrendamento fructuum Ecclesiarum.
49. De Donibus à Rectoribus conservandis & constituend.
50. De questoribus recipiendis.
51. De Clericis arma portantibus.
52. De Usurarijs.
53. De Soriticis & Divinis.
54. De Perjuris.
55. De ijs qui falsant sigillum, vel litteras Curie Archiep^{iscopalis} Tolosane.
56. De officio visitationis.
57. De pulsatione Campanarum, & de Ave Maria dicenda.
58. De vigilis Sanctorum.
59. & 60. De festiuitatibus mortuorum.
61. De reuitis seu particularibus memorijs defunctorum.
62. Ut Irresbyteri non habentes curam animarum, intersint Divinis officijs.
63. De s^{an}ctiuitatibus & jeunijs mandandis.
64. De mulieribus de nocte secum pueros minores unus cum in lecto tenentibus.
65. De ornamentis Ecclesia non alienandis.
66. De statutis Synodalibus a quolibet Parocho, habendis & seruandis.



INCIPIUNT CONSTITVTIONES
SYNODALES CIVITATIS TOLOSÆ,
ET DIOECESIS.

P R Æ F A T I O.



D honorem sanctæ & Indiuiduæ
Trinitatis, Patris, & Filij, & Spi-
ritus sancti, & Gloriosæ Virginis
Mariæ, atque Protomartyris

Beatissimi Stephani, in cuius laude & præ-
conio Ecclesia Metropolitana Tolosana
est fundata, & omnium Sanctorum. Nos
BERNARDVS miseratione Diuina Archie-
piscopus Tolosanus, cupientes subiectos
nostros in his, quæ ad salutem animarum
pertinere noscuntur, feliciter gubernari,
infra scriptas Institutiones, & Constitu-
tiones in hac præsentis Synodo duximus
promulgandas.

Cum autem propter peccatum primo-
rum parentum humana natura adeò sit
gratiæ auxilio destituta quòd ad volupta-
tes exsequendas sit labilis atque prona, ad

bona verò peragenda debilis & remiffa
tantum quòd etiam propter pœnas in iure
statutas mala perpetrare non omittat: bo
na verò ad quæ obligantur homines à pa
ciffimis vel nullis, ad finem laudabilem
perducantur. Nos fanctorum Patrum actus
imitari volentes, inducimur ad statuenda
aliqua, per quæ vitia comprimantur, &
virtuofi actus, à Clericis, & maximè Re
ctoribus & Curam animarum habentibus,
debeant exerceri; ficque Chriftiana reli
gio ipforum exemplo, magis ac magis fa
lutaribus proficiat incrementis; confide
rantes etiam, quòd multa Prædecefforum
noftorum ftatuta, fuper hæc materia edi
ta, non fuerunt ficut decuit & debuit, à
Clericis obferuata, imò in contemptum
& obliuionem aliqua deuenierunt: Idcir
co decreuimus quædam ipforum ftatuto
rum de nouo condere, quædam vero re
formare, propter varium decurfum tem
poris, cùm fecundùm fanctorum doctri
nam omnia debeant fuis temporibus
conuenire.


Statuimus

Statuimus igitur & ordinamus, quatenus statuta nostrorum prædecessorum præsentì Synodo renouata, nec non per nos de nouo edita, inuolabiliter obseruentur. Verùm quia frequenter memoriam hominum fallit obliuio, prudentum cautela edocuit, aduersus obliuionis dispendium scripturæ suffragio prouidere.

Igitur ne aliquis de cætero obliuionis, vel ignorantia prætextu se valeat excusare, statuta prædecessorum nostrorum infra scripta duntaxat, cum quibusdam aliis per nos editis, de multorum sapientum uirorum consilio, in scriptis redigi, & colligi fecimus, ac præcipimus publicari.

I.

Tit. de his que pertinent ad fidem.

 M secundum sanctorum testimonium fides sit omnium bonorum fundamentum, & sine fide impossibile sit Deo placere. Statuimus & ordinamus:

A

ac districtè præcipiendo mandamus quod omnes & singuli Pastores, ac Curati civitatis & diocesis Tolosanae, de cetero, & ex nunc, habeant scire quatuordecim articulos fidei, septem ecclesiastica sacramenta, decem præcepta legis, septem opera misericordiae, septem peccata mortalia, & in his omnibus cum diligentia populum sibi commissum instruant: prout & quando videbunt expedire, potissimè diebus Dominicis & festivis: in Adventu Domini, & in quadragesima hoc fieri præcipimus & mandamus; ne ex eorum defectu populus à fide deviet; & omittat facere ea ad quæ districtè obligatur, & ut populus sic instructus vitia & peccata fugiat, & ad bona opera incitetur.

Renovata est hæc constitutio ab Illustrissimo Domino d'Orleans in eisdem ferè, verbis Cap. I. de fide Catholica hoc addito, quod per singulos menses una die Dominicâ ad minus id fieri debeat; et Iure novo Dominicis saltem, & alijs festivis diebus, parochus pueros parochiæ suæ fidei Rudimenta ac doctrinam christianam, & obedientiam erga Deum, & parentes, bonosque mores docere tenetur, ut diserte statuit Concilium Tridentinum sess. 24. de Reformat. cap. 4. vers. idem etiam, & ad huius præclari instituti majorem observationem emanavit constitutio Pii V. incip. *Ex debito pastoralis officij* die 6. Octob. 1572. vide infra Concil.

II.

Tit de Baptismo.

BT quia ad protectionem & salutem animæ & corporis, sunt instituta ecclesiastica sacramenta, summo perè attendendum est, vt cum multa deuotione & reuerentia conferantur, ne ex eorum collatione aliquod possit periculum imminere, idcirco in collatione baptismi, qui est spiritualis fabricæ fundamentum, & ianua aliorum sacramentorum, sit quilibet sacerdos sollicitus circa prolationem verborum, quæ sunt de essentia formæ; vt illa distincte & cum deuotione proferat, baptisandum sub nomine proprio nominando sic dicendo, *Ego te baptiso in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen;* aquam sanctificatam, super capita ipsorum baptisandum, prout conuenit cum aliquo vase honesto ter infundendo. Si vero infanti mortis periculum imminet, potest per laicum baptisari, forma tamen supradicta seruata, aqua super caput eius ter infusâ. Et de hac forma teneatur Curatus quilibet suum populum informare;

videlicet, quod in necessitatis articulo, ubi deest Clericus vel sacerdos, doceat Laicos Masculos & fœminas ubi viri non possent interesse, & etiam patrem & matrem, si ab non fuerint à quibus valeant baptisari, sub formâ scriptâ parvulos baptisare. Cumque parvulus a Laico sic baptisatus fuerit quam citiùs fieri poterit ad Ecclesiam portetur, & Sacerdoti præsentetur, & per sacerdotem Chrisinate consignetur. Et fiant omnia alia quæ ante baptismum & post consueverunt fieri secundum modum in Ecclesiâ consuetum, & per Ecclesiam approbatum. Sacerdos vero interroget diligenter Laicos, qui in necessitate sic baptisauerunt, de modo & forma sub qua baptisauerunt. Et si inuenierit formam fuisse seruatam, nullatenus puer rebaptisetur; Si autem de forma dubitetur sacerdos baptiset infantem sub his verbis. *Si baptisatus vel baptisata es, non intendo te baptisare, sed si baptisatus vel baptisata non es, Ego te baptiso in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.* Et hæc verba proferat altâ voce ut assistentes audiant ne aliquis crederet ut quis possit bis baptisari.

ET quia J Renouata est hæc constitutio à Domino d'Orleans statutis suis Synodalibus cap. 3. de Baptismo iisdem fere verbis in quibus

ta ren expungenda verba illa, qui in necessitate sic baptisati fuerunt, quæ sensum inuertunt potius, quam Legislatoris mentem explicent & repone baptisauerunt vt hic & in Autographo habetur.

Aquam sanctificatam) Id est benedicam, seu consecratam per orationes scilicet sacerdotis, & infusionem chrisimatis noui id est, anni præsentis, can. si quis 122 de consecrat dist. 4. ibi enim dicitur, extra casum necessitatis sine tali Chrismate baptisari nullum posse; proindè peccat mortaliter, qui baptisat in alia aqua, quàm quæ præcepto Ecclesiæ ad id determinata est, cuiusmodi est sacrorum fontium. In casu verò necessitatis quamlibet aquam, modò vera sit, ac naturalis adhiberi posse liquido constat ex constitutione Victoris Papæ epist. 1. quæ habetur c. Celebritatem 22. de consec. dist. 3.

Cum aliquo vase honesto) quod adhibendum præcipit Concil Mediolanense 3. sub Gregorio 13. cum de baptismo his verbis: *Ad aquam Baptismatem infundendam, ne manus, sed vas quod ob eam causam paratum, in fonte baptismali, ejuſde Ciborio asseruari debet, adhibeatur. Quin & decreta Bonhomij cap. de baptismo, Aquam autem sacri fontis super infantis caput, non manu, sed vasculo argenteo aut christallino fistulæ, (vt aiunt) ex Maiolica infundat. At ne illa in eandem fontis aquam redeat, sed vel in sacrum, vel in peluim recipiatur, vt illa pura, ac nuda semper seruetur. Sed aduertendum quod si peluj excipiatur, ea ne adhibeatur, quæ Ecclesiæ tantum vsu addicta non sit, vt monet Concil.*

Mediol. 5. sub eodem Gregorio XIII. Cap. de his quæ ad Baptismum pertinent:

Ter infundendo) juxta antiquum Ecclesiæ morem cuius disertè meminit Tertullianus aduersus Praxeam Cap. XXV. & lib. de corona militis Cap. 3. ac Synodi Andegauensis ann. 1275. celebratæ constitutionem; cuius hæc sunt verba : *Intelleximus quosdam sacerdotes, ignorantia vel negligentia depreßos qui cum Infantes baptisant, illos quos baptisant semel immergunt in aquam, vel vno contextu aquam fundent super eos, licet mater Ecclesia generali consuetudine conseruet quod baptisandi non semel, sed ter immergantur, vel trina effusione, aqua in baptisandos fundatur: & merito cum trina effusio plena conueniat forma, quam dominus tradidit in baptismo dicens : In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, Amen. Et ideo istam formam trina immersionis, vel aqua effusionis, tuis precipimus obseruare.* Porro ritum hunc etiam Romanam Ecclesiam iam à multis retrò sæculis retinuisse, probat ordo Romanus de officiis diuinis Cap. de sabbatho sancto. Quid verò mystici per trinam illam immersionem seu effusionem signetur, docet sanctus Grægorius magnus scribens Leandro Episcopo Hispalensi lib. 1. epist. 41. quæ refertur can. de trina 80. de consecrat. dist. 4. sed & ante eum egregiè etiam explicat D. Augustinus in homilia illa quæ refertur à Gratiano decreti 3. part. de consecratione dist. IV. can. LXXVIII.

Potest per Laicum baptisari) can. constat 19. can. in necessitate de consecrat. dist. 4. Concil. Florent. in decreto de Armenis : quod ita tamen intel-

fige, si sine solemnibus cærimonijs id peragat, ac absente sacerdote, cui soli ex officio competit baptizare canonibus iam citatis, & si summa premat necessitas; hoc enim casu, ut hîc dicitur, etiam mulier absente viro id præstare potest can. mulier 20. ead. dist. can. super quibus 30. quæst. 3. & d. Concilio Florentino: extra verò illum casum, peccaret Laicus, qui hanc prouinciam sibi assumeret uti docet diuus Thomas in 3. part. qu. 67. art. 3. ad 1. & art. 4. ad 3. & 4. senten. art. 1.

Quod in necessitatis articulo docèat Laicos) Idque quameunque illi sectam profiteantur. Nam & Iudæis quoque, & infidelibus & hæreticis cum necessitas cogit, excommunicatis item, ac depositis hoc munus permissum est; si tamen id efficere propositum eis fuerit, quod Ecclesia Catholica in eo administrationis genere efficit. Hæc autem cum multa veterum Patrum & Conciliorum decreta confirmarunt C. à quodam Iudæo 24. cum multis ec. seq. de consecrat. dist. 4. tum verò Concil. Florent. in instructione Armenorum sub Eugenio IV. his verbis: *In causa necessitatis non solum sacerdos, vel Diaconus, sed etiam Laicus, & Mulier, immo & Paganus & hæreticus, baptizare potest dummodò formam seruet Ecclesia, & facere intendat quod facit Ecclesia.* Quin & à Tridentina Synodo Anathema in eos sancitum est, qui dicere audeant, baptismum qui etiam datur ab hereticis; in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, non esse verum baptismum. Id autem exceptum est, ne quis sine lauacro regenerationis

ex hoc loco decedat, ut habetur d. can. constans sine, quam ob causam etiam pater ut hic dicitur proprium filium, in extremo vitæ positum, & nondum baptisatum, baptisare potest, nec ideo Matrimonio, vel copula vxoris arceatur. can. ad limina XXX. q. 1. & in hoc profectò, ut Catechismi Romani verbis loquar, summam Domini nostri bonitatem, & sapientiam licet ammirantiam cum hoc sacramentum necessariò ab omnibus percipiendum sit; quemadmodum aquam ejus materiam instituit, quâ nihil magis commune esse potest; sic etiam neminem ab ejus administratione excludi voluit: quamuis, ut dictum est, non omnibus liceat solemnes cærimonijs adhibere: non quidem quod ritus, aut cærimoniæ plus dignitatis, sed quòd minus necessitatis quàm sacramentum habeant.

Ad Ecclesiam portetur) Parochialem scilicet, idque intra certum ab ortu diem de quo nos infra in notis ad Concil. Prouinciale, vel cum primum per valetudinem licuerit, non eam quidem ob causam, ut iterum aquâ infundatur, quod nefas est, sed ut si rectam baptisami formam domi seruata esse constiterit, exorcismi, & catechismi, & vnditiones, aliæque cærimoniæ ex Ecclesiæ ritu tantum adhibeantur, vti præscribunt Concilia Mediol. 1. sub Pio IV. Remense sub Gregorio XIII. Mechliniense sub Paulo V. aliæque & hoc casu, ut rectè aduerit Concil. Mediol. 4. sub eodem Gregorio XIII. *Infantis, qui domi ob necessitatem baptisatus est, baptisamus in libro bap-*

fatorum , à Parocho de more referatur : notato patri-
ni nomine , & qui domi ad baptismum , & qui in
Ecclesia ad Cathedismum , exorcismumque adhibitus
est.

De modo & forma sub qua baptisauerunt)
num scilicet infans sit perfusus aquâ , & quâ , qui-
busque verbis.

Nullatenus rebaptisetur) ne quidem sub con-
ditione , vt monet Concil. Remense iam laudatum.

Sacerdos baptiset his verbis si non es baptisatus)
vti habetur cap. 2. ext. de baptismum & eius effectu
vbi Alexander III. indicat eos de quibus dubium
est , an baptisati fuerint , baptisari oportere his ver-
bis præmissis ; *si baptisatus es , non te baptiso , sed
si nondum es baptisatus : Ego te baptiso in Nomine
Patris , & Filij & spiritus sancti* ; quæ est etiam
Odonis Parisiensis Episcopi sanctio in statutis Sy-
nodalibus cap. de baptismum num. 4. ac Concilij
Lugdunensis sub Cardinali à Turnonio & hæc
ultima forma , quâ vtimur in hac Diœcesi , præ-
scripta postmodum fuit à Rituali Romano ; propè
similia ann. 1259. circiter statuta leguntur à Si-
mone Cardinali Legato in Santonenſi Concilio
can. 2. Hac tamen conditionali formâ , non passim
aut leuiter vti licet , vt hic dicitur , & reatè
submonemur Rituali Romano , sed prudenter,
& vbi re diligenter peruestigatâ ; seu , vt loquitur
Leo Papa can. cum itaque de consecrat. dist. 4.
solicitatâ examinatione discussâ , probabilis subest
dubitatio , infantem non fuisse baptisatum.

III.

*Tit. ut Presbyteri non sint sine licentia compatri
in baptismo vel confirmatione.*



QUOD sub specie boni frequenter plura mala instigante diabolo committantur. Prohibemus quod nullus Rector, seu Vicarius Ciuitatis & diocesis Tolosanæ curam seu regimen animarum habens, commatrem seu filiolum in sacro fonte baptismi, vel in collatione confirmationis, sit ausus de cætero facere, & hoc sub poenâ quinque solidorum fabricæ Ecclesiæ Tolosanæ applicanda; Nihil tamen in quantum ratione officij in conferendo baptismum est adstrictus, vel in casu necessitatis, vel nisi de nostra, vel vicarij nostri licentiâ petitâ & obtentâ.

REnouauit hæc eandem constitutionem D. D. d'Orleans cap. 3. de baptismo, eamque non ad parochos modò, sed ad alios clericos in sacris ordinibus constitutos protraxit: nullâ tamen mulctâ, quæ hic legem perfringentibus irrogatur, factâ mentione; dempsitque verbis illis, *nisi tamen*, quæ sine dubio restituerda sunt, alioquin postremorum

huius constitutionis verborum sensus cum prioribus coherere vix potest, qui alius non est, quàm per hanc constitutionem non tolli obligationem, quâ tenetur Parochus, sacrum baptisma suis ouibus impertire; licet per huiuscemodi sacramenti collationem spirituales cognationem contrahat, seu, vt huius constitutionis verbis vtat, commaternitatem faciat, cum matre pueruli quem baptisat. Sed ne quis existimet binis his nostris tantùm Synodis id cautum esse, S. Carolus idem vetuit in sua Diœcesi Synod. Diœces. 2. Decr. 17. cuius vestigiis inhærentes nonnullæ Galliæ nostræ Synodi Aquensis 1585. Maclouiensis 1620. Apamiensis 1620. sub Henrico Spondano, Alethensis sub Nicolao de Pauillon, Grassensis sub Antonio de Goudeau sed & longè ante Lomberiensis sub Bernardo de Ornesano, Montalbanensis sub Ioanne de Pratis, aliæque id etiam vetuere: non ea tamen seueritate, quin in gratiam proximorum parentum Clericis suis id permittant, Sed nec in parochis modò, ac Clericis; sed etiam in Episcopis id improbandum censent Patres Concilii Remensis, sub Gregorio 13. habito, quod ab eodem Gregorio probatum, atque confirmatum fuit, vbi hæc habentur: *Conuenire etiam iudicamus, vt Episcopus in propria diœcesi, & parochus in sua parochia, & initiatus sacris ordinibus in sua residentia vel beneficio loco, pueros de sacro fonte non suscipiant.* Sed quidquid sit de his constitutionibus, quæ nobis tamen summæ venerationi semper erunt, certo certius est, hanc suscipiendi facultatem, Presbyteris diu concessam fuisse, cum & apud

Victorem Vticensem lib. 3. de persecutione Vandalica venerabilem Muritam Diaconum & in Historia sanctæ Sufannæ Martyris, Gabinium Presbyterum, & apud Gregor. Turon. lib. 6. Histor. Francorum Ragnemodum Episcopum susceptoris officio functos fuisse legamus: sanè Rituale Romanum Regulares tantum, non Clericos sæculares ab hac susceptione excludit iuxta can. non licet 103. cum can. seq. de consecrat. dist. 4.

IV.

Tit. de sacro baptismatis fonte.

Statuimus insuper quod sacri fontes baptismatis mundè teneantur & cum fideli sera claudantur; Et desuper sit semper coopertura honesta de panno lineo, vel de pellibus honestis, aut de alio panno honesto.

Eadem habet iisdemque verbis Synodus Tolosana sub Ioanne d'Orleans sæpe laudata nonnullis adiectis, *Videlicet ut munds omnia sint & decentia, structuraque conueniens, & oleo benedicto, libro & vasculis debitis, aliisque necessarijs nunquam destituantur. Et que in renovatione prædictorum fieri sans solita obseruentur.*

MVndè teneantur) cùm in illis candidam innocentia vestè recipiamus vt hic appositè adiciit Synodus Tolosana proximè citata hinc vestis candida baptisatis olim in eius rei symbolum data vt esset iudicium vt notat .D. Ambrosius lib. de iis quì mysteriis inicianur cap. 3. quod exuerint inuolucra peccatorum, & induerint innocentia casta velamina; vel vt loquitur Rabanus Maurus lib. de institutione Clericorum, qui refertur can. post baptismum 91. de consecrat. dist. 4. Vt quorum prima natiuitatis faciem vetusti erroris pannus fuscauerat, habitus secundæ generationis gloria praserat indumentum.

Cum fidei sera claudantur) Constit. Odonis Episcopi Parisiensis 1175. c. 3. fontes sub sera clausi custodiantur, propter sortilegia, chrisma similiter & sacrum oleum sub clauis seruetur. Synodus Lingonensis 1404. corpus Christi, sacra unctiones, fontes sub clauis & sera honestè teneantur, & mundè custodiantur. Synodus Parisiensis 1557. Parochus, vicariusue eius, aut quispiam sacerdos, fontium baptismatis, chrisomatis, & olei infirmorum custodiam habeat, clauemque ad tutiorem rei curam idoneam gerat. Concil. Aquense sub Gregorio XIII. optat etiam hæc Synodus vt fontis baptismalis ostium clauis ac sera rectè occlusum semper maneat; neque clauem; vlli alteri parochus committat sub graui penâ arbitrio Episcopi irrogandâ. Vide quæ hac de re, ex antiquioribus Canonibus infra dicemus cùm de sacris oleis

Et desuper sit semper coopertura honesta) Synodus Ruthenensis sub Georgio ab Armeniaco Cardinali rub. 5. de cr. 8. Et vt cuncta, quæ ad Au-

gustissimum baptismi sacramentum spectant maiore cum
 reuerentia disponantur, volumus sacerdotes nostros, atque
 Ecclesiarum nostrarum operarios pro modo facultatum
 Ecclesiarum suarum, circa fontes baptismales esse sollicitos
 eos decenti atque honesto velamine operiendo, atque libe-
 riorem Laicorum accessum & attactum prohibendo. Con-
 cil. Aquense jam citatum cap. de Baptismo: haec
 Synodus decreuit fontes baptismales in omnibus Ecclesijs
 Frouincia cum omni reuerentia custodiri, operiri decernit,
 & in capellis includi, aut cancellis ligneis defendi du-
 bere, ne aliqua irreuerentia fiat a populo.

Structuraque conueniens aliisque necessarijs
 De Baptisterii forma, ac vasis instrumenti-
 que ad baptisandi vsum pertinentibus, cum eorum
 formulis fusè S. Carolus, tum Concil. Mediol. 4.
 tit. quæ ad baptismi sacramentum pertinent, tum
 lib. 2. Actor. Mediol. Ecclesiæ ubi affatim quæ hic
 desiderantur habes,



V.

*Tit de vasis sacri Baptismatis , oleorum
infirmorum securè tenendis.*



Onsequenter statuimus , vt
vasa in quibus tenentur sa-
crum chrisma , & oleum ca-
thecumenorum , & oleum in-
firmorum , mundè & cum om-
ni diligentia ; & in loco clau-

so , tuto & securo custodiantur & conseruentur ne possint nisi per sacerdotem vel ejus mandato per certum nuntium contrectari. Et in singulis vasis nomen oleorum contento-
rum externis conscribatur. Volumus etiam quod dicta vasa teneantur in Armario , vel in Capsa clausa : & quod ponantur in vna modica capsula ad hoc apta , quæ claudatur cum modica clauē , in qua continuè teneantur. Et cum ad nos pro chrismate mittent , mittatur ad nos per presbyterum , vel per aliquem Clericum honestum , dicta capsula , in qua sunt dicta vasa reposita cum clauē , vt possit aperiri & claudi , dum sanctum chrisma , & oleum Cathecumenorum , & oleum Infirmorum in dictis vasis ponentur , ne aliquis fraudem

aliquam possit in præmissis committere.

MVndè ac in loco clauso &c.) Concil. Mogun-
 ciacum sub Leone 3. an. 813. c. 27. &
 Concil. Arelat. 4. eod. an. 813. can. 18. *Ut pres-
 byteri sub sigillo custodiant Chrisma, & nulli sub preetextu
 medicina, vel maleficij donare inde præsumant; quod si
 fecerint honore priuentur, hoc est, deponantur.* Con-
 cil. Lateranense sub Innocentio 3. Can. 20. & ha-
 betur C. statumimus ext. de custod. Eucharistia,
 Chrisinatis, & aliorum sacramentorum: *statuimus,
 ut in cunctis Ecclesijs Chrisma, & Eucharistia, sub fi-
 deli custodia clauibus adhibitis conseruentur; ne possit
 ad illa temeraria manus extendi ad aliqua horribilia, vel
 nefaria exercenda: Si verò is, ad quem spectat custodia,
 ea incautè reliquerit, tribus mensibus ab officio suspenda-
 tur: & si per ejus incuriam aliquid nefandum inde conti-
 gerit, grauiori subiacet ultioni.* Pontificale Rom. tit.
 ordo ad Concilium: *Sacramentum Eucharistia, &
 sanctum Chrisma, & oleum Cashechumenorum: ac san-
 ctum seu Infirmorum in Ecclesia in loco munda, conceden-
 ti, & securo sub serà, ac fida custodia diligenter serua-
 tum.* Idem cautum Rituali Romano, ac varijs Concilio-
 rum decretis de quibus nos sequentibus notis.

Custodiantur & conseruentur) A Sacerdote sci-
 licet, cui horum cura committitur, sic, vt alijs, vel
 Clericis, vel Laicis, ad ea non pateat aditus, vt hic ait
 Synodus Tolosana sub Ioanne d'Orleans loco su-
 præ citato; sed & Synodus Senonensis 1524. *Fontes,
 Chrisma sanctum oleum, & infirmorū, sub clauē Laicis in-
 cognita, per Curatū, Vicarium, aut sacerdote fidelem diligen-*

ut custodiantur & mundè. Synodus Carnotensis 1526. Quam clauem Parochiales Presbyteri secum deferant, aut in securo & secreto loco penes se & non aliam deponant: Nullique nisi Presbytero, in eorum absentia deputato, eandem, eiusque custodiam; quouis modo committant. Concilium Mediol. 4. sub Gregorio XIII. & Tabernaculi, ubi sacratissimum corpus Domini asservatur, & Armarij item, ubi sacra olea, statim vasculis inclusa custodiuntur, & fontis præterea baptismalis clauis, Rector Ecclesia, animarumue curator, diligenter, cautèque, apud se custodiat: ac ne Clerico quidem ministro illas vltimo modo committat. Nec verò prohibetur, quominus easdem muneris alicujus præstandi causa aliquando committat, quem in officij Parochialis cura coadjutorem habet.

Nisi per sacerdotem contrectari. Concil. Arelatense 4. proximè laudatum sub Leone III. c. 18. Ut Presbyteri sub sigillo custodiant Chrisma & nulli sub prætextu medicina, vel cuiuslibet rei donare inde præsumant. Genus enim Sacramenti est, & non ab alijs, nisi a sacerdotibus contingi debet, quod si fecerint honore priuentur. Concil. Turonense 3. eod. anno 813. Can. XX. Presbyterus iniungendum est, ne sacrum Chrisma foras conclauis dimittant, ubi à quolibet attingi possit. Rituale Roman. sub Paulo quinto, cap. de oleis sacris; hæc vascula ita parata (Chrismatum scilicet & olei sacri) in loco proprio, honesto ac mundo, sub clauis, ac tuta custodia decenter asserventur, ne ab aliquo, nisi à sacerdote temerè tangantur, aut eis sacrilege quispiam abuti possit, & paulò post, Caveat Parochus ne de eis quidquam vlli inquam tribuat cuiusvis rei prætextu. Concil. Burdigalense sub Gregorio 13. Ut sanctum Chrismo

in loco mundo, tuto & clauē obserato seruetur, et eueniat que ne Laicorum manibus atrectetur.


Et in singulis vasis nomen olcorum extenu conseribatur) Rituale Romanum : Chrisma, & oleum sacrum sint in suis vasculis argenteis; ut saltem stanneis benè obturatis, quæ vascula sint inter se distincta, & propriam vnumquodque inscriptionem habeat, maiusculis literis incisam, ne quis error committatur, seu, vt habet paulò post, ne Parochus aberret, & vnum pro altero sumat, quod cauere debet diligenter.

Mittent per presbyterum vel aliquem Clericum) quin imò subdiaconum saltem esse debere qui mittitur, definit Concilium Vasense vel Vasio-nense sub Leone II. an. 442. can. 3. *Per singula territoria Presbyteri ab Episcopis, non (pro vt libitum fuerit) a vicinioribus, sed a suis propriis per annos singulos petant chrisma, appropinquante solemnitate Paschali: nec per quemcunque Ecclesiasticum, sed si qua necessitas, aut ministrorum occupatio est, saltem per subdiaconum: quia in-honorum est inferioribus summa committi.* Idem præceptum c. omni tempore 124. de consecrat. dist. 4. cuius hæc sunt verba: *omni tempore Episcopo licet Chrisma conficere, & per suas Dioceses destinare, ut ad accipiendum chrisma Diaconus, aut subdiaconus, aut diem Pascha de singulis Ecclesiis destinetur.* Quod verò per minorum ordinum Clericos licitè deferri non possit probat Can. Presbyteri 123. ead. dist. 4. sic enim habet: *Presbyteri qui Diocesanas regunt Ecclesias, non a quibuslibet Episcopis, sed a suo, nec per minorem Clericum, sed per seipsos, aut per illum qui eiusdem ord-*

nis sit, ante Pascha solemnitate[m] Chrysmâ petant. Unde S. Carolus Borrom. Synod. 2. Mediol. Decret. 14. ne Parochi Laicos homines, aut Clericos sacris ordinibus non initiatos mittant, quibus sanctum oleum & chrysmâ ad se deferendum detur. Idem cautum ab eodem S. Carolo Concil. Mediol. 2. decret. 9. & à Concilii Aquisanis Patribus sub Gregor. XIII. Porro ea sacra olea tanta cum reuerentia atque honore deferenda, ab iis qui ea quæsitum veniunt, vult Synodus Ruthenen[sis] sub Georgio ab Armeniaco Rubr. 5. decr. 5. vt si redeundo illos in itinere pernoctare contingat, Chrysmâ ipsum, atque oleum non in diuersis, sed in Ecclesiis eorum locorum, vbi eos pernoctare contigerit, adseruari præcipiat.

VI

Tit. de Eucharistia, & Sacerdotum, & Altarium ornamentis.

 Tatuimus etiam, quòd corporalia sacri Altaris, sint semper munda & candida, sine aliquâ macula & fracturâ; & in Festis Resurrectionis Domini, ac Natiuitatis eiusdem, annis singulis per presbyteros, seu subdiaconos, vel alias personas Ecclesiasticas abluantur honestè, & aqua cum qua abluta fuerint, in Piscinam fundatur. Præcipiendo insuper, vt

uniuersi panni, seu mappæ altarium, & etiam uniuersæ vestes lineæ, ad altaris ministros seu ministerium deputati, saltem bis in anno lauentur, & si necesse fuerit frequentius, ut semper sint albi, propter reuerentiam saluatoris, & quod nullus altari in diuinis deseruiat, nisi qui superpellicio mundo & honesto, non nimis breui vel nimis longo sit indutus. Et quia nihil majus in sacrificiis potest esse, quam sacratissimum corpus Christi, nec vlla oblatio potior hac reperiatur; idcirco statuimus, ut in quacunque Ecclesia nostræ Diocesis Tolosanae Calix argenteus cum patenâ argenteâ, ad consecrandum corpus & sanguinem Domini habeatur.

Sint semper munda & Candida & c.) C. consultò 46. de consecrat. dist. 1. Concil. Remens. c. 3. apud Burchardum lib. 3. cap. 9. Concil. Lateran. sub Innoc. 3. c. 19. qui refertur c. 2. extr. de Custodia Eucharistiæ vbi disertis verbis precipitur, ut oratoria, vasa, corporalia, & vestimenta munda & nitida conseruentur, quod nimis videatur absurdum, in sacris sordes negligere, quæ dedecent etiam in prophanis: & antea Leo IV. hom. seu Epist. per Prouincias ad Episcopos missa, Corporale, inquit, mundissimum sit, Altare sit coopertum mundissimis linteis. Et in Concil. Coyacensi celebrato anno 1050. can. 3. statuitur: Altare

fit honestè indutum, & desuper lineum indumentum mundum, subtus Calicem, & desuper corporale lineum mundum & integrum, quæ sanè in re deploranda est, vt viri huius æui summe pii verbis loquar, Incredibilis & nullo modo ferenda plurimum Sacerdotum negligentia, qui iis linteis & pallis, & purificatoriis in hoc diuino sacrificio vtuntur, quibus ne ipsi quidem sine stomacho, & horrore in prophana mensa ad manus abstergendas adhiberent, quod sine mortali peccato non fit, ex Armilla v. corporale n. 5. Syluestro v. vasa. & v. Missa. 1. q. 2. Sa. v. sacra aliisque iuxta illud Platonis in Phædone impuro purum attingere nefas est, ob insignem erga diuinum cultum irreuerentiam, quare etiam recte ad maiorem munditiem & reuerentiam statuit, Concil. Herdense apud Gratianum c. omnis Presbyter 206. de consecrat. dist. 4. vt ad corporale lauandum, & ad Pallas altaris, habeantur propria vasa, in quibus nihil aliud fiat.

Vel alias personas Ecclesiasticas) St, scilicet ad id speciale priuilegium, seu licentiam habeant; quales sunt Sacristæ in religionibus ordinum mendicantium, qui etiam si Laici sint, eo priuilegio gaudent ex concessione Callisti III. vt legere est apud Collectorem priuileg. mendican. tit. Laici fratres, & Emmanuelem Rodericum tom. 2. quæst. Regul. qu. 125. art. 2. Aliàs secluso priuilegio factis ordinibus initiatas esse debere personas, quæ id præstant indubitati iuris est; Cum & Clericis, qui non sunt in factis, & Monialibus etiam Deo dicatis, sacra tangere facti Canones non permit-

tant c. vestimenta 42. can. nemo per ignorantiam
 Can. in sancta de consecrat. dist. 1. can. sacra-
 25. dist. 23. Imo & olim Hypodiaconis id non le-
 cuit, can. 21. Synod. Laodic. can. non pponit
 dist. 23. quia ordinibus sacris Subdiaconatus nos-
 erat adscriptus, sed tamen in can. 28. Synodi Car-
 thaginensis contrarium definitur.

Et aqua in Piscinam fundatur) D. can. nemo
 per ignorantiam de consecrat. dist. 1. Rituale Ro-
 manum.

Saltem bis in Anno) vide quæ hac de re statum
 infra Synodus Tolosana sub Ioanne d'Orleans con-
 stit. XII.

Nisi qui superpellicio) vide Concil. Prouin-
 ciale Tolosanum infra parte. 2. cap. 6. nu. 4.

Calix argenteus) can. vasa 44. & can. vt calix
 45. de consecrat. dist. 1. vide infra constitutionem
 Ioannis d'Orleans nu. 14. & quæ ibi dicemus in
 notis.

VII.

*Tit. de Eucharistia & vasis Ecclesia
 honestè tenendis.*

PRætereà statuimus, vt Sacramen-
 tum Eucharistiæ, in loco & ho-
 nesto, & decenti honorificè te-
 neatur, sub tutâ & fidei custodia,
 & cum clauē per quoscunque Rectores seu V-

carios nostrę Ciuitatis, & Diœcesis Tolosane,
& semper cum lampade ardenti antepositâ.

REnouata fuit hæc constitutio iisdem ferè ver-
bis à Domino Ioanne d'Orleans Archiepisco-
po Tolosano in statutis Synodalibus anno 1533. edi-
tus cap. de Eucharistia.

Sub tuta & fideli custodia) Ne scilicet temerè
à prophanis & sacrilegīs manibus polluatur. Con-
cil. Lateran. sub Innocentio 3. Can 20. cuius verba
retulimus supra in notis ad constit. V. cum de sacris
oleis. Sed. & postmodum Honorius III. in c.
sanè cum olim de celebrat. missarum extr. *Ne de
Castro propter incuriam sacerdotum diuina indignatio
grauis exardescat, districtè præcipiendo mandamus qua-
tenus à sacerdotibus Eucharistia in loco singulari, mundo,
& signato, (id est, ob signato & occluso) semper hono-
rifice collocata deuotè & fideliter conseruetur &c. Et
post aliqua: Prelati autem huius mandati pigre non
differant transgressores, si & ipsi diuinam, & nostram
velint effugere ultionem. Sed si amplius scire deside-
ras quàm graui pœnâ antiquioribus canonibus mul-
tetur Presbyter malè custodiens Eucharistiam,
disces ex Concilio Arelatensi quod refertur can.
qui bene 94. de consecrat. dist. 2.*

Cum clauē) Quam clauem à Rectore, eiusve
Vicario, aut deputato ab eis Sacerdote, & non ab
aliis custodiendam, addit hic, & disertè præcipit
Synodus Tolosana, sub Ioanne d'Orleans dicto
cap. de Eucharistia maioris dumtaxat, vti existi-
mamus, lucis causâ, cum aliunde ex contextu hu-

ius Constitutionis, id non obscure subindicetur.

Semper cum lampade ardenti) seu, *accensa perpetuò lampade*, vt habet Concil. Prouinciale Tolosanum, infra part. 2 cap. 5. num. 1. vide quæ ibi ex variis concilijs annotauimus.

VIII

Tit. de modo portandi Corpus Christi ad Infirmos.



Orro vt apud fideles, fides & deuotio augeatur. Statuimus & districtè præcipimus cuiuslibet Sacerdoti nostræ Diœcesis, & Ciuitatis Tolosanæ; quod cum sacratissimum Corpus Christi portandum fuerit ad infirmos, Primò presbyter lauet manus, deinde super plicium induat, stolam in suo collo ponat, & accensâ candelâ seu cereo, cum reuerentia sacratissimum Corpus Christi in vase honorabili ponat, & pulchro velamine superposito, aqua benedictâ & accensa candela seu Cereo præcedentibus, ad infirmum patienter, deuotè, & reuerenter deferat in manibus & ante pectus cum omni reuerentia & timore dicendo, seu legendo septem psalmos Pœnitentiales cum letaniis, & si necesse fuerit, propter

distantiam loci , dicat quindecim Psalmos Graduales , sic faciendo vt semper aliquid deuotionis dicat , donec peruenerit ad infirmum, campanilla sonum faciens præportetur, vt sono audito , fidelis populus flectat genua, & saluatorem suum associet reuerenter; nos quoque omnibus illis , qui vsque ad domum infirmi cum deuotione Presbyterum deferentem sacratissimum Corpus Christi , fuerint prosequi, decem Dies de iniunctâ eis pœnitentiâ , si in statu gratiæ, tunc vel postea infra octo dies fuerint, quoties eundo , & redeundo associauerint , misericorditer relaxamus.

Renouauit hanc eandem constitutionem Ioannes d'Orleans, in Synodo Tolosana cap. de Eucharistia.

Deinde superpellicium induat) desumpta omnia serè, quæ hic habentur ex decreto Honorii 3. quod refertur in d. can. sanè cum olim extra de custodia Eucharistiæ cuius verba exscribere hic non pigebit: *Sacerdos verò frequenter doceat plebem suam , vt cum in celebratione missarum eleuatur hostia salutaris , se reuerenter inclinet , idem faciens , cum eam desert Presbyter ad infirmum ; quam in decenti habitu , superposito mundo velamine ferat , & referat manifestè ac honorificè ante pectus cum omni reuerentia & timore , semp: lumine præcedente , cum sit candor lucis aternæ , vt ex hoc apud omnes fides & deuotio augeatur. Prælati autem huiusmodi Mandati grauius punire non differant transgr. flores , si &*

ipsi diuinam, & nostram volunt effugere Visionem. Sed non superpellicia solum, sed & pluuiali indutus esse debet sacerdos qui Corpus Christi Domini ad ægros interdum in vrbe, aliisque frequentibus locis defert, vbi per facultates, & per loci, temporisque rationem commodè fieri potest vti sancitum est Conciliis Mediolan. 3. & 5. sub Gregorio XIII.

Deuotè & reuerenter) *Et si ita facultas ferat, cum Umbellâ* vti in nostra Ciuitate Tolosana fieri assolet, & statuit Concilium Tolosan. infra part. 2. cap. 5. nu. 2. sed quod ad hosce ritus, quorum hic mentio, spectat, vide fusè Concil. Mediol. 5. sub Gregorio XIII. tit. de his quæ ad sanctissimæ Eucharistiz sacramentum pertinent, ac Rituale Romanum Iussu Pauli V. editum cum de communione infirmorum.

Campanilla sonum faciens) simile extat decretum Ioannis Peccham Cantuariensis Archiepiscopi : *Vt Sacramentum Eucharistia circumferatur cum debita reuerentia ad ægros, Sacerdote induto saltem superpelliceo gerente orarium, ac lumine prout in lucerna cum campana.* Ioannes quoque Cardinalis Sabiniensis Honorii 3. Legatus in Concil. Ilerdensi anno 1219. *Sacra Eucharistia ad infirmos cum campana & lucerna honorificè deportetur, & singulis octo diebus renouitur,* sed ne Gallia nostræ Synodos prætermittamus Synodus Lingonensis 1404. *Sacerdotes qui portant Corpus Domini extra Ecclesiam ad infirmos, portent honeste & in vase mundo cum luminari & campana precedente.* Synodus Senonensis 1524. *quotiens contigerit Sacerdoti deferre sanctam Eucharistiam ad infirmos, habeat Sacerdos superlucium & stolam, & incedat tam cuncto*

quàm redeundo vsque ad Ecclesiam in habitu decenti, faciatque ante se deferri lumen & campanulam pulsantem præire. Eadem habent Synodi Carnotensis 1526. Rutenensis sub Georgio ab Armeniaco 1552. Parisiensis 1557. Concil. Rothomagense 1581. Burdigalense 1582. Remense 1583. Bituricense 1584. compluraque alia cum vetera, tum recentiora. Hoc autem institutum, quod in Ecclesiam inuectum fuit, ut omnes admoneantur ad venerationem tanti sacramenti, & ad orandum pro infirmo, ut Concilii Rotomagensis proximè laudati verbis vtar nonnulli referunt ad Vuidonem Cardinalem, & Apostolicæ sedis legatum in Germania, tempore schismatis inter Philippum & Ottonem: Cæsarius de mirac. sanctorum lib. 9. cap. 51. *Præcepit etiam idem Cardinalis, ut quoties deferendum esset ad infirmum, Scholasticus, siue Campanarius sacerdos præcedens per nolam illud proderet.* Sed id forsitan in Germania, vbi ipse legationis partes obibat, verum fuit, at in Gallia aliisque Europæ partibus iure addubitare quis posset.

IX.

Tit. de Missa celebranda.

Istictè etiam prohibemus, ne aliquis missam cum duplici introitu celebrare præsumat: Et cum felix sit qui in die vnã mis-

fam, dignè, & deuotè celebrat : in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus , & mandamus , ne aliquis in vna die duas missas aut ac celebrare nisi in casibus infra scriptis , videlicet in die Natiuitatis Domini, & vbi Parochia est ita diffusa quod oportet propter multitudinem populi sacerdotem in duabus Ecclesiis celebrare ; Et hoc potissimè valeat fieri in diebus dominicis & festiuis præcipuis , à nobis seu Vicariis nostris , super hoc prius petita licentia , & literatoriè in forma debita , in scriptis obtenta , vel propter solemnem personam defunctam , in loco vbi esset vnus solus sacerdos , qui eadem die habeat dicere missam pro viuis , sicut est diebus Dominicis & festiuis. Caueat tamen sacerdos qui duas missas in die habet dicere , ne post primam susceptionem, corporis & sanguinis Christi , vinum vel aquam bibat , quod si faceret , illo die non potest aliam missam celebrare in aliquo casu sed postquam susceperit corpus, & sanguinem Christi , qui habet aliam missam celebrare, lauet digitos cum aqua in calice , & lotionem manuum seu digitorum in piscinam proiciat & effundat.

R Enouata est hæc constitutio à DD. d'Orleans Archiepiscopo cap. de Eucharistia in eodem sermone.

Missam cum duplici introitu) Idem cautum synodo Parisina sub Odone Episcopo , longè nostra antiquiore , cuius hæc sunt verba : *Nullus bis in die Missam audeat celebrare aut cum duplici introitu , nisi in magna necessitate.* Quod rectè constitutum fuit , ad corrigendum errorem quorundam sacerdotum , qui tunc irrepererat in Ecclesiam , missas cum duplici introitu celebrantium , contra præscriptos ab Ecclesiasticis. Vti planum fit ex synodo Montalbanensi sub Ioanne de Pratis Episcopo Montalbanensi habita , quâ idem quoque prohibetur tit. de Missa celebranda , hoc verborum tenore : *Distictè etiam prohibemus ne aliquis Missam cum duplici Introitu , ante Gloria , ut quidam in certis festiuitatibus obseruant , contra morem & regulam Ecclesia celebrare præsumat.*

Et cum felix sit) Sumptum id ex c. sufficit 53. de consecrat. dist. 1. vbi Alexander 2. qui obiit 1073. Dicit. *sufficit sacerdoti vnâ missam vna die celebrare , quia Christus semel passus est , & totum mundum redemit. Non modica res est , vnâ missam facere , & valde felix est qui vnâ digne celebrare potest. Quidam pro defunctis vnâ faciunt , & alteram de die si necesse fuerit. Qui verò pro pecuniis , aut adulationibus , (aliâs oblationibus) secularium , vna die præsumunt plures facere missas. Non æstimo euitare damnationem.* Idem vldem pene verbis habent Innocentius eius nominis 3. ac Honorius 3. ipsius Innocentii proximus & immediatus successor ; prior quidem in Epistola Decretali quæ refertur cap. consulisti , extra de celebrat. Missarum , & directa est ad Vugorniensem Episcopum , Cui hoc modo respondet *consul-*

nisi, & infra respondemus quod excepto die natiuitatis dominicæ (*nisi causa necessitatis suadeat*) sufficit sacerdoti semel vno die, vnam missam solummodo celebrare; alter verò in Epistola decretaliqua Archiepiscopo Sipontino sic rescribit tit. signato cap. 12. *te referente* & infra, cum cuilibet sacerdoti, quæcunque dignitate præfulgeat, vnam in die missam celebrare sufficiat, nam & valde felix est, qui celebrat dignè vnam &c. *Fraternum tua mandamus, &c.* quæ verba habere vim legis ac præcepti conueniunt illorum Capitulorum interpretes; quare cum res grauissima sit, Lethalis culpa reos esse, huius præcepti transgressores, docent Dominicus Soto, Nauarrus, Suares & alij, & colligitur ex d. can. sufficit de consecrat. dist. 1. vbi Alexander 2. ait, contrarium præsumentes non euadere damnationem; & licet iura Canonica eis pœnam aliquam non infligant, quia tamen tale facinus in conspectu populi graue solet iudicari, idque aliquando auaritiæ causa à pauperibus, & parùm doctis Sacerdotibus perpetratur, non debent Ecclesiastici iudices illud leue reputare, sed attentæ acti notorietate, populique scandalo, personæque perpetrantis moribus & qualitatibus consideratis, sic in hoc errantes corrigere, vt cæteri pœnæ metu, à similibus cohibeantur, vt probè notat Dias in sua practica criminali Canonica cap. 35. cuius verba hîc retuli.

Nisi in casibus infra scriptis) Sed non solum his casibus, quorum hîc mentio, sed & alijs pluribus, quos legere est apud Paludanum in 4

dist. 12. q. 1. art. 4. post. 4. conclus. Syluestrum V.
Missæ 1. q. 7. Nauarr. in summa cap. 25. nu. 87.
Sacerdoti licuit plusquam semel vno die sacrificare.
Verum, vt rectè notauit Sotus in 4. dist. 13. qu.
2. art. 2. & ex eo alii, id olim ob paucitatem sacerdotum fiebat; Nunc vero in vsu non est, vt plures vno die missæ ab eodem Sacerdote dicantur, nisi in festo Natiuitatis Domini, & quando Sacerdos Parœcialis duabus Ecclesiis præest, nec habet ob inopiam, qui eum adiuet, tunc enim cum populus iure possit velle in sua Ecclesia audire sacrum, in die quo ad hoc tenentur de præcepto, poterit vnus, idemque sacerdos duas Missas eadem die celebrare. Quod Nauarrus, & alii extendunt ad eos sacerdotes Catholicos, qui nunc sunt in Anglia, ob eorum pœuitatem; in reliquis verò casibus, à prædictis autoribus assignatis, cum tanti momenti non sint, vt eorum causa, decreta Ecclesiarum violari sit necesse, id non admittunt cum Soto recentiores, inter quos, Victoria, Ignatius Lopes de salcedo, Suares, Vasques, Scortia & alii: quia imò hunc postremum casum, quem solum habere rationem veræ necessitatis meritò adstruunt, hodie tantum valere, esseque hunc vnicum ab Innocentio 3. intentum in dicto can. consuluisti extra de celebrat. missarum solerter ostendunt.

Videlicet in die Natiuitatis Domini) c. nocte sancta 48. iuncta Glossa, in verbo (nocte) de consecrat. dist. 1. can. consuluisti ext. de celebratione Missarum.

Vel propter solemnem personam defuncti) sed


exoleuit hodie & is quoque casus, quem tamen apud plerosque vsu fuisse receptum discimus ex autoribus suprà citatis, qui inter casus necessitatis, quibus binæ vno die possunt ab eodem celebrari missæ, funus defuncti reponunt, quod scilicet perperam existimarent, vita functos, absque missa sepeliendos non esse; cum tamen eorum sententia refragetur Concilii Carthaginensis 3. Canon vigesimus nonus; quin & olim temporibus Honorii 3. inualuit in Anglia præsertim, vti docet Concilium Oxoniense, vt vulgò ab eodem Sacerdote vno die duplex missa diceretur, vna de die, altera pro defunctis, sed vt Rectè aduertit Cironius in Parvillis causa necessitatis hoc exegit, vt patet ex d. can. *sufficit de consecrat. dist. 1.* & ex iath dictis suprà.

Vinum vel aquam bibat) Idque quacunque celebrat necessitate cap. ex parte extra de celebratione missarum, vbi Innocentius 3. districte & absolute decernit, ne in prima missa vinum perfusionis accipiat, qui de alia cogitasset; ita enim Clericis S. Petri Magalon. rescribit. *Postulationi vestra taliter respondemus, quod semper sacerdos perfundere debet, postquam totum acceperis Eucharistia sacramentum nisi cum eodem die aliam missam debuerit celebrare: Ne si forte vinum perfusionis acciperet, celebrationem aliam impediret.* Quam sanctionem vnanimi consensu sequuntur DD. Scholastici Iurisque sacri interpretes. Cur verò in his Casibus hæc adhibenda sit cautio, Ratio in promptu est, quod nimirum in honorem tanti sacramenti receptum sit, ne nisi ieiuni illud percipiant,

can. nihil contra 7. q. 1. can. tribus 23. c. liquidò
54. de consecrat. dist. 2. Ieiunus autem post sum-
ptam perfusionem dici Sacerdos non potest, ve
probat Glossa dicti cap. ex parte in verbis, *ne s̄*
sc̄ie, & sanctus Thomas in 2. 2. quæ. 77. art. 8.

X.

Ex eodem Tit. de Missa Celebranda.

 Tem prohibemus, ne aliquis Sa-
cerdos, in Ciuitate & Dicecesi
Tolosana, celebrare audeat nisi
prius Matutinas dixerit, atque Pri-
mam, excepto die Natiuitatis Domini, quo
die sicut ordinatum est per Ecclesiam, obser-
uetur. Caveat insuper Sacerdos, ne Missam
audeat celebrare, nisi in Altari consecrato, vel
tabula consecrata, & quod lapis sit norabi-
liter fractus, & sit infra lignum incrustatus, &
quod nullus Presbyter Missam celebrare au-
deat in domibus vel in locis prophanis, seu
priuatis, nisi de nostra licentia speciali, aut
alicuius alterius superioris ad hoc potestatem
habentis. Per hoc autem non intendimus de-
rogare priuilegiis Confratriæ protomartyris
Sancti Stephani Tolosæ indultis per nos,
& per prædecessores nostros.

Renouata hæc constitutio à D. D. d'Orleans Archiepiscopo Tolosano cap. de Eucharistia.

Nisi prius Matutinas) Horas scilicet , seu Matutinale officium , vt loquitur Concil. Agathense can. Presbyteri extrà , quo non expleto missæ sacrum facere , fas non esse concors est , veterum Theologorum , ac Canonistarum sententia , qui omnes censent lethale peccatum committere Sacerdotem qui ante matutinas prius sacrificat , vt notat Francolinus in tractatu de horis Canonicis cap. 42. & licet ab hac communi sententiâ discedant plerique recentiorum , tutiorem tamen hac in re , ac probabiliorem , quæ in Rubrica est , amplectendam censemus cum Gauanto ; Et sanè , vt ipse refert , id ipsum ipsis Rubricæ verbis vetuit Innocentius IV. ad Episc. Tuscul. Can. 11. & Pius V. hunc inter defectus grauiores collocauit ; sed ne quis existimet , hæc nostrâ solùm Synodali constitutione id cauent , præcepere , & aliæ Galliæ nostræ Synodi , & quidem Synod. Galonis , & Simonis Legatorum : *Nullus antequam Matutinas , Canonicas , & primam dixerint , Missam celebrare presumant aliquâ necessitate.* Synodus Lingonensis 1404. *Sacerdotes volentes celebrare Missam , non presumant celebrare , nisi de commissis peccatis sint contriti & confessi , & Matutinas atque Primam prius pro ipso die dixerint.* Synodus Parisiensis sub Odono Episc. *Nullus antequam Matutinas dixerit Canonicas & Primam , presumat aliquâ necessitate celebrare Missam.* Eadem habent Synodi Senonensis 1524. Carnotensis 1526. Altera Parisiensis 1557. Remensis , Trecentis , Aurelianensis , aliæque ; Sed & postmodum

Conventus Melodunensis Patres, anno 1577. tit. quæ pertinent ad celebrationem Missæ: *Nunquam sacerdotes celebrabunt sine precedentibus conscientia examine, precibus ac meditationibus, ac nisi prima hora Offitio pe soluto. &c.*

Nisi in Altari consecrato) c. Concedimus 30. de consecrat. dist. 1. c. Ad hæc c. quod in dubiis. c. lignis extra de consecrat. Eccl. vel Altaris. Necessitas autem Altaris consecrati tanta est, ut docet Suares, tom. 3. in 3. par. D. Thomæ, disp. 81. sect. 5. ut absque mortali peccato, non possit hoc Sacrificium celebrari, in Altari non consecrato; Potest tamen quilibet, ut ipse subdit, in Ecclesia benedicta absque privilegio Sacrum facere, cum Altari portatili, de quo nos sequenti nota.

Vel in tabula consecrata) ita enim dicitur D. Can. concedimus 30. de consecrat. dist. 1. *tabula itineraria* ab Ordine Romano *Altare portatile* passim apud Iuonem Episcopum Carnorensem; *Viaticum* verò ab Honorio III. c. In his txt. de privileg. & à Bonifacio VIII. cap. ult. eod. tit. in 6. Est autem Altare Viaticum, seu portatile lapis ab Episcopo consecratus, seu tabula, aut ara lapidea, vel inclusa, vel superposita tabulæ lignæ, aut alterius materiæ continens in se foramen cum consecratione & signo superposito, sine quo hodie, non licet celebrare Missam in mensis non consecratis sublato antimensium usu, de quibus Ioannes Citri Episcopus ad Constantinum Cabasilam, & Balsamon ad Can. 31. ex Trullanis, qui sub nomine sextæ Synodi circum feruntur.

Et quod lapis) lapis scilicet, Altari impositus;

qui sigillum continet, qui si confractus, aut dimittus fuerit, ex Constitutione Alexandri III. consecrari denudè iubetur, non verò Ecclesia c. i. ext. de consecrat. Ecclesiæ, quod ita tamen intellige vt hic, si notabilis fractio sit, aut inminutio, quod arbitrio Episcopi iudicari debet: eò enim casu Altaris, siue illud fixum sit, siue portatili & amitti consecrationem, constat ex dictis capitibus Can. Ad hæc Can. Quod in dubiis C. Ligneis ext. de consecratione Ecclesiæ, vel Altaris. Hinc Synodus Galonis, & Simonis Legatorum: *Præcipitur quod in Altari in quo sit tabula enormiter fracta, Sacerdos non celebret, donec Altare consolidetur, & iterum consecretur, nec super lapidem sine capsâ.* Synodus quoque Trecentis: *Ceterum in Altari in quo est ara enormiter fracta, non est celebrandum Episcopo inconsulto: Et Altaria portabilia debent esse tam magna, vt super ea possint Calix & Hostia totaliter collocari, & non super lignum, licet in ipso ligno sint Altaria huiusmodi sigillata,* sed hac de re vide rubricas Misfalis, tit. de præparatione Altaris, & ibi Gauaneum.

In domibus, vel in locis profanis) neque enim vbique, sed in locis ab Episcopo consecratis, Missarum solemnia sunt celebranda, vt patet ex Canone Concilij Mogunciaci, qui mendosè Tribuciensi datur D. Can. concedimus 30. de consecrat. dist. 1. Expressior est Canon 11. eiusdem dist. qui desumptus est, ex Epist. 1. Felicis Papæ, ad omnes Orthodoxos, qui hac serie constat: *Sicut non alij quàm Sacerati Domino Sacerdotes; debent Missas cantare, nec sacrificia super Altare offerre: sic nec in alijs quàm Domino consecratis locis, id est, in Tabernaculis Diuinis, præbibet*

Sacrificiis delibatis, missas cantare, aut sacrificia offerre licet, &c. in domibus tamen ab Episcopis, siue Presbyteris oblationes celebrari nullatenus licet; Idem statutum est c. Hic ergo cum sequ. c. Vnicuique c. Clericos de consecrat. dist. 1. ac plurimis Conciliis, cum antiquis, tum recentioribus Tridentino præsertim sess. 22. cap. de observandis & vitandis in Missarum celebratione, ac Tolosano infra parte 2. cap. 6. nu. 3. ubi diximus. Ex his autem facile confici potest, cum Nauarro & communi DD. huiuscemodi præcepti transgressiõnem mortalem esse, contra Sotum qui secluso contemptu, & aliorum offensione & scandalo, contrarium sentit, cum & nonnulli Canones ex iam citatis transgressoribus pœnam depositionis comminentur, & Concilium Trident. loco signato imponat Episcopis, vt etiam Ecclesiasticis censuris, & aliis pœnis, inuiolatè hoc & similia seruare faciant. Et Sanctus Basilius in reg. Breu. 310. asserat in contumeliã haberi sacrificij, si absque necessitate, in priuata domo id fiat; quare cum præceptum sit de re graui, grauis etiam & mortalis esset eius transgressio.

Nisi de nostra licentia speciali) quod tamen hodie non obtinet; licet enim ante Concilium Tridentinum Missæ Sacrificium peragi posset de licentia Episcopi extra locum Deo dicatum, super ara portatili, aliis necessariis interuenientibus c. Clericos, c. Missarum, c. Hic ergo de consecrat. dist. 1. Post illud tamen non licet Episcopis id concedere; vt notat Nauarrus, in summa cap. 25. num. 82. cum Azorio, Suare, & aliis, quòd id Concilium loco ci-

tato prohibeat, atque ita declararint Illustrissimi Cardinales deputati ad Declarationem eiusdem Concilij, vnde nunc solus summus Pontifex id potest, qui tamen non solet facultatem concedere celebrandi extra locum sacrum, etiam Episcopis in vrbe morantibus, sed Cardinalibus duntaxat, et testis est idem Nauarrus loco proximè citato, licet singulari beneficio sibi datam fuisse dicat.

Non intendimus derogare priuilegiis Confratriæ) quænam fuerint priuilegia illa Diui Stephani Protomartyris Confratriæ concessa, quorum hæc mentio, nobis non liquet, & sanè superuacaneum foret, ea diutiùs indagare, tùm quòd multis ab hæc annis huiusmodi Confratria Præfectorum vti remur incuria, penitus interierit, tùm quia huiuscemodi priuilegia reuocata censentur, per verba illa quæ in renouatione huius Constitutionis adiecit Ioannes d'Orleans in posterioribus Statutis Tolosanis cap. de Eucharistia, vbi nulla facta huiusce Confratriæ mentione generatim sic loquitur: *Non obstante priuilegio quocunque per Nos, aut prædecessores nostros cuiuscunque persone priuata, aut Communitati, seu Confratria antehac vsque hanc diem dato & concesso, quod per presentes reuocamus, quoad aliter per Nos, de his cognitum fuerit, & ordinatum super dictis priuilegiis.*

XI.

Ex eodem Tit. de Missa celebranda.

TEM præcipimus omnibus Presbyteris Ciuitatis & Dioecesis Tolosanae, quatenus publicè, saltem bis in anno, moneant omnes & singulos Parochianos suos, & hoc sub pœna excommunicationis, vt nullus eorum permittat, vt in domibus suis aliquis Presbyter Missam celebret, nisi super hoc à Nobis, seu Vicario nostro licentiã obtinuerit specialem.

Aliquis Presbyter) siue secularis sit, siue Religiosus, vt subdit Ioannes d'Orleans, in huius ac præcedentis Constitutionis renouatione, D. cap. de Eucharistia.

Missam celebret) siue in præsentia mortui corporis, vel in infirmitate aliquouis modo laborantis, ex eodem Ioanne d'Orleans, vbi supra.



XII.

Tit. de Sacerdotibus frequenter non celebrantibus.

Quia humana fragilitas quotidie labitur, Christus pro nobis immolatur quotidie, & in eius mysterio ipsius Passio ad memoriam reducitur, qui semel mortem nostram moriendo destruxit, & per ipsum Sacramentum peccata relaxantur, & virtutes in deuotè recipientibus Eucharistiam augentur; quia verò sunt quidam Rectores, seu Curati, qui vix semel in anno Missam celebrant, hortamur in Domino, qui seipsum pro nobis Hostiam obtulit, ut omnes Rectores, & Presbyteri saltem semel in quolibet mense Missam celebrent.

Qui vix semel in anno) quod & postmodum sub finem sæculi sequentis, deplorat Concilium Burdigalense à Sede Apostolica approbatum anno 1583. in hæc verba: *sacerdotes quosdam vsque adeò nominis, & officij sui, crassa quadam sordida obliuio est dolemus: ut vix semel in annos singulos, aut certè rarissime, sacrificium Misse faciant. Vnde vnè cum cæteris tales ad Episcopum deferri precipimus: ut ille pro suo iure,*

eos omni ratione cogat, suum ritè munus explere, ac nulli penitus Sacerdotij officio deesse. Sed & antea in Concilio illo generali Lateranensi, cap. dolentes extra de celebr. Missar. arguuntur Sacerdotes qui Missarum solemniam vix quater in anno celebrant: Præclare Gilda sapiens de excid. Brit. de Sacrorum hominum vitiis loquens, quæ summa omnium offensione, illis temporibus, in omnium oculis incurrebant, hæc inter cætera. *Rarò sacrificantes, ac rarò puro corde inter altaria stantes.*

Saltem semel in quolibet mense) siue potius singulis saltem hebdomadis, ut hortatur & monet, posterior Synodus Tolosana sub Ioanne d'Orleans, in huius Constitutionis renouatione, cum de Eucharistia, aut ut probè decernit Synodus Tridentina, sess. 23. cap. 14. de refor. *Curet Episcopus, ut Presbyteri saltem diebus Dominicis, & Festis solemnibus, si autem curam habuerint animarum, tam frequenter, ut suo muneri satisficiant, Missas celebrent.* Cui Synodo adstipulantur, postrema Galliarum nostrarum Concilia, cum Prouincialia, cum Diœcesana, sed & longè ante in Concilio Arausicano, apud Burchardum lib. 1. cap. 104. statutum est: *Ut non tantum Dominicis diebus, & præcipuis festiuitatibus Episcopi Missas celebrent: sed cum possibile fuerit quotidiana sacrificia frequentent, nec fastidiant.* Sanè primis Ecclesiæ temporibus, & vnusquisque è plebe ad synaxim quotidie accedebat, & Sacrorum mystæ ad aram quotidiano Sacrificio litabant, quam consuetudinem diu in Ecclesia viguisse manifestò liquet, ex Sanctis Cypriani, Ambrosij, Augustini, Gregorij, aliorumque Sanctorum Pa-

trum luculentis testimoniiis, sed præsertim ex epist. 3. Innocentij Papæ, cap. 1. qui scribens ad Sanctum Exuperium Tolosanum Episcopum, ex eo probè castitatem magnam debere esse Sacerdotum, *quod non præterit dies, quo vacent à Divinis sacrificiis. Ea gratia missa, sacrificium quotidianum nominatur in Conc. Toletano 1. Can. 3. à Sancto verò Chrysostomo ad Ephes. cap. 1. Hom. 3. quotidiana oblatio, frustra (inquit) habetur quotidiana oblatio, frustra sumus ad Altare. Vbi ignaviam populi reprehendit, qui à Sancta Communione refugeret, cum Sacerdotes placabilem victimam & sospitatricem animorum, Deo parenti quotidianis ministeriis offerrent.*

XIII.

Tit. de Officio Ecclesiasticorum.

VM Beneficium propter Officium conferatur, vt, in domo Domini Divinus Cultus per Ministros Ecclesiæ laudabiliter exequatur, ac per hoc populorum deuotio augeatur. Statuimus ac omnibus & singulis Rectoribus, & Curatis Ecclesiarum Ciuitatis, & Diocesis Tolosanæ præcepimus, quod deuotè in suis Ecclesiis dicant potissimè Matutinum, Vesperas cantando, &

Completorium, Missasque cum nota celebrent, vel celebrari faciant omni die, & circa Diurnum Officium, pariter & Nocturnum, sic sollicitam curam adhibeant; quod Sacrificium laudis integrè non syncopando, vel inhonesta colloquia intermiscendo, Deo placidè offerant, vt per hoc fructum laborum suorum non amittant; & hoc præcipimus & mandamus fieri, in Ecclesiis in quibus prædictæ horæ & Missæ sunt dici consuetæ alta voce.

STATUIMUS ac præcipimus) renouatur hæc Constitutio à Ioanne d'Orleans, cap. de Offic. & residentia Ecclesiasticorum, eamque non solum in Ecclesiis Parochialibus, sed in aliis locum habere enucleatius præcipit, sic enim habet; *Statuimus & præcipimus omnibus & singulis Capitulis, Conventibus, Ecclesiis Collegiatis, Rectoribus, caterisque personis Ecclesiasticis nostræ Diœcesis, qui ex fundatione, consuetudine, aut aliâ, habent cantare Horas Canonicas, in toto vel in parte, quotidie aut diebus Festiuis, quod eas deuotè dicant, præcipuè Matutinas, Vesperas, & Missam cantando, sicque sollicitam curam adhibeant, &c.*

Deuotè dicant) ac studiosè, vti præcipit Concil. Lateranense Oecumenicum sub Innocent. III. cap. 17. cuius Constitutio refertur, c. Dolentes 9. extra de celebrat. Missar. ibi: *Districte præcipientes in virtute obedientiæ, vt Diuinum officium, Nocturnum pariter & Diurnum, quantum eis dederit Deus, Studiosè celebrent pariter & deuotè; vt studiosè celebretur tria requi*

runtur. 1. Vt absque syncopa, id est, absque verborum omissione. 2. Vt verba non mutilentur, aut truncatim proferantur. 3. Vt absque interruptione, &c. nisi iusta causa subsit. Vt autem deuotè celebretur, duo requiruntur; attentio, & reuerentia, de quibus nos infra: vide Nauarrum in summa cap. 25: num. 100. & seq. dub. 10.

Potissimè Matutinum, Vesperas, &c.) si scilicet ex fundatione, consuetudine, aut aliàs, ad id adstringantur, vt hic insinuat, Auctor huius Constitutionis, & explicat Synodus Tolosana; sub Ioanne d'Orleans, loco superius designato.

Non syncopando, aut inhonesta colloquia intermiscendo.) Vt longè antè præceperunt tria Concilia generalia, Lateranense scilicet, sub Innocentio III. cap. dolentes extr. de celebr. Missarum Vienense sub Clemente V. quod habetur cap. 1. in Clemen. eod. tit. & Basileense, sess. 21. tit. qualiter horæ Canonice extra Chorum dicendæ sint, his verbis: *Quoscunque etiam alibi beneficiatos, seu in sacris constitutos, cum ad horas Canonicas teneantur, admonet hæc Sancta Synodus, vt si Orationes suas Deo acceptas recipiunt, vt non gutture, vel inser dentes, seu deglutendo, aut syncopando dictiones, nec colloquia, vel risus intermiscendo, sed siue soli, siue associati, Diurnum, Nocturnumque officium reuerenter, verbisque distinctis peragant: et tali in loco, vnde à deuotione non retrahantur, ad quem se disponere, ac preparare debent, iuxta id quod scriptum est: ante Orationem prepara animam tuam, ne sis quasi qui tentat Deum. Eccles. 18. ex quibus Conciliorum Decretis, liquidò patet non inhonesta solùm vt hæc*

dicitur, sed extranea quælibet, vanaque intermiscere colloquia, dum sacra peraguntur, aut horæ Canonice dicuntur, vetitum esse.

XIV.

Tit. ut Rectores & Curati inducant populum venire ad Ecclesiam pro audiendo Missam.



VOLVMUS, & districtè præcipiendo mandamus, quod Rectores & Curati, moneant & inducant populum sibi commissum, ut ad Missam veniant; & usque ad finem Missæ in Ecclesia remaneant, singulis diebus Dominicis & Festivis.

RENOVATUR hæc Constitutio iisdem verbis à Ioanne d'Orleans, cap. de Eucharistia.

Et usque ad finem Missæ in Ecclesia remaneant) Nec enim ante soluta sacra, ab Ecclesia discedere cis fas est cum id expressè prohibeatur Can. 10. Apostolorum, cum excommunicationis comminatione, & habetur c. Omnes fideles 62. de consecr. dist. 1. & in Concilio Agathensi cap. 47. relato c. Missas 64. dist. 1. *Missas die Dominico secularibus ritibus tenere & speciali ordine præcipimus, ita ut ante benedi-*

Etionem sacerdotis egredi Populus non presumat: qui si fuerint ab Episcopo publicè confundantur. Et in Concilio Arelatensi 3. c. 28. Quod refertur c. Cum ad celebrandas 65. de consecrat. ead. dist. 1. statuitur: Ne Populus antea discedat, quam Missa solemnitas completur; & ubi Episcopus non fuerit, à sacerdote benedictionem accipiat. Idem deinde sancitum est anno 1536. in Concilio Coloniensi, part. 7. c. 26. & an. 1548. in Concilio Augustano c. 19. & in Gallia nostris pluribus Synodis, tum Diocesanis, cum Provincialibus, quas legere est apud Bochellum in Decretis Ecclesiæ Gallicanæ, cum de Sacrificio Missæ, & apud Odespurn in sua noua Conciliorum Galliæ collectione.

XV.

Ex eodem Titulo.

NTEM statuimus, præcipimus, & mandamus: quod Rectores & Curati, ac eorum Vicarij, moneant Párochianos suos tenentes Pastores, Bubulcos rurales, mercenarios, & alios seruos & ancillas, quatenus eos saltem semel in quolibet mense aliquo die Dominico, vel Festiuo, ad Ecclesiam mittant, vt Mis-

ſum Parochialem integraliter audiant in eadem.

Saltem ſemel in quolibet menſe) imò potiùs quàm frequentius poterunt, ad Eccleſiam mitant, vt Parochialem Miſſam audiant integraliter in eodem, vt rectè ſtatuit Synòdus Tolofana, ſub Ioanne d'Orleans, cùm de huius ſtatuti renouatione cap. de Euchariſtia. Sic & Concilium Rotomagenſe priſcum c. 5. præcipit Sacerdotibus, id eſt, pæſceiis, vt admoneant plebes ſibi ſubditas, vt Bubulcos atque porcarios, & alios pæſtores, vel aratores, qui in agris aſidue commorantur, vel in hlis, & idèd more pecudum viuunt, in Dominicis, & in aliis Feſtis diebus ſaltem, vel ad Miſſam faciant, vel permittant venire. Sed & Concilium Mediolanenſe I. ſub Pio IV. Moneant Parochi frequenter patresfamilias, vt filios & famulos, quos in beſtius paſcendis occupant, ſaltem diebus Feſtis Miſſæ iubeant intereſſe.

XVI.

Tit. de audientibus Confeſſiones.

Um ligare & ſolvere ſubditos, ad Curatoris Presbyteros pertinere noſcatur, vel ad eos, quibus per Dominum noſtrum Papan, vel Dioceſanum, ſeu per ipſum

ordinarium Presbyterum est indultum, seu concessum. Statuimus vt omnes qui Confessiones audient, sic discretè & religiosè se habeant, quòd corda confitentium à peccatis retrahant, & ad veram contritionem quantum poterunt inducant: Confessiones in Ecclesia audiant, induti Superpelicio, vel Romana Camisia, & cum Stola in collo, nisi essent Religiosi: & audientes Confessiones vultum habeant humilem, & ad terram defigant; nec in faciem confitentis, maximè mulieris aspiciant, ac cum maturitate & voce humili de peccatis inquirent, & de casibus nobis reservatis absolueri non præsumant, nisi in mortis articulo, vel nisi in quantum per nos, seu Vicarium nostrum, eis fuerit in scriptis, vel aliàs verbo concessum.

Seu per ipsum Ordinarium Presbyterum) Parochum scilicet, qui verè ordinarius est in sua Ecclesia, cum & eam obtineat proprio iure, & propriam in ea iurisdictionem exerceat, vnde Parochus vocatur proprius Sacerdos in cap. Omnis vtriusque sexus ext. de pœnit. & remiss. de quo nos infra.

Confessiones in Ecclesia audiant) non in priuatis aedibus, nisi necessitatis causa, sed palàm in Ecclesia, in loco honesto, & conuenienti; vt addit Synodus Tolosana, sæpè laudata, cap. de Pœnitenti

ua, in locis nimirum cò destinatis, in quibus excipiendas Confessiones statuunt Patres Melodunensis Conventus, in suis Constit. an. 1579, idque non noctu, sed interdium, & ante Solis occasum; ut nedum malum ipsum, sed & omnis mali suspicio rejiciantur: sed & postmodum Concil. Buiricense 1584. tit. 21. Can. 18. *Non in privatis locis, sed in Ecclesia sedibus ad id deputatis, Confessiones audiant ad id prapositi, Superpelliceis induti.* Sanxerant id antea, plures Galliæ nostræ Synodi Lingonensis 1404. Senonensis 1524. Carnotensis, 1526. Trecentis, Aurelianensis, Parisiensis, aliæque: vide Concil. Provinc. Tolos. infra part. 2. cap. 4. nu. 7. & 10.

Induti Superpellicio) idem habet Synodus Tolosana, sub Ioanne d'Orleans, cap. de Pœnitent. *Sacerdotes (quæ Confessiones audient) sint induti veste decenti, non expectorata, Superpellicio, vel Romana Camisia, &c.* Sed & antè Synodus Senonensis 1524. *Confessiones audiant Sacerdotes in Ecclesiis, cum veste decenti, non expectorata, cum Superpellicio, & Calmutio, quod vulgarijter dicitur Domino.* Synodus quoque Aurelianensis, cum de Pœnitentiæ Sacramento: *Confessiones Sacerdos audiat (nisi necessitate urgente) veste decenti, non expectorata, aut emanicata cum Suppellicio, ac Calmutio (vulgò Domino nuntupato) indutus, quod Calmutium ab omnibus Ecclesiarum Rectoribus deferri statuimus, maxime in suis Ecclesiis.*

Vel Romana Camisia) species est Superpellicei, formæ strictioris, & longioris, ac plerumque

sine manicis, cuius frequens est usus apud Italos, præsertim Romæ, ubi qui illa induti vulgò *Camigiotti* appellantur; nec Romæ solum, sed alibi passim, viget eiusdem strictæ vestis usus (de qua D. Hieronymus ad Fabiolam, & Alcuinus lib. de Diuinis Officiis) præsertim apud Canonicos Regulares, quales cum ista iuberentur, fuisse constat in huius vrbis insignibus Ecclesiis, ad D. Stephanum, & D. Saturninum. Cæterùm Camisiam pro Superpelliceo vsurpati probant Scriptores proximè citati, ac Balengerus ex Codinocùm de vestibus sacris.

Et cum Stola in collo) *vel Calvisio, seu Caputio, quod vulgò inter sacerdotes, Domino appellatur* ut hic adjecit Synodus Tolosana sub Ioanne d'Orleans, cùm de Pœnitentia. Caputium in veteri Glossario capitis regmen, Gallicè *un Chaperon*. Caparo aliis apud Vossium, hinc vocabulum Gallicum. Calmutium vocant Synodi Senonensis, & Aurelianensis locis superius designatis: Hoc autem Caputium Parochorum esse insigne, disertè pronunciat Concilium Prouinciale Tolotianum, infra par. 1. cap. 3. nu. 13.

Vultus habeant humilem, nec in faciem confitentis) Constitut. Synodales Galonis & Simonis Legatorum: *In Confessione habeat sacerdos vultum humilem, & oculos in terram, nec indiscretè frequentius respiciat faciem confitentis, maxime mulieris.* Synodalia Ecclesiæ Trecentis: *Mulieres verò instruendæ sunt; ne ad faciem sacerdotis, sed ad ipsius latus se collocent, ne in faciem videantur. Quas cum au-*

ſunt Confefſores, tam honeſtè, tam religioſè, & tam ſantè eam debent audire, ne Pater Cœleſtis qui videt in abſcondito, in aliquo offendatur. Eadem habent Synodi Lingonenſis, Pariſienſis, Aurelianenſis, aliarque; ſed his addere liceat, quæ adjicienda cenſuit Synodus Toſana, ſub Ioanne d'Orléans, in huius Conſtitutionis renovatione, ut, ſcilicet, auſtentes Confeſſiones, abſtineant ab omni riſu, motu, ac geſtu indebito, patienter & benignè peccata conſitentes auſtiant. Eadem habet Synodus Aurelianenſis, cap. de Pœnitentiæ Sacramento, & ante Synodus Senonenſis 1524. hac verborum ferie: Confeſſiones auſtiant ſacerdotes ſine alloqutione cum alia perſona, niſi cum conſitente, ſine riſu, & aliquo motu, ac geſtu ſcandaloso.

Cum humili voce) Synodus Aitrelilianenſis loco ſignato: *Abſtineat ſacerdos (qui Confeſſiones auſt) ab omni riſu, geſtu indecenti, atque tumultu: Quo quid conſitens dicat, ab adſtantibus in Eccleſia poſſit, vel etiam ſuſpicari.*

Absolvere tamen de illis non præſumant) id enim ipsis non licere manifeſtò liquet ex cap. ſi Episcopuſ de pœnis in 6. aliisque Iuris locis, ac definitum poſtmodum fuit à Concil. Trident. ſeſſ. 14. de Sacram. Pœnitentiæ, Can. 11. his verbis: *ſi quis dixerit Episcopos non habere Ius reſervandi ſibi Caſus, niſi quoad externam Politiam, atque ideo Caſuum reſervationem non prohibere, quominuſ ſacerdos à reſervatis verè abſolvat; Anathema ſit.* Sed & Concilia noſtra Gallicana, de quibus nos in notis ad Concil. Provin. Toſolanum, idem adſtruunt. Id au-

tem, non in secularibus modò, sed in Regularibus obtinere post Sacræ Congregationis declarationem expressè habet Concil. Mediol. 3. sub Gregorio XIII. cap. de iis quæ ad Pœnitentiæ Sacramentum pertinent, cuius hæc sunt verba: *Ne Confessarij Regulares, eorum peccatorum, quorum absolutio Episcopo reservata est, vinculis irretitos Pœnitentes absolvant, quemadmodum à Sancta Sede Apostolica declaratum est, id eis non licere, quavis Privilegiorum suorum autoritate.* Idem caurum Concil. Mediolan. 5. sub eodem Greg. XIII. eod. tit. in quo hæc statuuntur; *Ab iis verò Casibus, si quis Confessarius cuiusvis Ordinis, sine facultate scripta, ab Episcopo data, aliquem absolvere attentarit, Excommunicationis pœnam ipso facto subeat.* Et mox subdit, *Ne facultatum, privilegiorumve iure, quæ quicumque etiam Rosarij, & Cruce signatorum, Scholæ, Confratria, Collegiove, etiam Laicorum, quæve Collegiis, Confratribusve in eo adscriptis ante, vel post Conc. Trid. confirmationem concessa sunt, Confessarius cuiusvis Ordinis sit, ab iis Casibus, quos sibi Episcopus in sua Diœcesi reservaverit, pœnitentes sine illius facultate absolvat, si contra fuerit, suspensionem à Divinis ipso facto incurrat.*

Nisi in mortis articulo) quo casu permissum est omnibus Sacerdotibus, quoslibet pœnitentes, à quibusvis peccatis, & censuris absolvere; c. felicis de pœnis in 6. c. Pastoralis II. §. præterea ext. de Offic. iud. Ordin. c. cupientes §. sanè de pœnis in Clement. aliisque Juris locis. Quòd tamen cum hac cautione fieri hic præcipit Bernardus de Rosergio, ut nihilominus eis injunga-

tur (sunt verba Synodi) quòd si recuperauerint san-
nitatem, quàm citò poterunt nostro conspectui se
præsentent, nisi super hoc prædicti Confessores à
nobis habuerint licentiam specialem. Extra verò
hunc articulum, Sacerdotes cum nihil possint in
Casibus reservatis, id vnum pœnitentibus persua-
dere nitantur, vt ad Superiores, & legitimos Iu-
dices pro beneficio absolutionis accedant.

XVII.

*Ex eodem Tit. de audientibus
Confessiones.*



TEM statuiamus, quòd Sa-
cerdotes Curati, vel eorum
Vicarij, instruant & indu-
cant populum, vt ter in an-
no ad Confessionem ve-
niant, scilicet, in principio
Quadragesimæ, & ante

Festum Pentecostes Domini, & in principio
Adventus Domini, sicut Sacri Ordines anti-
qui statuerunt. Et quod ad minùs semel in
anno, videlicet, in Festo Paschæ, Corpus
Domini cum multa deuotione, & cordis
contritione recipiant reuerenter. Nam ali-

ter peccant mortaliter, secundum Constitutionem Generalis Concilij, nisi hoc facerent de consilio sui Curati, & ex causa.

Ter in anno ad Confessionem veniant) & ita ad Festa ventura se præparent, natalis scilicet Domini, triumphalis eius Resurrectionis, ac facti Pentecostes diei, quibus diebus Eucharistiam sumere omnibus Christi Fidelibus, iam pridem præscriptum fuerat. Fabianus Papa, seu Concilium Turonense 3. c. 1. apud Gratianum c. Et si non frequentius 16. de Consecrat. dist. 2. *Vt si non frequentius, saltem ter in anno Laici homines communicent (nisi fortè quis maioribus quibuslibet criminibus impediatur) videlicet in Pascha, in Pentecoste, & in Natali Domini.* Concil. Agathense Can. 18. *Seculares qui in Natali Domini, Pascha, & Pentecostes non communicauerint, Catholici non credantur, nec inter Catholicos habeantur; Quòd deindè Ludouicus Pius instaurauit lib. 2. capitul. cap. 45. apud Ansegisum Abbatem.*

Secundum Constitutionem Generalis Concilij) Lateranensis scilicet, sub Innocentio III. celebrati C. Omnis vtriusque sexus ext. de Pœnitentiis & remissionibus, quo statutum est, vt omnes fideles vtriusque sexus, cum ad annos discretionis pervenerint, saltem semel in anno, & quidem in Festo Paschæ, Resurrectionis Domini, communicarent Diuinæ Eucharistiæ, sub pœna excommunicationis in vita, & priuationis in morte Christianæ sepulturæ. Huic autem Constitutioni an-

ſam præbuiſſe nimiam Chriſtianorum tepiditatem diſſicili nemo poteſt; initio ſiquidem naſcentis Eccleſiæ, Chriſtiani (vt iam dixi) qui ſacræ Miſſarum celebrationi adſtabant, poſt acceptam pacem communicare conſueuerant, poſteâ cum refrigerata pietate, & imminuto ardore illo animorum, qui primis Eccleſiæ temporibus eluixit, rariùs cepiſſent ad Diuinum Myſterium accedere, eis, vt ſtimulus adderetur, lex lata eſt, vt ſingulis diebus Dominicis communicarent, *Can. non iſte, & Can. quotidiè Conſecrat. diſt. 5.* ſed ruruſum tamen inualeſcente populi negligentia conſtitutum fuit à Concilio Agathenſi aliſque ſuprà citatis, vt quotannis, ter ſaltem Diuinum munus acciperent, cui legi cum nec morem gererent, ſed in plures annos ſacræ Euchariſtiæ Communio protraheretur, coacta fuit Eccleſia Decreto ſuo annuam Communionem ſancire.

Niſi hoc facerent ex conſilio ſui Curati) Ex præſcripto eiſdem Concilij Lateranenſis loco præximè citato.



XVIII.

*Ex eodem Tit. de audientibus
Confessiones.*

TEM si aliquis in mortis articulo fuerit constitutus, qui pro certis & liquidis debitis, vel offensa manifesta excommunicatus fuerit, & petat se absolvi; tunc demùm cùm debitum recognouerit, vel offensam, & bona sua exposuerit in manibus Sacerdotis, à quo petat se absolvi, & fidejussores idoneos, si commodè & sine periculo potest fieri, de offensa emendanda, & debito persolvendo, infrà certum tempus, absolutionis beneficium sibi impendatur: Et nihilominùs Sacerdos ab ipso iuramentum recipiat, quòd si convaluerit, ipse satisfaciet infrà mensem, quòd si facere distulerit nullà nouâ monitione vltèrius expectatà in pristinam Sententiam reincidat. Si verò tam pauper fuerit, quòd non possit satisfacere vllò modo nihilo minùs absolvatur, & Sacerdes ab eo Sacramentum recipiat; quòd

si ad pinguiorem fortunam deuenierit, ad plenum satisfaciet, vt est iuris. Si verò talis qui fideiussores idoneos præstiterat mortuus fuerit, ipsius hæredes, vel executores, aut bonorum possessores, si hæredes non habeat, vel fideiussores; si qui per Capellanium recepti fuerint (quem, quantum ad hoc, personam publicam constituimus) illis quorum interest, vel interesse poterit, sicut per personam publicam actio acquiratur: Nulla alia actione acquisita, sed requisita, super debito, vel offensa, vel satisfactione, per censuram Ecclesiasticam compellatur. Interdicimus tamen dictis Rectoribus & Curatis, ne talibus per eos, vt præmissum est absolutis, alia Sacramenta Ecclesiastica, & sepulturam administrent, donec ab excommunicatore beneficium absolutionis obtinerint, aut à Nobis, seu Officiali nostro habuerint licentiam expressam, & qui scienter contrafecerit ipso facto Sententiam excommunicationis se nouerit incurrisse.

REnouata fuit hæc Constitutio à Ioanne d'Orleans, cap. de Pœnitentia.

Absolutionis sibi beneficium impendatur :) Nec enim in illo casu deneganda est absolutio, cap. ex parte ext. de verb. signific. cap. solet. cap. venerabilibus §. porro c. Alma Mater de Senten-

ſia excom. in 6. cap. quamquàm de uſuris etiam in 6. & cap. ſuper eo de Raptoribus apud Greg Couaruiam lege ad D. cap. Alma Mater, par. 1. §. II. num. 11.

Et nihilominùs ab ipſo Sacerdos iuramentum recipiat) cap. Ex tenore cap. De cætero ext. de Senten. excom. C. Peſſimam 132. 23. qu. 8.

Vt eſt iuris) cap. Odoardus ext. de ſolut. §. ſin. inſtit. de actiombus.

XIX.

Tit. de publicè pœnitentibus.

VIA ſunt nonnulli caſus, in quibus eſt ſolemniſ, & publica Pœnitentia in iungenda, & delinquentes debent publicè pœnitere, puta quando ſurgunt grauiſſima crimina, publicè vel vulgata, adeò quòd totam commouent viciniam, ſiue urbem, ſicut eſt inceſtus, ſortilegium, oppreſſio puerorum, & alia grauiſſima crimina hiſ ſimilia publicè diuulgata; in capite Ieiunij, & die Cœnæ Domini, ad Cathedralem Eccleſiam, iuxta Statuta Ca-

nonica veniant absolvendi, & remittantur per Rectores, & Curatos eorum,

Putà quando sint grauia crimina publica vel vulgata) pro quibus duntaxat, Pœnitentia publica venit imponenda: nec enim si antiquos Patres, & Canones consulamus, qualibet peccata publicæ Pœnitentiæ sunt obnoxia, sed quæ publica sunt, & cum scandalo conjuncta uti probari potest ex D. August, Epistola 50. ad Macedonium; sed luculentius ex eiusdem D. August. insigni in primis, ac locuplete dissertatione quæ extat in Homil. 50. de triplici actione Pœnitentiæ: Sed & Eligij Episcopi, diserta vox est, in Hom. 16. *Vos Fratres alloquor, quos publica actio criminalis, publicam cogit agere Pœnitentiam*: Et Conc. Cabilonensis, 2. Can. 25. *Si quis publicè peccat publica mulctetur Pœnitentia.* Concil. Arelatense sub Carolo c. 26. *Qui publico crimine convicti sunt reipublicè iudicentur, & publicam Pœnitentiam agant, secundum Canones.* Concil. Ticinense c. 11. *Sacra docet Auctoritas, ut publicè peccantes, publica Pœnitentiæ subjiciantur.* Hinc rectè Concilij Trid. Patres c. 8. de Reformatione sess. 24. *Apostolus monet publicè peccantes, palàm esse corripicndos; quando igitur ab aliquo publicè, & in multorum conspectu crimen commissum fuerit, unde alios scandalo offensos, commotosque fuisse, non sit dubitandum; Hinc condignam pro modoq; culpa Pœnitentiam publicè injungi oportet; ut quos exemplo suo ad malos mores prouocauit, suæ emendationis testimonio, ad rectam reuocet vitam.*

Sicut est incestus) enumerantur, & hi quoque casus à Ioanne d'Orleans in huius Constitutionis renouatione, cap. de Pœnitentia.

Et die Cœnz Domini) quo Pœnitentium reconciliationem fieri ex veteri Ecclesiæ consuetudine probant Canones, & Authores mox citandi, ac Rituales Libri, qui ea quoque die huiusce reconciliationis formam descriptam habent. Constat id quoque ex sermone de vnctione Chrifti, inter opera S. Cypriani: *Hac die primum commendata est nobis fractio panis, &c.* Et paulò post: *Hodiè reconciliantur Ecclesia peccatores, & eiectioni foras, ad Matris ubera reducuntur, & exclusi à cœtu Sanctorum, ad Communionem quâ caruerant reuertuntur.*

Ad Cathedralē Ecclesiā) similis est Constitutio Guillelmi Parisiensis Episcopi, in Statutis Synodalibus, ante annos plusquam trecentos editis, num. 9. *Presbyteri Parochianos suos solemniter pœnitentes, faciant venire in capite ieiunij ad Ecclesiam Cathedralē, ut per Episcopum solemniter ab Ecclesia ejiciantur, & similiter in die Iouis proxima ante Pascha, ut per Episcopum Ecclesia reconcilietur.*

Iuxta Statuta Canonica) Concilium scilicet Agathense, cap. 9. quod refertur Can. in cap. 64. dist. 5. ac verus Ecclesiæ institutum, cuius meminit Innocentius I. Epist. ad Decentium Episcopum Eugubinum; & Hyeronimus, Epist. 30. ad Oceanum, in descriptione Pœnitentiæ publicæ Fabiolæ Nobilis Romanæ.

Et remittantur per Rectores) ut scilicet Ecclesiæ solemnī ritu per Episcopum reconcilientur;

Huic enim vni pro dignitate & Officio, Pœnitentiæ publicæ ac solemnis, imponendæ administrandzque authoritas, attributa semper fuit, cuiusque alteri negata, nisi necessitas aliud suaseret; quod ita explicat Concil. Carthaginense 3.
Can. 32. & Africanum Can. 10. Presbyter inconsulto Episcopo non reconciliet Pœnitentem, nisi absente Episcopo, vltima necessitas cogat. Antea istud Decretum fuerat Concil. Carthagin. Can. 4. Postea Concilio Hispalensi, c. 7. sed & Conciliis nostris Gallicanis, Andegauensi, Can. 12. Agathensi, Can. 44. aliisque. Habentur priora Concilia apud Gratianum, C. si iubet Can. ministrare, Can. Presbyter 26. quæ 6. Quin nec Corepiscopis ipsis Pœnitentiam publicam indicare, & Pœnitentes publicè reconciliare, seu absolvere olim concessum, quod Pontificij apicem non haberent ex Leonis Epist. 86. Can. quamvis 68. dist. Nec Abbatibus etiam Can. accedentibus ext. de excessib. Prælat. Sirmiundum lege in Historia publicæ Pœnitentiæ, c. 8. sed tamen ut id obiter annotare liceat in Pœnitentia publica, non vacabant partes Presbyterorum, seu Paræciarum Rectorum, ut constat ex Concilio Agathensi, Can. 9. Nam Pœnitentes publici, cum Episcopo sistebantur ante fores Ecclesiæ, adesse debebant Decani, id est, Archipresbyteri Paræciarum, & Presbyteri pœnitentium, qui eorum conversationem diligenter inspicere debebant, & pro modo culpæ, Pœnitentiam per gradus injungere, & post hæc in Ecclesiam introducere so-

lemniter, demùm per Episcopum reconciliandos, uti habetur apud Gratianum, d. Can. in cap. 64. dist. 50.

XX.

Tit. de Infirmorum visitatione.

T animarum periculis obvietur, & eorum saluti diligentius consulatur. Statuimus & mandamus, quòd Rectores & Curati Ecclesiarum Ciuitatis, & Diocesis Tolos. si commodè valeant; in propria persona visitent Parochianos suos vtriusque sexus, debiles, & infirmos, & eorum Confessiones audiant, ipsisque ministrent Ecclesiastica Sacramenta, ut populi deuotio augmentetur, & de ipsis melius valeant reddere rationem Deo.

Renovata fuit hæc Constitutio à Ioanne d'Orleans, iisdem verbis, cap. de Pœnitentia.

XXI.

*Tit. de Collatione Extremæ-Vnctionis,
& aliorum Sacramentorum
expositione.*

STATVIMVS vt omnes Sacerdotes curam animarum habentes, Parochianos suos, tam diuites, quàm pauperes, salubriter moncant, & inducant, vt Extremam Vnctionem horâ opportunâ, & alia Sacramenta petant. Et ipsi Præsbyteri, ea gratis offerant, & impendant, nihilque ab eis exigant, nisi ex postfacto, & tunc non nisi quòd est consuetum, & rationabiliter observatum. Eis districtè præcipientes, vt Sacramenta frequenter exponant populo sigillatim.

VT Extremam Vnctionem horâ opportunâ) Videm habet iisdemque verbis, Synodus Tolosana sub Ioanne d'Orleans, cap. de Extremâ Vnctione.

Nihilque ab eis exigant, nisi ex postfacto:) vide infra similem Constitutionem Iohannis d'Or-

leans, nu. 1. & Canones à nobis ibi relatos.

Vt Sacramenta frequenter exponant populo (si-
gillatim) seu, vt habet Synodus Tolosana, loco
proximè signato: illorum virtutes & effectus, ple-
bi sibi commissæ frequenter explicent, ad ea po-
stulanda, requirenda, & cum reuerentia & timo-
re suscipienda excitent & prouocent, multis &
frequentibus monitis. Vt præcipit Synodus To-
losana sub Ioanne d'Orleans, in renouatione hu-
ius Constitutionis, cap. de Extrema Vnctione,
c^{ma} de re vide Concil. Trident. sess. 24 de Refor.
cap. 7. & Concil. Prouinc. Tolos. infra part. 2.
cap. 3. num. 1.

XXII.

*Tit. de cessatione à Diuinis propter Cle-
ricos captos, vel propter portitores
litterarum Curie nostræ.*



OMNIBVS & singulis Recto-
ribus & Curatis, seu Vi-
carius Diocesis Tolosanz
præcipimus, & districtè
præcipiendo mandamus,
quòd quàm citò fenerint
Clericos, vel portitores litterarum nostræ
Curie

Curæ in Parochiis suis captos esse, & arrestatos per Curiam sęcularem; aut Dominum, seu Consules alicuius loci, aut per aliquem Nobilem, vel alium ad hoc potestatem habentem in suis Parochiis, eos ex parte nostra requirant, quod si requisiti restituere recusauerint, quamdiu in dicto loco fuerint detenti, in nostrum, seu Iurisdictionis nostrę Ecclesiasticę vituperium & contemptum, seu contra mandatum & monitionem Officialis nostri Tolosę, quod cessent tunc a Divinis, propter ipsorum iudicium, seu Dominorum temporalium inobedientiam, atque culpam, prout alias in Constitutionibus Synodalibus est injunctum. Et idem de Litteris Curię nostrę per aliquem, seu aliquos prædictorum, si capiantur, & dilacerentur, volumus observari.

Renovata fuit hæc Constitutio iisdem verbis à Joanne d'Orleans, cap. de Excommunicatione.

XXIII.

*Tit. de Sacris Ordinibus
recipiendis.*

STATVIMVS, ne aliquis Clericus nostræ Diœcesis per saltum se faciat promoueri, nec ab alio Episcopo, seu Archiepiscopo, quàm à nobis Ordines recipiat, sine nostra licentia speciali, nec ad Ordines potissimè Sacros veniant, nisi prius peccata sua confessi fuerint illis, qui eos potestatem habent absolvendi.

Renovata fuit hæc Constitutio à Ioanne d'Orleans, cap. de Sacramento Ordinis.

Per saltum) id est, præpostero cursu, ut loquitur Canon, & contempta ordinum serie, Clericus enim per saltum promotus dicitur, qui non gradatim uti Canones iubent, Can. Si Officia 59. dist. & Can. Illud Can. In singulis, & Can. Qui-eunque 77. dist. Sed præproperè à minoribus Ordinibus ad superiores ascendit mediis neglectis, veluti si quis Subdiaconus prætermisso Diaconatu Sacerdotium assumpserit, quod Sacris Canonibus

bus veritum, Can. Sollicitudo dist. 52. & Can. vnic. de Clerico per saltum promotò apud Gregor. Et licet Ordo ritè collatus censeatur, suspensio tamen infligitur, D. Can. sollicitudo, cuius suspensionis dispensatio, si sic malè promotus Ordinem susceptum exercuerit, non ad Episcopum, sed ad Papam pertinet, secus si in Ordine suscepto non ministraverit, tunc enim poterit Episcopus dispensare. Concil. Trident. sess. 23. cap. 14. de Reformat. *Cum promotis per saltum, si non ministraverint, Episcopus ex legitima causa possit dispensare.* Est tamen prius quàm utatur, suscipiendus Ordo ommissus, D. Can. Sollicitudo. Sed prodiit nuper Sixti V. Pont. Diploma datum Romæ anno 1588. V. idus Ianuarij, quod refertur à Piafocio in Praxi, quo Rom. Pontifex Clericos sic per saltum permotos, ab executione, ministerio, & exercitio Ordinum susceptorum, & ab omni spe, & facultate ascendendi ad alios superiores perpetuò suspensos declarat, & si in eis ministrare præsumperint, illos sic irregulares, effectos omnibus & quibuscunque per eos in titulum commendam, aut aliàs obtentis dignitatibus, Officiis, & Beneficiis Ecclesiasticis, ipso facto privat, & iis privatos, atque ad illa, & alia similia, vel dissimilia in posterum obtinenda in perpetuum inhabiles, & incapaces esse decernit. Sed Clemens VIII. Bulla data etiam Romæ, apud S. Petrum anno 1595. pridie Kal. Martij, quæ refertur ab eodem Piafocio in praxi has pœnas sustulit, & ad terminos Iuris communis reduxit.

Nec ab alio Episcopo;) Etenim iuxta Canonicas Sanctiones, vnusquisque Clericus, à proprio Episcopo ordinandus est, qua de re lege Canones Concilij Nicæni Oecumenici, Concil. Sardicenis etiam generalis, an 347. Chalcedonensis, Antiocheni, aliorumque, qui habentur apud Gratianum, dist. 71. quibus adde Concil. Arausic. 1. ann. 441. c. 8. Aurelian. v. anno 552. Mogunciacum anno 888. c. 14 & postremò Trident. sess. 23. de Reform. c. 8. Ordinatus tamen à non suo Episcopo reordinari non debet, quia reordinationes, & rebaptisationes sunt illicitæ; sed peracta Pœnitentia, Ordini quem sic obtinuit reddi, in eoque confirmari à proprio Episcopo potest, ut Fulbertus Episcopus Carnotensis, Epist. 25. idque secundum iura, c. 1. & 2. 68. dist. & Can. fin. causæ 9. quæst. 2. Triplex autem hoc loco proprius est Episcopus, originis scilicet, Domicilij & Beneficij, vt apertè habetur, cap. cum nullus de temporibus ordinat. in 6. quòd summè notandum est.

Sine nostra licentia speciali) nulli siquidem Episcopo licet, vigore cuiusvis priuilegij alterius subditum, etiam prætextu familiaritatis continuæ, commensalitatissuæ, absque sui propriij Prælati expresso consensu, aut Litteris dimissorij, ad aliquos Sacros, aut minores Ordines, vel primam Tonsuram promouere, seu ordinare; Contra faciens ab exercitio Pontificalium per annum, taliter verò promotus ab executione Ordinum sic susceptorum, donec suo Prælati visum fuerit,

ipſo iure ſint ſuſpenſi, vt diſertis verbis defini-
runt Synodi Tridentinæ Patres, ſeſſ. 14. Can. 2.

XXIV.

De Officio Diaconi.

VREMVS etiam, vt Dia-
coni non præſumant
Euchariftiam infirmis
dare, nec alia facere,
quæ ad Sacerdotis Of-
ficiũ pertinere noſcun-
tur, niſi abſente Sacerdo-
te, vel in neceſſitate euidenti, & tunc poſſunt
Euchariftiam ad infirmos deferre, eos com-
municare, baptiſare, & etiam ſepelire.

NON præſumant dare Euchariftiam infirmis)
& rectè id quidem, cùm ſicut hoc Sacra-
mentum nemo alius conficit quàm Sacerdos, c. 1.
ſ. Vna ext. de Summa Trinitate; ita nemo alius
præter Sacerdotem erogat, c. Peruenit 29. de
conſecrat. diſt. 2. quamquam diffidendum non eſt,
primis Eccleſiæ temporibus, ætate nimirum S.
Iuſtini Martyris, Diaconos fidelibus Corpus, &
Sanguinem Domini porrexiſſe, vt conſtat ex il-
ius Apologia 2. pro Chriſtianiſ, & aliis SS. Pa-


trum testimoniis; Sed neque id prohibuit Conc. Nic. 1. Can. 18. sed abrogat tantum pravam illam consuetudinem, quorumdam locorum, in quibus Diaconi Presbyteris Eucharistiam porrigebant; cum absurdum sit, ut hi, qui non offerunt, iis qui offerunt Eucharistiam porrigant; sed quidquid hæc de re sit, certum est, his quoque temporibus Diaconos, ea ac similia munera, quæ sacerdotalia sunt, non tam sua, quam Sacerdotum inductione, Imperioque obisse; fidem facit Canon 38. Concil. Carthaginensis 4. quo prohibetur Diacono, Eucharistiam populo erogare præsentem Presbytero, nisi necessitate id facere iubeatur; vide S. Thomam 3. part. qu. 82. art. 3. & ad 4. sent. dist. 11. & 13.

Nisi absente Sacerdote, & in necessitate evidenti) quo casu Diaconi non solum Eucharistiam populo ministrare, sed & licite baptizare, & alia ministeria, quorum hæc mentio, explere possunt, Can. Diaconos 13. qui excerptus est, ex Epistola Gelasij Papæ ad Episcopos Lucaniæ de consecrat. dist. 93. Can. Constat 19. de consecrat. dist. 4. sed neque absente solum, sed etiam præsentem Sacerdote, dummodò ipse, ut supra dixi, iubeat, possunt Diaconi hæc ministeria obire, Can. Præsentem 18. dist. 93. Nec porro est in potestate Episcopi, vel Sacerdotis, ut rectè advertit vir doctus huius ævi, si adsit Diaconus alium inferiorem Clericum ad hæc ministeria explenda delegare, quoniam hoc habet priuilegium Diaconus, ex Ordinatione sua, ut tertio Ordine ad hoc munus

accedat, mediante tantum Episcopali, vel Sacerdotali iussione, quæ perficit facultatem inchoatam, per Characterem ipsum Diaconatus, dum ad alium per hanc iussionem licitè reducit potestatem, quâ uti licitè nequit sine mandati illius accessione.

XXV.

De Matrimonio, & Bannis edendis.

I.  VIA nonnulli Rectores, Vicarij, & locatenentes eorumdem, & alij Presbyteri Ciuitatis & Dioecesis Tolosanae, contra Canonicas Sanctiones, & Constitutiones Synodales, quamplures nubere volentes, aetatem non habentes, & de alienis Parochiis venientes, & alienigenas à suis proprijs Rectoribus, neque à Nobis, neq; ab Officiali nostro dispensationem Bannorum, nec licentiam habentes, ac alios bina Matrimonia contrahentes ad Benedictionem admittunt Nuptialem, & etiam ad Diuina, Sententias excommunicationum promulgatas in Constitutionibus Synodalibus, & Ordinationibus, aliàs per nostros prædecessores;

factis & editis, ac in Synodis publicatis te-
merè incurrendo; Eapropter prædictas
Constitutiones Synodales innovantes, &
quædam eisdem addentes. In primis statui-
mus & Ordinamus, quòd nullus Rector, Vi-
carius, aut Capellanus Civitatis & Dioce-
sis Tolosanæ, aliquos, ætatem perfectam ad
Matrimonium contrahendum, non haben-
tes, ad Benedictionem Nuptialem aliquate-
nù admittant, nisi homo habeat ætatem qua-
tuordecim annorum, & mulier habeat æta-
tem duodecim annorum completam.

Nisi homo habeat ætatem quatuordecim an-
norum, mulier duodecim completam;) nam
hæc est ætas legitima iure Canonico & Civili nup-
tiis contrahendis præfinita, annorum scilicet 12. in fœ-
minis, & 14. in masculis quæ & ætas pubertatis di-
citur, antequam nulla rata Matrimonia sunt, nec
pubertas censetur, nisi contrarium factis compro-
betur, c. Puberes, 3. c. Attestationes 10. c. Comi-
nebatur, 6. c. Ex litteris 11. ext. de despons. impub.
l. Quæsitum, l. In sponsalibus, vbi Gloss. ff. de
sponsal. l. Mulierem, ff. de ritu Nuptiarum. Puer
igitur contrahendo Matrimonio aptus non est,
non item puella, quæ pubertatis annos non atti-
git, nisi malitia suppleat ætatem, id est, nisi ante
tempus pubertatis præscriptum, adsit potentia
generandi, & sufficiens discretio ad se obligan-
dum: hoc enim casu validum erit Matrimonium,

ante ætatem iure præscriptam initum, vt expressè definitur d. c. de illis 9. c. Puberes 3. & c. fin. ext. de desponsat. impub. licet enim contrahentium ætas annorum numero, iuxta præscriptum Iuris Ciuilis æstimari soleat; rectius tamen Sacri Canonès, eam ex pubertate metiuntur: hæc autem ætas completa esse debet, vt hîc statuitur, alioquin Matrimonio vim contractus nullam fore si vel vna dies desit, ad complementum anni decimi quarti in masculis, & duodecimi in fœminis rectè censet Basilius Pontius de Matrimonio, lib. 8. cap. 65. & ita tenendum est in praxi contra Gutierrez Sanches. Barbosa, & alios contrarium asserentes.

II. **S**Tatuimus, quòd quicumque clandestinè, testibus fide dignis non vocatis, & præsentibus, ad decipiendum mulierem, vel aliàs per verba de præsentem Matrimonium contraxerint; vel etiam cum duabus mulieribus viuentibus, vel cum consanguinea, seu aliàs in gradu prohibito scienter contraxerint ipso facto excommunicationis Sententiam, quam trina & Canonica monitione præmissa, ferimus in his scriptis, se nouerint incurrisse.

Clandestinè) de clandestinis desponsationibus & conjugijs: vide Concil. Lateran. sub Innocentiò III. c. 51. quòd refertur c. ult. ext. de clan-

dest. desponsat. ac Tridentinum Concilium, fest. 24. c. 1. de reformat.

Vel etiam cum duabus mulieribus viventibus) quod utique per Sacros Canones non licet c. gaudemus 8. ext. de diuortijs, c. licet 3. c. tuas. 5. ext. de sponsa. duorum, sed & Iure Ciuili irrogatur infamia ei, qui suo nomine eodem tempore bina sponsalia, binasve Nuptias constitutas habuerit l. 1. §. ult. ff. de his qui not. infamia, quin & iure Pontificio c. nuper ext. de bigam. non ordinandis.

Seu aliàs in gradu prohibito) quòd sub excommunicationis pœna prohibet Clemens V. in Concilio Generali Viennensi, cap. vnico de consanguin. & affin. in Clement.

III. **S**Tatuimus & Ordinamus, quòd nullus Rector, Vicarius, aut Capellanus Ciuitatis, & Diœcesis Tolosanæ, aliquos ad Benedictionem Nuptialem admittant, nisi Banna Matrimonij fuerint edita, & publicata in Ecclesia per tres dies Dominicos, aut Festiuos, nouem Lectionum, colibiles in Parochia in qua banna sunt edenda, & per legitima temporum intervalla, nec talibus alibi nubendi, aut Benedictionem Nuptialem recipiendi concedant licentiam, nisi Bannis editis, aut de speciali gratia super hoc fuerit per Nos, aut Officialem nostrum nostrum dispensatum, & caueat Sacerdos

Parochialis, seu Vicarius, aut Capellanus, quòd si apparuerit aliquod impedimentum, non procedat vlteriùs in præmissis, nisi cum consilio Superiorum, & quòd Matrimonium volentes contrahere ante solemnisationem ipsius confiteantur peccata sua.

Nisi Banna Matrimonij fuerint edita) iuxta Concilij Lateran. Decretum, loco proximè signato, cui adstipulatur Concil. Trid. vbi suprà.

Non procedat vlteriùs in præmissis) Synodus Lingonensis 1404. *Sacerdos, Curatus, vel Vicarius inquirat diligenter de impedimento Matrimonij, & si sciat aliquod impedimentum esse, vel aliquis sibi reuellet, aut opponat se Matrimonio contrahendo, non debet procedere vlteriùs ad Banna, vel aliud facere de contrahendo Matrimonio, sed debet partes & causam remittere ad Sedem Episcopalem: Sed & Concil. Mediol. 3 sub S. Carolo: Investiget etiam ipse Parochus diligenter, aut alius Sacerdos, cui facultas data est in Matrimonium iungendi sponsos, an quod denunciaturus est Matrimonium in eo aliquod subsit impedimentum, quominus contrahi liceat; quòd si in aliquâ probabili conjecturâ extiterit, quâ existimet illud inire non licere, Episcopum ante consulat, quàm vlteriùs in denuntiationibus progrediatur, sponsos ve iungat, quos dubitat Matrimonio non licere copulari.*

Confiteantur peccata sua) Guillelmus Episcopus Parisiensis in Synod. Presbyteri injungant Parochianis suis, quòd quando Matrimonium inter aliquos sit contrahendum, illi qui debent contrahere, confitean-

ur, ob reuerentiam Sacramenti, peccata sua Presbyteris suis priusquam fidem præbeant de contrahendo, vel saltem antequam contrahant per verba de presenti. Sed nec solum confessi, quin & Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento muniti, ut eos hortatur Sancta Synodus Trid. sess. 24. de reformat. Matrimonij, cap. 1. his verbis: *Postremò Sancta Synodus conjugum hortatur, ut antequam contrahant, vel saltem triduo, ante Matrimonij consummationem, sua peccata diligenter confiteantur, & ad Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum piè accedant.* Sanè nec per solam benedictionem, sed etiam per Sacrosanctæ Eucharistiæ participationem Nuptias obsignari solitas, testatur Balsamon in 11. Basilij ad Amphilocho, Can. 26.

IV. **S**Tatuimus, ut nullus Rector, Vicarius, seu Capellanus Ciuitatis & Diocesis Tolosanae, nullos nisi sint Parochiarum suarum oriundi, aut tales contrahere volentes venerint intra Parochiam in ætate septem annorum, vel minori, seu in tali ætate, in qua non potuerint sponsalia seu Matrimonium contrahere, aut quòd vir habuerit uxorem, & ipsa intra suam Parochiam decesserit, vel mulier virum, & talis vir intra suam decesserit Parochiam, ad dictam recipiant Benedictionem Nuptialem, nisi super hoc fuerit per Nos, aut Officiale nostrum specialiter dispensatum, nec excommunicata-

tos, seu interdictos, ad prædictam Benedictionem admittant.

V. **S**TATUIMUS & ORDINAMUS, quòd omnes illi qui ad alienas Capellas absque eorum Rectorum, seu nostra licentia, aut Officialis nostri accedunt ad recipiendum Benedictionem Nuptialem, & illos concomitantes, excommunicationis Sententiam incurrant; quam in contrarium attentantes trinâ & Canonica monitione præmissa ferimus in his scriptis.

VI. **E**T quia interdum sunt nonnulli binâ Matrimonia contrahentes, primis viris & mulieribus viventibus, qui ad alienas Capellas absque Rectorum, quorum sunt Parochiani, atque nostra, seu Officialis nostri licentia, accedunt ad recipiendum Benedictionem Nuptialem, & deinde ad Parochiales Ecclesias reuertuntur. Volumus & Ordinamus, quòd tales, & quicumque alij in alienis Ecclesiis, vel Capellis, Benedictionem Nuptialem recipere præsumpserint, omissis suo Parochiali Presbytero, & Curato, nostra seu Officialis nostri licentia non obtentâ, ipso facto excommunicationis Sententiam, quam trinâ & Canonica mo-

nitione præmissa ferimus in scriptis, se no-
uerint incurrisse; & tales, & eos concomi-
tantes non admittantur ad Diuina, vel ab
Ecclesiis ejiciantur tanquam excommuni-
cati, donec à Nobis, seu Officiali nostro, de
præmissis absolutionem meruerint obti-
nere.

VII. **E**T quia plures de diuersis Mundi
partibus, se dicentes fore conjuga-
tos, quamvis re vera non sint, ad alienas
veniunt Parochias causa moram trahendi.
Statuimus & Ordinamus, quòd tales ad Ec-
clesiastica Sacramenta non admittantur, nisi
constet illos fore conjuges per litteras, aut
testes fide dignos.

Et quia plures de diuersis mundi partibus)
Concil. Mediol. 3. sub Greg. XIII. tit. de iis quæ
ad Sacramentum Matrimonij pertinent; *Ne patia-
tur Parochus quempiam cuiusvis gradus, & conditionis
hominem, qui sibi ignotus, in suam Parochiam ab alie-
na Diœcesi commigrat, cum muliere quam secum con-
iugis nomine duxerit, in ea habitare, si modò, de lex
infamia, vel alia legitima suspitione conseruare possit,
illam habere in concubinam: nisi Parochi à cuius Paro-
chia discessit, litteris certo præscripto tempore, testatum
ille fecerit sibi illam legitimo Matrimonio iunctam esse,
quod testimony scriptum ubi attulerit, id in Vrbe Epif-
copo, in Diœcesi Vicario foraneo exhibeat: qui si pro-*

bandi vim illud habere perffexerit à Parocho, in cuius Parochia fines is dicitur habitatum, illud eiusve exemplum in Matrimoniorum Codice afferuari iubeat.

VIII. **S**Tatuimus & Ordinamus, quòd si Sali qui in Ciuitate & Diœcesi Tolosana, Matrimonium per verba de præfenti, seu sponsalia per verba de futuro contraxerint, tales sic contahentes Matrimonium, seu sponsalia, vt supra dictum est, nullatenus sint aucti insignitè cõhabitare, seu manere in vna & eadem domo comedendo & bibendo; & simul cõhabitando, seu ad invicem carnaliter commisceri, ante solemnisationem Matrimonij, & non editis tribus Bannis, nisi super dictis Bannis per Nos, aut Officialem nostrum, fuisset dispensatum, & hoc sub pœna excommunicationis, quam in contrarium attentantes, trinâ & Canonica monitione præiussa, ferimus in his scriptis.

IX. **S**Tatuimus & Ordinamus, quòd si super præmissis prædicti, Rectores, Vicarij, aut Capellani Ciuitatis & Diœcesis Tolosanae, aliquod dubium habeant, tale dubium referant Nobis, seu Officiali nostro, pro debito consilio obtinendo, & nihilominus si aliquis casus de prædictis, in eorum Ecclesia, vel eorum Annexis euenerit, seu

acciderit, aut aliàs sciuerint, Nobis, seu Officiali nostro habeant notificare, seu reuelare, quàm citò commodè poterunt, pro debito remedio obrinendo. Et præmissa observari volumus, sub pœna à Iure lata, & alia per Nos prout casus exegerit, imponenda.

XXVI.

Tit. de Sepulturis.

NHITIBEMVS districtè omnibus Curatis, ac eorum Vicariis Ciuitatis & Diœcesis Tolosanæ, ne aliquis ipsorum aliquem sepelire audeat intra Ecclesiam, quòd si facere præsumpserit, absque nostra, vel Officialis nostri licentia speciali, in quinquaginta solidos Tolosanos puniatur, operi nostræ Ecclesiæ Tolosanæ, applicandos, nisi tamen talis defunctus fuerit Rector illius Ecclesiæ, Nobilis, aut egregia persona, aut alia iusta causa, & rationabilis interueniat.

Renonata fuit hæc Constitutio iisdem verbis à Ioanne d'Orleans, cap. de Sepulturis.

Aliquem sepelire audeat intra Ecclesiam) nec enim intra eam omnibus indiscriminatim, vt hodie

die moribus nostris receptum est, iustæ sepulturæ locus fuit, si antiquum Ecclesiæ usum, cuius S. Optatus meminit lib. 3. De schismate repetamus. Quinimò cautum id pridem, ut infra dicemus ad Concilium Provinciale, ne intrâ ædes Sacras humana cadavera conderentur, qua de re extant plura Conciliorum Decreta: Sanctorum etenim tantummodò Martyrum, vel Confessorum sepulturæ, Ecclesia tunc temporis servabatur, ut rectè monet Baronius ad Ann. 563. ex Concilio Bracarenfi, qui & isthic annotat veterem illum usum, diu in Ecclesia perseverasse, & hoc sanè maiori ratione fiebat, quàm apud Ethnicos: Nam l. 12. Tab. defunctum intrâ mœnia Ciuitatis sepelire vetitum erat apud Tullium II. de legib. quòd ipsum vetuerunt Diocletianus & Maximinianus in l. Mortuorum, C. de Religios. & sumpt. funer. & Adrianus in l. 3. §. De sepulchr. violat. Hinc non malè Concil. Bracarense iam citatum: *si firmissimum hoc Priuilegium vsque nunc retinent Ciuitates, ut nullomodo intrâ ambitum murorum, cuiuslibet defuncti corpus humetur: Quantò magis hoc venerabilium Martyrum debet reuerentiâ obtinere?*

Absque nostra vel Officialis nostri licentia speciali:) Hoc tamen totum Parochi arbitrio, ac potestati relinquunt Patres Concil. Turonensis sub Gregorio XIII, sic enim aiunt: *Laicis omnibus etiam nobilibus minimè liceat sepulturas in Ecclesiis iure proprio sibi vendicare: Cùm sepultura sit propriè & mere ius spirituale & Ecclesiasticum: Neque sepulturas in illis assumere & eligere, ad, iuxta, vel prope maius*

Altare, aut Sacramentum, quacunque præensa in contrarium consuetudine, aut possessione non obstante: nisi forte sint Episcopi, aut Ecclesiarum Rectores, vel Fundatores ipsarum: Nullo autem modo in Ecclesiis sepultura effodiat, nisi quæ, non minore quàm sex, aut quinque pedum spatio, à maiore, aut digniore Altari distet, quibus in Ecclesiis neminem sine Rectoris consensu & autoritate inhumare liceat. Et hoc iure vitumur: nec enim, ut quis intra Ecclesiæ ambitum sepeliatur, Episcopum adiri necessum, cum solius Presbyteri, seu Paræci consensus sufficiat, ut moribus nostris iampridem receptum est; & sanè sepulturas mortuorum, ut vnusquisque Presbyter disponat, siue ordinet cautum Constitutionibus Riculphi Sueffionensis Episcopi, quæ extant ad calcem operum Hincmari cap. 18. Sepulturas mortuorum Ecclesiasticâ honestate, & pietate vnusquisque Presbyter disponat, & ne pro sepeliendis mortuis xris exquirat. Quin & ipse Hincmarus, capitul. 3. Nul- lus Christianorum præsumat quasi hereditario iure de sepultura contendere; sed in sacerdotis Providentia sit, ut Parochiani sui, secundum Christianam deuotionem in locis quibus videris sepeliantur. Ipse tamen Sacerdos provideat, & congruam cuique sepulturam, & ne scandalum quantum vitari potest fiat, suis Parochianis.



XXVII.

Ex eodem Tit. de Sepulturis.

ITEM præcipimus, vt omnes Presbyteri Ciuitatis & Diœcesis Tolosanae, publicè saltem bis in anno, moneant omnes & singulos Parochianos, vt nullus eorum extrahat, nec abstrahi permittat aliquem defunctam de domo sua, siue in qua morabatur pro sepeliendo, sine præsentia sui Rectoris, vel Vicarij Ecclesiæ Parochialis, seu eius locumtenentis, neque portet, vel associet ipsum corpus defunctum ad aliam Ecclesiam, quam ad Parochialem ipsius defuncti propriam, sine licentia, vel permisso supradiçti Rectoris, vel Vicarij Ecclesiæ Parochialis, vel eius locumtenentis, quam præsentiam teneatur exhibere, tam de die, quam de nocte fauorabiliter, sine difficultate aliquali, & nihilominus dare dictam licentiam constituto eis perfectè de infra scriptis.

Renovata fuit hæc Constitutio à Ioanne d'Orleans, iisdem verbis, cap. de sepulturis.

Sine præsentia sui Rectoris, vel Vicarij) deci-

lum id postmodum & definitum fuit à Sacra rituum Congregatione, uti refert Barbosa, de Off. & potest. Parochi, cap. 26. nu. 16. ubi sic habet: *Leuare de domo cadauera, irrequijito proprio Parocho, non licet regularibus, nec Presbyteris secularibus, ut videtur sentire S. Congr. rituum in Thelesina 18. August. 1629. dum censuit cadauera decedentium in Parochia ad cuius Ecclesiam Capitulum Cathedralis translatum est, non posse leuari per ipsum Capitulum, seu Canonicos Cathedralis Ecclesie, nisi requisito Parocho dicta Ecclesie.* Et expressius ead. Sacr. Congr. in Andrienti 29. Nouemb. 1631. ad 1. *Nec religiosi possunt cum Cruce intra Parochias ad leuanda corpora defunctorum apud suas Ecclesias sepelienda, nisi pramonito prius, & requisito Parocho.* Lege Hieronymum Roderic in Compendio, quæst. Regul. resolut. 109. num. 3.

Neque porret, vel associet ipsum corpus) iuxta doctrinam Gloss. in v. integrè de sepult. in Clement. de qua Fabricius Bleyntian. in Theor. & praxi Beneficiorum, lib. 1. tit. 10. num. 23. Sed & idem Barbosa loco iam citato, num 70. *Sed ubi defunctorum cadauera, in alterius Parochia existerint, & in Ecclesiis Patrum sepeliri debeant, prius in Ecclesiam Parochialem, ad Benedictionem, ac Vltimum Vale, à Parocho recipiendum deferenda sunt, iuxta decisionem Congregat. rituum in Nepefina ad 4. 11. Decemb. 1615.*

XXVIII.

Ex eodem Tit. de Sepulturis.

NUPER districtè præcipimus in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub pœna Excommunicationis, per Rectores Curatos, seu Vicarios Cuiusvis, & Diœcesis Tolosanæ, seu eorum locumtenentes, publicari & denuntiari populo, quòd quilibet semel saltem in anno debitè confiteatur peccata sua, & Eucharistiæ suscipiat Sacramentum; alioquin & viuens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & moriens, Christiana careat sepultura; & vt nullus Rectorum, seu Curatorum sit ausus de cætero ad Christianam sepulturam aliquem admittere nisi prius sibi constet; quòd semel fuerit in anno sua peccata confessus; & quòd suscepit Eucharistiæ Sacramentum, nisi de eorum licentia, à perceptione Sacramenti abstinuerit, imò talem ab ingressu Ecclesiæ habeant arcere, & ab atrio Ecclesiæ eijcere.

Alioquin & viuus ab ingressu Ecclesiæ & c.)
iuxta Decretum Lateranensis Concilij, cap.

Omnis vtriusque sexus ext. de pœnit. & remiss. de quo nos suprâ egimus, in notis ad Constit. 17. hoc autem tam salutare statutum frequenter in Ecclesiis publicari, nec quisquam ignorantia cœcitate, vel amen excusationis assumat, idem Concil. præcipit: vide Synodum Tolosanam sub Ioanne d'Orleans, cap. De sepulturis, cum de iis quibus deneganda est Ecclesiastica sepultura.

XXIX,

Ex eodem Titulo de sepulturis.

SIMILI modo eisdem Rectoribus & Curatis præcipimus, vt nullus ipsorum Rectorum, seu Curatorum deinceps, det suam præsentiam, licentiam, vel permissum, vt corpus alicuius defuncti cuiuscunque status, conditionis, dignitatis, vel ætatis fuerit, ad Ecclesiam, vel locum aliquem Religiosorum mendicantium pro sepeliendo porterur, nisi prius perfectè eis constiterit, ipsum dum vivebat inibi elegisse suam sepulturam.

REnouata fuit hæc Constitutio iisdem verbis à Ioanne d'Orleans, cap. De sepulturis.

Nisi priùs perfectè eis constiterit) & rectè id quidem, cum vnusquisque ita deuouetur Parœciz suæ, vbi viuens cœlesti pabulo refici consuevit, vt sine injuria aliò post mortem suam traduci non debeat, vnde Clemens III. optimè dixit in d. cap. certificari de sepulturis, corpora mortuorum, quæ alibi sepeliuntur à sua Ecclesia assumi, & nisi id ex voluntate certa defuncti factum fuerit, corpus rectè è tumulo eruetur, & propriæ Ecclesiæ restituetur, cum omni lucro quod perceptum fuerat, cap. Ex parte, & cap. Cum liberum ext. de sepulturis, quibus iunge Can. In nostra, cod. tit.

XXX.

Ex eodem Tit. de Sepulturis.

NTEM præcipimus, vt nullus dictorum Rectorum, seu Curatorum præsumat de nocte, id est, post Solis occasum, aliquem sepelire, nisi de nostra aut Officialis nostri licentia speciali, & tunc fiat sub silentio, & sine pulsatione campanarum,


Renouata fuit hæc Constitutio iisdem verbis à Ioanne d'Orleans, cap. De sepulturis.

Præsumat de nocte aliquem sepelire) idem ca.

ut postea Concilium Tolosanum, infra part. 2. cap. 10. num. 3. Sed & ante S. Carolus Borromæus Actor, part. 1. Constit. lib. 4. tit. de funeribus, & exequiis: *Ante solis ortum, & post occasum, mortuum & efferi, & ad sepulturam recipi prohibemus.* Franciscus Bonhomius in Decretis, eod. tit. de funeribus & exequiis: *Præquam oriatur, vel postquam occiderit sol, defuncto um corpora nulla essentur.*

XXXI.

Tit. de Excommunicatis ad aliquem honorem non promouendis.

TATVIMVS quod excommunicati, in Capitularios, Consules, Iudices, Baiulos locorum, & ad alia Officia publica, secularia non allumantur, nec admittantur, & si contra factum fuerit, Sententia per eos, seu eorum autoritate lata non valeat, neque processus habiti per eosdem; & qui tales ad huiusmodi Officia elegerint, seu sic electos scienter adnuserint, ipso facto excommunicationis vinculo sint innodati.

REnouata fuit hæc Constitutio iisdem verbis à Ioanne d'Orleans, cap. de excommunicatione.

Ad alia Officia publica secularia, quòd utique Iuri Pontificio consonum est, quò excommunicationis præfertim publicæ, ea vis est, ut non solum à Communione, & consortio fidelium, & ab Ecclesia arceat, sed etiàm ab omnibus Officiis, non tantùm Ecclesiasticis, sed etiam Civilibus, nec enim excommunicatus eligi potest, ad illam dignitatem, ad Imperium, ad Pontificatum, cap. Venerabilem, ext. de elect. nec potest esse Iudex, cap. Ad probandum, ext. de Sententia, & re iudicata.

Sententia per eos, seu eorum autoritate lata non valeat) d. cap. Ad probandum, ext. de Sent. & re iudicata, cap. Exceptionem ad finem de except. cap. 1. in fine, de Offic. Vicarij in 6. quæ tamen in excommunicatis non toleratis, solum obtinent, secus in aliis, ut probant Iuris Interpretes ex l. Barbarius ff. de Off. Præt.



XXXII.

*Tit. de his qui steterunt per annum
in Excommunicatione.*

ORDINAMVS etiam & statui-
mus, quòd nomina illo-
rum, qui per annum in ex-
communicatione steterunt,
ad Synòdum per singulos
Rectores, & Curatos, seu
eorum Vicarios sub quibus erunt deferan-
tur, vt deliberari valeat qualiter contra tales
fuerit procedendum.

Renouata fuit hæc Constitutio iisdem verbis
à Ioanne d'Orleans, cap. De excommunica-
tione.

Qui per annum in excommunicatione stete-
runt) De quibus Canon rursus cum c. sequenti 11.
quæst. 3. Aufrerius noster ad decisionem Capellæ
Tolosanæ 366, Couaruias in cap. Alma Mater,
part. 1. §. 7. & Ignatius Lopes de Salcedo in pract.
Criminali Canonica, cap. 119. vbi fusè de Annali
perseuerantia in excommunicatione.

Qualiter contra tales fuerit procedendum)
Habetur hac de re Alexandri IV. Constitutio,
cap. cum contumacia de hæreticis in 6, ac nupte

rum Synodi Trident. Decretum, sess. 25. c. 3. De reformat. quâ statutum fuit, quòd si indurato animo, censuris annexus, in illis per annum infor-
 duerit, etiam contra eum tanquam de hæresi sus-
 pectum procedi possit; cuius sacris vestigiis inhæ-
 rentes Patres Concilij Prouinciæ Tolosanae, infra
 part. 4. cap. 1. num. 12. & 13. eadem meritò san-
 xerunt. Et sanè ex Decreto Concilij Lateranen-
 sis contumacia excommunicationis hæreticæ pra-
 uitatis suspicionem ingerit in cap. Excommuni-
 camus §. qui autem ext. de hæreticis, qui enim
 gladium spiritualem contemnunt, & in ea perui-
 cacia per annum morantur, pro convictis habentur
 D. Can. rursus, & seq. 11. quæst. 3. vnde con-
 tumax in veteribus Glossis, vocatur ἀπισθης κατὰ
 ἐπισημῆς, *Incredulus & inobediens*; sed non solum
 Canonicis, sed & Regiis Sanctionibus, contra eos
 iam pridem seuitum fuit; extat enim hac de re D.
 douici Ordin. lata mense Aprili, ann. 1228. quâ,
 bona infordescens in excōmunicatione post an-
 num, tam mobilia, quàm immobilia, capi & ven-
 di iubentur; cuius meminit Rebuff. ad tit. form.
 Mandati Apostolici in Concordatis in v. quâvis
 occasione, quam Constitutionem confirmauit
 Philippus Ludouici filius, his verbis. *Et primò su-
 per excommunicatis compellendis, qui sustinuerunt ex-
 communicationem per annum, scire vos volumus; quòd
 Constitutionem Domini & Genitoris nostri, qua inci-
 pit cupientes, de mense Aprili anno 1228. Nolumus in
 aliquo contrahere. Nec mitior in hoc Machabæus
 Scotorum Rex edixit, vt hostis Reipublicæ habet.*

retur, qui execratus, Pontificis auctoritatem an-
 num totum contempserit, vt refert Nicolaus
 Harspheldius in Histor. Eccles. Anglic. ad 13.
 secul. cap. 9. qui verò duos annos, fortunis omni-
 bus multaretur Boetium lege lib. 12. Histor.
 Scot. sic & lex Francica, quæ extat Capitular.
 Caroli Magni, lib. 7. cap. 182. *Qui suum Episcopum
 non audit, & excommunicatus est, perenni condemna-
 tione apud Deum plectitur, nostro Palatio eiecitur, facul-
 -tatibus exuitur, parentibus addicuntur.*

XXXIII.

*Tit. de Clericis, & aliis excommu-
 nicatis Ecclesiasticis.*



VM nonnulli beneficiati,
 Seculares; Clerici, seu Prel-
 byteri, aut etiam Regulares,
 qui Excommunicationis
 Sententiam, pertinaciter
 sustinentes, Laicis suo ma-
 lo exemplo, perditionis exempla, & dam-
 num mortis inferunt, qui potius bona vita
 eorum, & Prædicatione, ad viam vitæ fue-
 rant reuocandi. Eapropter statuimus, vt si
 beneficiatus Clericus, vel Presbyter Secula-
 ris, aut Religiosus, per tres menses excom-

municatus extiterit, & Sententiam Excommunicationis sustinuerit animo indurato, procuret quàm citiùs poterit beneficium absolutionis obtinere; alioquin ultra pœnas à iure inflictas providebitur contra eos, ut casus exigerit, ut alius transeat in exemplum.

Renouata fuit hæc Constitutio iisdem verbis à Ioanne d'Orleans, cap. de excommunicatione.

Per tres menses excommunicatus extiterit) Probè per tres menses; nec enim in Clericis excommunicatis expectandus est annus, ut in eos seuerius agatur, cum & minori temporis spatio, in ea pertinacia morantibus, constitutæ legantur pœnz etiam in Laicos: Nam & apud Anglos mos quondam fuit, ut qui anathemati per quadraginta dies hæsisent, carceri traderentur, ut scribit Nicolaus Harlpheldius iam laudatus, loco proximè citato; & in Regno Neapolitano extat Synodalis Constitutio, quâ sancitum est, quòd manentes in excommunicatione per mensem, soluere tenentur unum auri Florenum, de qua meminit Petrus Follerius in pract. Crim. Canon. in v. *non comparentis*, num. 61. Quin etiam hodie lege Hispana, qui 30. diebus manet in excommunicatione 30. Maravedis punitur, qui sex mensibus, sex millibus. Nec quidem hoc exemplo caret; nam in Concilio Triburiensi antiquitùs Patres decreuerunt; ut qui post excommunicationem non fuerint ad

Pœnitentiam inclinati, per secularem Principem puniantur, vt quos Dei timor non corrigit, saltem pœna temporalis corripiat.

Ultrà pœnas à Iure inflictas) In contumaces, scilicet, ac excommunicatos duræ ceruicis, non curantes ab excommunicationis vinculo absolvi, noxisque expiari; quos Beneficiis priuandos censer, Cœlestinus 3. cap. Cùm bonæ ext. de stat. & qualit. Ordin. de cuius capituli interpretatione: vide Ignat. Lopez de Salcedo in praxi, Crimin. Canon. cap. 119. nu. 13. & 14.

XXXIV.

Tit. de Clericis vel Laicis, qui trahunt Clericos, vel Religiosos coram iudice seculari.



ONSEQUENTER statuimus, ne aliquis Clericus, vel Laicus, vel etiam Religiosus, trahat Clericum, vel Religiosum coram Iudice Seculari, nisi in casibus a Iure permissis, aut alias priuilegiatis, & si quis contra fecerit, pœnis Iuris & aliis, sicut nostræ Curæ expediens videbitur, contra eos procedetur.

Trahat Clericum, vel Religiosum coram Iudice sæculari) Vetuere id iampridem con. plurâ facrorum Canonum, & Conciliorum Decretis, & præsertim Concilium Mileuitanum apud Gratianum, Can. Inolita, 42. & Concil. Carthagineense 3. Can. Placuit 43. II. quæst. I. quorum Conciliorum discretè neminit Innocentius III. in cap. Si diligenti ext. de foro competenti.

Nisi in casibus à Iure permissis, aut privilegiatis) De quibus latissimè Ausseritus noster in tract. De potest. sæculari in Ecclesiasticos post Hostiensem, in summa ad tit. De foro competenti.

Pœnis Iuris) dicto Can. Inolita, & Can. Placuit II. quæst. I. vide Pract. Crimin. Canon Ignatij Lopes de Salcedo, cap. 65.

XXXV.

Tit. de Ecclesiasticis mercantibus, seu negotiantibus.

PRÆTEREA statuimus, ut nullus Clericus in Sacris Ordinibus constitutus, vel Beneficium Ecclesiasticum affectus, per se, vel alium emat bladum, vel vinum, causâ reuendendi, vel negotiandi, & si post præsens Statutum publicatum, al quis contra

facere præsumpserit, in amissione bladi, vel vini, quod plus emerit, causâ reuendendi, puniatur, vel in pretium dictorum bladi & vini in fabricam Ecclesiæ Tolosanae convertendum; eisdem Clericis inhibentes ne sub pignoribus mutuent, vel fructus, seu vsus pignorum, sibi lucri faciant, nec contractus, seu negotiationes, de quibus verisimiliter præsumatur, quod vsurarij sint censendi, exercere præsumant; nec bladum, nec vinum, seu aliquod aliud ad tempus, seu causâ renouandi mutuent, vbi sit intentio fœnerandi, seu lucrum aliquod faciendi, & qui contra fecerint, contra eos procedetur, vlti pœnam a Iure institutam, vt casus suadebit, vt cleri honestati consulatur.

CAUSA reuendendi, vel negotiandi) Concil. Tarraconense, Can. 2. *Canonum status firmatum est, vt quicumque in Clero esse voluerit, emendi vilius, vel vendendi carius studio non utatur. Quod carè si voluerit exercere cohibeatur à Clero.* Cuius Concilij dispositio refertur à Gratiano, causa 14. qu. 4. Sed & Iulius Papa apud eundem Gratianum, Can. *Quicumque, loco signato. Quicumque tempore messis, vel vindemia, non necessitate, sed propter cupiditatem comparat annonam, vel vinum; verbi gratia, de duobus denariis comparat modicum vnum, & seruat vsque dum vendatur dinariis quatuor, aut se*, aut am-

plius, hoc turpe lucrum dicimus. Habetur iste Canon Capitul. lib. 1 c. 131.

Vel fructus, seu usus pignorum sibi lucrifaciant) Cum id Iure prohibitum sit, Pontificatio nimirum, quo pacto lucratorum rei pigneratæ fructuum, tanquam usuraria pupitur, adeò ut creditor quoscunque fructus, aut redditus ex pignore percepit teneatur imputare in sortem, c. 1. 2. & 8. ext. de usuris, & in hoc differt Ius Canonicum à Civili: nam Iure Civili fructus pignoris pacisci, donec mutuum exsolutum fuerit, licet; & vocatur hæc usura antichresis, id est, recipere usus, l. si pecuniam 3 2. D. de pignorat. actione, l. si ea 17. C. de usuris. Quòd ita tamen intellige, si nominatim conventum fuerit: nam si alio modo viatur creditor re oppignerata, quàm ei ex lege pignoris statutum fuerit, quidquid excedit legitimum usuræ modum imputatur in sortem l. 14. C. de usuris. Sed & Iure quoque nostro licita antichresis, in quibusdam casibus, ut si feudi Dominus à cliente suo fundum Emphyteuticarium in pignus acceperit, tunc enim Dominus non imputat fructus in sortem, sed sibi reservat iure servitutis, & loco pensionis sibi debitæ, Can. 1. ext. de feudis, c. Conquestus 8. ext. De usuris, idem est si pignus à socio datum sit genero, pro dotis numeratione: qui interim, donec promissa dos solvatur, rectè percipit fructus pignoris, neque in sortem imputare cogitur; cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera Matrimonij supportanda, c. Salubriter, 16. ext. De usuris.

Si sententia fœnerandi) Secus tamen si principaliter mutuat, ne suum corrumpatur, & valeat aut valebit tantum; vel pluris tempore mutui, vel solutionis, quam recens sibi solvendum; ut recte advertit Nauartus in Enchiridio cap. 17. nu. 224. vbi pluribus de isto casu: hunc si vis consulte.

XXXVI.

*Tit. de his qui excommunicatione ligati
Ecclesiam intrant irreuerenter.*



VIA sunt aliqui, qui licet per excommunicationis vinculum à Corpore Christi (quod est Ecclesia) sint remoti quamdam fingentes deuotionem, in contemptum Sententiam proferentis, vel Sacerdotis Sententiam excommunicationis publicantis, ingerunt se Diuinis, & Ecclesiam introeunt, dum Diuina Officia celebrantur, sic Diuinum Officium perturbantes, cum in eorum præsentia Sacerdotes non possint, nec debeant celebrare Diuina, ipsis excommunicatis præsentibus, nec etiam ceteri non excommunicati debent ipsis excommunicatis præsentibus in Ecclesia rema-

nete. Cùm igitur tales excommunicati debeant potius extra Ecclesiam remanere, & excommunicationem humiliter sustinere; ut eis in salutem Animæ verteretur, & ab ingressu Ecclesiæ temporibus vetitis abstinere, quam se ingerere, cum animæ detrimento. Eapropter statuimus, ut quicumque sic ausu temerario, Dei timore postposito, præsumpserit Officia perturbare Diuina, contra talem aliam excommunicationis Sententiam iteramus, si requisitus per Capellanum de Ecclesia non exierit patienter. Quodque Sacerdos nomen ipsius excommunicati Nobis, seu Officiali nostro notificet per scripturam. Præcipientes insuper, quod si Sacerdos damna aliqua sustinuerit, propter excommunicationis, vel interdicti Sententiam, contra tales, vel eorum terras promulgatas, ipsis Capellanis restituantur integrè, antequàm Sententiæ relaxentur; & ulterius, ut iuris erit, contra eos procedetur.

Renovata fuit hæc Constitutio iisdem verbis à Ioanne d'Orleans, cap. de Excommunicatione.

A Corpore Christi, quod est Ecclesia) Can. Omnis Christianus, cum c. sequ. & Can. Qui verò 11. qu. 3.

Cùm in eorum præsentia Sacerdotes nec pos-



fiat, nec debeant) Cap. Graui de Sent. excommunicat. in Clement. cap. Episcoporum de priuilegiis, & cap. Is qui de Sent. excom. in 6.

Nec etiam ceteri non excommunicati debent Can. Excommunicatos, cum sequ. 11. qu. 3. cap. Nuper 29. ext. de Sent. excom. c. 2. De except.

Debeant potius extra Ecclesiam remanere Turibus proximè citatis, sed & de Clericis excommunicatis ab Ecclesia excludendis, extat Canon 9. Synodi Neocæsar. & Canon 1. Synodi Antiochen.

Si requisitus per Capellanum ab Ecclesia non exierit) Iuxta Constitutionem Concilij Viennensis Oecumenici d. cap. Grauis de Sent. excomm. in Clement. quâ cautum est, publicè excommunicatos, interdictosve, qui à Sacerdote celebrante, vt ab Ecclesia exeant, nominatim moniti, permanere præsumpserint, excommunicationis vinculo irretitos esse, neque ab alio, nisi à Sede Apostolica solùm, absolvi posse.



XXXVII.

*Tit. de salutari Pœnitentia injungenda
iis qui in excommunicationis
vinculo diu steterunt.*



QUONIAM frequenter ex indurata perversorum malitia claves Disciplinae Ecclesiasticæ, plus solito vilipenduntur, & vigor Ecclesiasticæ Disciplinae contemnitur, ab illis, qui deuotius debent obedire; attendentes quòd hoc solum benè agitur, vt vita hominum corrigatur. Statuimus quòd si quis excommunicationis Sententia, cum rebellionè, & animo indurato, vltra sex menses sustinuerit, & postea petierit se absolvi, quòd sibi per absoluentem Pœnitentia salutaris injungatur, prout secundùm Deum, illius saluti animæ visum fuerit faciendum.

Renouata fuit hæc Constitutio iisdem verbi à Ioanne d'Orleans, cap. De excommunicatione: vide suprâ Constit. 31. & 32.

XXXVIII.

*Tit. de occupantibus, invadentibus
bona mobilia, & immobilia
Ecclesiastica.*



AD reprimendas perversorum malitias, qui suis finibus non contenti; aliena diripiunt, & Ecclesiasticas libertates infringere non verentur. Statuimus, quod quæcunque persona Secularis, seu Ecclesiastica, Nobilis, aut alia cuiuscunque præminentia, dignitatis, aut conditionis existat, quæ Prioratus Ecclesias, aut Capellanas, seu eorum domos, possessiones, loca, Villas, Castra, aut Iurisdictionem, Iura, seu bona quælibet Ecclesiastica, mobilia, vel immobilia, quomodolibet capere, invadere, occupare, aut fieri facere quomodolibet, aut auferre præsumperit, seu occupata retinuerit, nisi infra tres dies, à die captionis, invasionis, seu occupationis numerandos, per emendam, restitutionem, seu reuocationem debitam, vel alio modo plenè satisfecerit damnum passis,

excommunicationis Sententiæ subjaceat ipso facto, quam nunc prout ex tunc, contra tales invasores, occupatores, & receptores, aut eorum Fautores, Consiliarios, & Coadjutores quoslibet, trina & Canonica monitione præmissa ferimus in his scriptis: Nonobstante quod dicant, sua esse quæ capiunt, aut invadunt, cum autoritate propria talia non debent attentare. Et nihilominus si personæ huiusmodi in excommunicatione extiterint per tres dies, ex tunc, loca qualibet ubi fuerint, Ecclesiastico subjaceant interdicto. Quas quidem excommunicationis, & interdicti Sententias, contra illos, qui bona mobilia, seu immobilia ad Mensam Archiepiscopalem, vel ad Nos Archiepiscopum Tolosanum, quovis modo pertinentia occupant, ad Iurisdictionem nostram Ecclesiasticam, vel temporalem: Nos Archiepiscopus Tolosanus, statuimus locum habere, & ipso facto Volumus præsentem Constitutionem ad præmissa extendi.

Renovata fuit hæc Constitutio iisdem verbis à Joanne d'Orleans, cap. de Decimis, Oblationibus, & rebus Ecclesiæ non alienandis.

Excommunicationis Sententiæ subjacent ipso facto) Vide quæ hac de re sanxerunt antiqui Canones, quos legere est apud Gratianum, tota cau-

sa 12 quæst. 2. ac postmodum duo Concilia Generalia Lateran. scilicet, sub Leone X. sess. 9. & Trident. sess. 22. cap. 11. De reformat. quorum Decreta in hac nostra Prouinc. Tolos. recepta, ac promulgata dudum fuere, vt patet ex Concil. Prouinc. Tolos. infra part. 4. cap. 2. num. 1. & 2. vide & quæ ex priscis Canonibus delibamus infra, in notis ad Constit. 41.

XXXIX.

*Tit. de impediētibus Iurisdictionem
Ecclesiasticam.*



DENUNTIAMUS excommunicatos omnes & singulos occupantes, impediētes, & perturbantes, quoquo modo Iurisdictionem & libertatem Ecclesiasticam: iniuriantesque, offendentes, vel perturbantes portitores Litterarum Curiaē nostræ Archiepiscopalis Tolosanaē, aut ipsas Litteras disrumpentes, seu dilaniantes, earumque executores, quoquo modo impediētes; Necnon omnibus & singulis talia committentibus, consilium, auxilium, fauorem, directè, seu indirectè præstantes.

Tales enim sunt secundum Constitutiones antiquorum prædecessorum nostrorum, ipso facto excommunicati. Vosque Rectores & Curati denuntietis tales excommunicatos in vestris Ecclesiis, diebus Dominicis, & Festiuis: Et in locis, seu Villis, in quibus talia committentur, quandiu tales ibidem in eisdem extiterint, cessetur à Divinis, virtute præsentis Constitutionis, si eorum excessus, fuerit notorius, & manifestus.

Renouata fuit hæc Constitutio iisdem verbis à Ioanne d'Orleans, cap. de excommunicatione.

Denuntiamus excommunicatos) Vide cap. Quoniam ext. de immunitat. Eccles. in 6. Bullam Cœnæ Domini, §. 14. & 15. ac quæ de poena Ecclesiasticam immunitatem violantium, refert Ostiensis in summa cum ex Sacrorum Canonum, tum ex Juris Ciuilis Constitutionum auctoritate.



XL.

Tit. de Decimis diligenter petendis.

QUIA experimento didicimus, quòd nonnulli Rectores Ecclesiarum, in petendis & exigendis decimis, ac primitiis negligentes existunt, & ab aliis recipi & occupari permittunt, propter quod Ecclesiæ non modicam sentiunt læsionem; Idcirco eis districtè præcipimus, vt decimas primitias, & alia iura ad Ecclesias suas spectantia, & pertinentia, petant viriliter & defendant, nec ea permittant ab aliis recipi, vel etiam occupari, quòd fieri præcipimus, & sub excommunicationis poena, mandamus.

REnouata fuit hæc Constitutio iisdem verbis à Ioanne d'Orleans, cap. de Decimis, Primitiis, & Oblationibus.

XLI.

*Tit. de retinentibus Iura, Oblationes,
& Funeralia, ad Ecclesias
Parochiales pertinentia.*



VORVNDAM Laicorum, quos Clericis infestos oppidò tradidit antiquitas, perniciofa præfumptio, & præfumptuofa fuperfuitio, adeò dilatatur, vt quòd illicita fibi liceant, ad interdìcta fibi fræna relaxent, & decimas, primitias, oblationes, raupas, feu veftes decedentium, luminaria, bona, poffeffiones, vel quafi Iurifdictiones, & Iura alia ad Ecclefiam, feu perfonas Ecclefiaft. de Iure, vel de antiqua & approbata confuetudine pertinentia, capiunt, occupât, rapiunt, violenter detinent, impediunt indebitè, vel contrectant, ac ea Ecclefiis, & perfonis Ecclefiafticis, ad quas pertinent, reddere, folvere, vel in pace dimittere damnabiliter contradicunt, in fuarum periculum animarum, pernitiolum exemplum, & fcan- dalum plurimorum; non præcauentes, quòd non refert, injuftè retinere, vel invadere aliq-

num, allegantes conventiones, compositiones, & conspirationes contra Ecclesias & Rectores Ecclesiarum, sub tali colore, iura Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum de facto retinere moliantur. Attendentes igitur, quòd si qua ab eis, ut præmissum est, usurpentur, negligenter omittant, extendi viam, & committendi talia, cæteris aperimus. Iuribus itaque Synodaticis, Decretive super his inhærentes. Statuimus, ut quicumque de cætero talia attentare præsumperint, vel facientibus opem, auxilium, fauorem, vel consilium publicum, vel occultum præstiterint, ipso facto excommunicationis Sententiam incurrant.

Renovata fuit hæc Constitutio iisdem verbis *Cap. de decimis primitiis, & oblationibus.*

Quos Clericis infestos oppidò tradidit antiquitas) *Can. Laicos, c. Laici 2. qu. 7. C. Clericis de immunit. Eccles. in 6.*

Raupas, seu vestes decedentium) In quas Parochis ius esse, easque iam pridem, moribus nostris sibi vindicare potuisse, perspicuum fit ex duabus quæstionibus, in Curia nostra Archiepiscopali, quondam motis, quæ extant apud Ioannem Corserium, Officialem Tolosanum, *decis. 388. & 389* circa antiquam illam consuetudinem, quâ ex bonis & rebus, à defuncto relictis, melior vestis, Parochiali Presbytero debebatur,

quam consuetudinem in plerisque Diœcesibus extare, refert Couarruias, in c. Officij, ext. de testam. num. 1. circa finem; eamque propriâ Sententiâ, & Iudicio comprobasse Rotæ Auditorium, testis est Castadorus, decisione vnicâ, de consuetudine; sic & nonnullis Galliæ nostræ, vicinarumque Nationum locis, vsu receptum est, vt lectus defuncti retineatur à Parocho, cuius consuetudinis meminit Ostiensis in summa tit. De simonia, num. 6. eamque valere, iure infert ex cap. ad Apostolicam ext. eod. tit. sed nec solum vestes, sed & quidquæ pro pompa funebri in Ecclesiâ deferretur, Ecclesiæ ita fit, vt ne quidem alterius funeris prætextu reperiri possit, imò quòd plus est, vt notat Fabricius à Bleynian. in Praxi Benefic. lib. 1. tit. 10. num. 26. (cuius verba hic lubens refero: *Ne quid de meo addidisse quis putet ipsamque Altaris ornamenta, vestesque Sacerdotalia, pro exequiis instructa, & panni lugubres, quibus parietes teguntur, etiam si post pompam funebrem, & adhuc pro solo Capella, quæ propria erat defuncti, & peculiaris eius familiæ, vsu accederent, in eaque Capella, caprpter soneantur: nisi tamen de iis, in ipsa Capella perpetuo relinquiendis, expressè cautum sit, elapsò anno, finitoque luctu, inde extrahi possunt, & alterius Capella, vel Matrisc Ecclesiæ vsui applicari, sicuti iudicatum testatur Bacquer in Tract. de Iurisdic. cap. 20. nu. 27. Est autem Raupa, vel rauba (vt hæc obiter annotare liceat) vox corrupta, vestem, atque adeò omnem supellectilem generatim significans, quâ notione vsurpatam legimus, apud*

Marculfum formularum veterum, lib. I, cap. 29, & 37. & in leg. Alaman. tit. 49.

Ipso facto excommunicationis Sententiam incurrant) Vti antiquissimis, Ecclesiae praesertim Gallicanae Sacris Canonibus constitutum fuit, quorum loca integra exscribere hic non pigebit, ut omnes discant, quam graue peccatum sit, bona cuiusvis generis, fructus emolumenta, caeteraque eiusmodi, quae Ecclesiis, piisque locis debentur, per vim aut fraudem occupare. Aurelianense 3. an. 540. c. 22. *Si quis res Ecclesia debitas, vel proprias Sacerdotis, horrenda cupiditate occupauerit, retinuerit, aut perceperit, ut eas non restituat, nullis rebus excusetur, sed agnito iure Ecclesiastico, non statim Ecclesia, vel Sacerdoti reformauerit, aut ut ipsum Ius agnoscere possit, in iudicium electorum venire distulerit, tamdiu a Communione Ecclesiastica suspendatur, quamdiu restitutis rebus, tam Sacerdotem, quam Ecclesiam reddat indemnem.* Concil. Parisiense, anno 559. c. 1. *Itaque placet, ac omnibus nobis conuenit obseruare, ut qui nonnulli memores sui, per quaslibet scripturas pro captu animi, de facultatibus suis, Ecclesiis aliquid contulisse probantur, quod a diuersis Deum minime timentibus, eatenus mortifera calliditate tenetur, ut aliorum oblatio illis pertineat ad ruinam, nec intueri corde possunt diem Iudicij; dum nimis cupiditatis delictantur ardore. Quicumque ergo immemor interitus sui, res Ecclesiae (ut supra diximus) delegatas, iniuste possidens praesumpterit retinere, & veritate reperta, res Dei seruis eius distulauerit reformare, ab omnibus Ecclesiis segregatum, a Sancta Communione habeatur extraneus: nec aliud me-*

reatur habere remedium, nisi cum culpam propriam rerum emendatione purgauerit. Concil. Valentinum 3. anno 855. c. 8. Si quis non metuens Iudicium Dei & damnationem aeternam, possessiones Ecclesiarum inuadere, siue expoliare qua pertinent ad ius earum praesumpserit, excommunicationis sententiam, quodsiue praesumptionis factum re corrigat, secundum Ecclesiasticam censuram, ferat. Concil. Pistense de Possy, sur sine anno 863. c. 4. Qui vero de febus Ecclesiarum aliquid abstulerint, grauius inde iudicentur, quia sacrarum rerum ablatio sacrilegium est; & sacrilegus uocatur, qui ex eis aliquid abstulerit, aut abriperit, Extortis namque à liminibus Matris Sanctae Ecclesiae, tales personae usque ad satisfactionem Ecclesiae quam laeserunt, sunt habenda, atque firmiter denotanda. Sunt & alij complures Canones istis quoque antiquiores, quos plena manu refert Gratianus, tota causa 12. qu. 2. Hos si vis consule, uti & duo Concilia Generalia, Lateranense, scilicet, ac Tridentinum locis à nobis supra citatis ad Constit. 37.



XLII.

*Tit. de vita & honestate Rectorum,
& Curatorum.*

MNIBVS & singulis Rectoribus, & Curatis, & quibuscunque alijs personis Ecclesiasticis, ac beneficiatis, Ciuitatis & Diocesis Tolosanae, in virtute Sanctae Obedientiae, praecipiendo Mandamus, quatenus sint in cibis sobrii, & in verbis honesti; in incessu maturi, & in vestibus & alijs ornamentis temperati, circa Curam eis commissam solliciti, pacifici, & quieti, hospitalitatem eis incumbentem, pro decencia, ac eorum facultate tenentes, & observantes & Religiosos praecipue mendicantes, ad suas Parochias, causa Praedicationis declinantes, pie, benignè, & misericorditer recipientes, & tractantes, & fauorabiliter procurantes, & circa praemissa taliter facientes, quod nulla querela ad Nos de ipsis proueniat, ne habeamus super his de remedio opportuno providere. Vestes quoque superiores cumlibet, de retrò sint clausae, & honestae; de se-

rant Capucia honesta , & sine Borreletis. Nullusque in Raupis , Mantellis , Caputijs, Birretis, & Calgis eorum audeat deferre colorem omninò rubeum, seu viridem, sine nostra licentia speciali , nisi aliàs , qualitas aut conditio personarum , aliud exegerit , alioquin per Nos, seu Officialem nostrum providebitur, provt videbitur expedire.

Renovata fuère quæ hîc habentur, iisdem ferè verbis, à Ioanne d'Orleans, cap. de vita & honestate Clericorum.

In incessu maturi) Clericus etenim professionem suam , & habitu , & incessu probare debet, vt decreuère Concilij Carthaginensis Patres, Can. Clericus 41. dist. vt & ita (vt ibi dicitur) gravitate itineris , mentis maturitatem ostendat : incompositio enim corporis (vti D. Aug. air Epist. 109. ad Monachos) inæqualitatem indicat mentis

In vestibus & alijs ornamentis temperati) hoc ita, scilicet , vt sordes & squalores vitentur , non etiàm , vt cultus delicatus , & venustus sumptuosiore vestium apparatu multùm exquiratur : nam vt de Clericis vsurpem , quæ de Episcopis infrà dixère Concilij Tolosani Patres, vestes non ad luxum , sed ad decorem adhibere debet Sacerdos, quem non magnifico ornatu , sed vitæ sanctimoniam quæsitã decet autoritas , quare vt diuinè nos monet D. Paulus ad Romanos, cap. 12. *studeamus*

*indivisiibili Domino placere non vestibus, sed moribus, im-
mortalis enim sponsus (vt rectè ait Ivo Carnotensis,
epist. 10.) In interiore homine nostro imputribilem qui-
rit pulchritudinem, non exterioris hominis pulchram
putredinem: Sed & D. Bernardus in Epist. 2. Sc
ergo & nos contenti simus vestimentis, quibus opor-
tetur, non quibus lascivimus, non quibus mulierculi,
vel similari, vel placere studeamus. Vide quæ hæc
de re dicemus infra in notis ad Constit. Domini
d'Orleans, cum de habitu & tonsura Clerico-
rum, num. 49. vbi & de coloribus qui sacris Ca-
nonibus Clericis sunt vetiti.*


De retro sint clausæ & honestæ) Itaque Cleri-
cus ipso habitu Ordinis sui dignitatem exhibeat,
sicque major Ordini autoritas concilietur, vt ha-
betur infra in Concil. Prouinc. part. 1. cap. 4.
num. 3. nam (vt ait Plinius II.) licet veste non au-
geatur dignitas, ornatur tamen & instruitur. Vnde
Tertullianus lib. de Pallio indices, custodesque
dignitatis habitus vocat. Qualis autem esse de-
beat Clericorum habitus, vt honestas seruetur, &
modestia clericalis, explicant ac definiunt Con-
cilia Lateranense sub Innocentio III. tit. de in-
dumentis Clericorum, cap. 16. Constantiense,
tit. De vita & honestate Clericorum, Viennense,
sub Clemente V. in cap. Quoniam de vit. & ho-
nest. Cleric. in Clement. Trident. sess. 14. c. 6.
vbi Beneficiarius, etiam exemptus ab Episcopo
suo monitus, habitum Clericalem non gestans,
ab Ordinibus & Beneficiis suspenditur, & si se-
mel correptus denuo in hoc deliquerit, his pu-

mandus decernitur, & sess. 22. c. 1. statuit seruari quæ de Clericorum vita, honestate, cultu, luxu, &c. Sacris Canonibus sancita sunt, & sess. 24. c. 12. de reformat. constituit Clericos, tam in Ecclesia, quàm extra decetè vestitu vti assidue debere: Decetis verò censendus est habitus, qui Religionem apprimè deceat, vti dixit Agathense Concilium, cap. 29. sub auum Symmachii Romani Pontificis; Quive oblongus sit vsque ad talos, vt definitum est infra in d. Concil. Prouinc. Tolos. loco suprà citato, & Constitutione Sixti V. Pont. Max. cuius ibidem fit mentio quamvis enim talares Tunicas manicas habetis; esset olim apud Romanos non vulgare flagitium, quia nimiam molliem redolebat, tamen post illa tempora huiusmodi vestitus Christianæ grauitati congruere visus fuit, vt constat ex D. Augusti de Doctrina Christiana, lib. 3. cap. 12. hinc Clement. II. de vit. & honest. Cleric. damnantur Clerici videntes Epitogio, seu Tabardo foderato vsque ad ora, & ita breui, quòd vestis inferior notabiliter videatur, idque sub graui pœna.



XLIII.

De publicè tenentibus Concubinas.

- I.  **U**IA viri Ecclesiastici sunt positi tanquam signum ad sagittam, & ab eis Laici exemplum charitatis & munditiæ debent assumere, & statum summè mundum cum eis conformare, vt Deo placeant, & honestè, mundèque viuant. Statuimus, vt Rectores, Vicarij, seu eorum locatenentes, & alij Presbyteri, Ciuitatis, & Diœcesis Tolosanae mulieres, de quibus sint, vel fuerint publicè diffamati, secum, vel iuxta se non teneant, nec filios, vel filias earundem.

DE quibus sint vel fuerint publicè diffamati Sed nec eas modò, imò nec aliàs quascunque foeminas, de quibus sæui aliquid suspicari quis possit, domi suæ habere Clericis licet, vt habetur in Can. 1. ext. de cohabit. Cleric. & mulierum, c. Interdixit, cum seq. dist. 32. & c. In omnibus 26. dist. 81.

Secum vel iuxta se non teneant) Sed quàm primum eas dimittant, iuxta Concilij Basileensis Decretum, sess. 20. ipsasque à se itare moucant, quòd de illis sinistra suspicio non possit haberi, eas ulterius minime admissuri, vt decernit Alexander

III. c. Clerico, & c. Sicut ext. de cohabit. Cleric. & mulierum, quod & longè antèa cauerant Patres Concilij Aurielanensis 3. anno 540. celebrati hoc verborum tenore. *si quis Clericorum suspicionem aduersam, aut alloquutionem populi, de muliere quacunque forte assis incurrerit, eam statim, si intra domum habet, abiciat. Quod si noluerit pro inobedientia, triennij excommunicatione mulsetur.*

Nec filios, vel filias earundem) Iuxta Decretum eiusdem Concilij Basileensis, quod in nostram Pragmaticam sanctionem, & Concordata transfusum, est, tit. de publicis concubinariis, §. Iplas autem, cui suffragantur plures Galliz nostræ Synodi Parisiensis, sub Odone, Senonensis, Carnotensis, Aurelianensis, Turonensis, Aquensis, aliæque, quas legere est apud Bocheillum, lib. 6. Decretor. Gall. cap. 14. & nostra Synodus Tolosana, infra sub Iohanne d'Orleans, num. 58. vbi dicemus,

II. **P**ronuntiamus quoque, decernimus, & declaramus, omnes & singulos concubinarios publicos, & manifestos, vtriusque sexus fore excommunicatos; Vobisque Rectoribus & Presbyteris Curatis, districtè præcipiendo Mandamus, quod diebus Dominicis tales concubinarios publicos & manifestos, excommunicatos denuntietis, a Diuinis Officiis euitetis, & excludatis; & intra quindecim dies tradatis, seu

transmittatis Procuratori Curiae nostrae nomina & cognomina illorum, qui in Parochiis vestris tenent publicè concubinas.

Forè excommunicatos) Concubinarios publicos excommunicatos iampridem pronuntiarunt Concilia plura, Toletanum 1. cap. 17. Romanum sub Nicolao I. in fin. Turonense celebratum Andegavi anno 1448. c. 10. aliaque, sed & postmodum Concilium Tridentinum, sess. 24. cap. 8. de reform. vbi sancitum est, concubinarios, tam solutos, quam vxoratos, cuiuscunque dignitatis, vel conditionis existant, si ter moniti ab ordinario concubinas non dimiserint, excommunicatione feriendos esse, nec ea absolvendos esse, donec praecipis paruerint. Quia & altero eiusdem Synodi Tridentinae Decreto, quod extat sess. 25. cap. 14. Clerici quoque in immundo concubinato publicè versantes, praeter alias poenas, eiusdem censurae vinculo annodantur, si scilicet, postquam eas semel dimiserint, intermissum consortium repetere, aut alias huiusmodi scandalosas mulieres sibi adungere aucti fuerint; Publici autem intelligendi sunt, non solum hi, quorum concubinitus, per Sententiam, aut Confessionem in iure factam, seu per reuidentiam, qui nullam possit tergiversatione celari, notorius est, vti dicitur in cap. 8. & ult. ext. de cohabitatione Clericorum, & mulierum, sed qui mulierem de incontinentia suspectam & infamata tenet, & per suum Superiorem admonitus, ipsam cum effectu non dimittit, vt dicitur

nos docet Concilium Basileense, loco proximè signatò.

A Diuinis Officiis euitetis & excludatis) Synodus Galonis & Simonis Legatorum: *Prohibeant etiam Sacerdotes ne Laici publicè teneant concubinas, & qui p̄ se admonitionem tenuerint, tam ipse, quàm ipsa ab i. gr. in Ecclesia arceantur* sed nec Laicis modo, sed & Sacerdotibus, Diaconis, & Subdiaconis, qui in impudicitiae sordibus iacent, Ecclesiae intròitus est interdicitus, usque dum poeniteant & emendent, Can. Si qui sunt 15. dist. 81. Unde & Missa, cantare, & Euangelium, aut Epistolam ad Missam legere, & in Presbyterio ad Diuina Officia cum aliis manere, partemque ab Ecclesia suscipere vetantur Constitutionibus Leonis, & Nicolai, Can. Nullus cum sequenti, dist. 81. quibus & ipsi Christiani prohibentur eorum sacris interesse, quòd eorum Benedictio vertatur in maledictionem, & Oratio in peccatum, d. Can. Si qui 81. dist. sed tunc dehiùm, si verè sint publici, hoc est, si indubitanter existet, per Sententiam, scilicet Iudicis, vel per Confessionem in Jure factam, aut per euidentiã operis tam manifesti, ut celari re-generatione nulla possit, concubinos eos esse, non etiam, si sola fama percipuerit, quia hoc casu, nec vitari in Diuinis debent Officiis, cum Ecclesia eis voluerit, & ab eis Sacramenta percipi licetè possint, c. 7. iuncta Gloss. & c. ult. extr. de cohabit. Cleric. & mulier. c. ult. 15. qu. 8. quamvis tales Sacerdotes, quantum ad seipios sint in vera suspensi, & celebrando grauer peccent,

vide Cosmam Guimier. in prag, sanct. tit. de ex-
commun. non vitand. verb. *suspensionis*, & Couar.
in cap. Alma Mater. p. 1. §. 2. nu. 10.

XLIV.

De residentia personali.

MANDAMVS, & districte
præcipimus, quòd omnes
& singuli Sacristæ, & Re-
ctores nostræ Diocesis,
cæterique curam Anima-
rum habentes, in suis Ec-
clesiis, vt tenentur, resi-
dentiam faciant personalem, nisi à Nobis
super hoc licentiam habuerint specialem,
aut aliàs priuilegiati existant, & requisiti de
ipforum priuilegio, fidem faciant, & illis qui
suas Ecclesias dimiserint, Pastoris solatio
desolatas, intra sex menses proximè sequen-
tes, ad suas redeant Ecclesias, & in eis tunc
resideant. Alioquin per Nos, seu Officia-
lem nostrum, de fructibus dictæ Ecclesiæ
prouidebitur seruitio Ecclesiæ, & regimini
Animarum, & aliàs procedetur contra ab-
sentes, iuxta formam Iuris.

Renouata fuit hæc Constitutio iisdem ferè verbis à Ioanne d'Orleans, cap. de Officio, & residentia Ecclesiasticorum.

Faciant residentiam personalem) Vti sacri Canones præscribunt, c. pervenit 20. cum multis sequentibus, 7. qu. 1. cap. Quia nonnulli, & per totum ext. de Cleric. non resid. Præcepto siquidem Divino, ut ex scripturæ locis, & citatis Canonibus rectè adstruunt Patres Synodi Trident. sess. 23. c. 1. de reform. *Mandatum est omnibus, quibus Animarum cura commissa est, Oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, Verbiq; Divini Prædicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium exemplo pascere, pauperum aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, & in cætera munia Pastoralia incumbere;* Quibus fungi absentes non possunt, nec per conductitium debent, tum quòd animarum cura munus sit personale, in quo electa est industria, & fides personæ, l. inter artifices, ff. de solut. cap. Quoniam Apostolica §. 1. de Offic. delegat. tum quòd indignum sit, ut ait Innocentius Papa, causa 21, qu. 2. *Conductitiis Presbyteris Ecclesiam committi.* Incidunt tamen causæ interdum propter quas, excusatione sit dignus Parochus absens, de quibus iuris Pontificij interpretes Ostiensis, præsertim in summa tit. de Clericis non resid.

Nisi à nobis super hoc licentiam habuerint specialem) cap. relatum, & cap. inter quatuor ext. de Cleric. non resid. c. Non oportet 36. de consecrat. dist. 5. & hoc casu Vicarium idoneum

ab ipso Ordinario approbatum, cum debita mercedis assignatione, relinquere debet Patochus, ut vult Synodus Trident. d. cap. 1. sess. 23. de reformatione discedendi autem facultas, in scriptis chartisque concedenda est, nec ultra bimestre tempus, nisi gravis, & urgentissima causa contigerit, ex eisdem Synodi præscripto.

• Aut nisi alias privilegiati existant) ut sunt illi qui vel in Obsequio Romani Pontificis morantur, cap. cum dilectus ext. de Cleric. non resid. vel quos Episcopus in suo comitatu retinet, de quibus cap. ad audientiam 15. cap. de cetero 7. ext. cod. vel qui Ecclesie causa absunt, cap. ex part. 13. ext. cod. vel studiorum favore, cap. Tur ext. eod. cap. licet 32. de præbendis & digni. vel denique alij omnes qui à Papa, vel ab Episcopo suo, ob legitimam causam, assiduitatis seu retentionis veniam impetrauerunt, c. relatum 4. ext. de Cleric. non resid. & c. licet Canon 14. de electione in 6. ita tamen ut habeatur cap. Cum ad hoc ext. de Cleric. non resid. eorum dispensatio. & privilegium omne cesset, quod est Ministerium defectum Ecclesia patitur, Argumento l. ut gradatim 1. §. Quoties, ff. de munerib. & honorib.

De fructibus dictæ Ecclesie providebitur. Iuxta Gregorij IX. Constitutionem, cap. penult. ext. de Clericis non resid. ac Iustiniani Nouellam, 57. c. 1. Nouell. 67. c. 3.

Alias procedetur contra absentes, iuxta formam Iuris, videbet per certas Ecclesiasticas, cap. T. & II. in fine ext. de Cleric. non resid. &

sequestrationem, & subtractionem fructuum, c. penult. ext. eod. Justinian. Nouell. 57. Can. 1. Nouel. 63. Can. 3. & variis Regum nostrorum Edictis, apud Brissonium Codicis lib. 1. tit. 9. aliaque iuris remedia, etiam usque ad priuationem. Erant siquidem varij Canones, quos legere est apud Gratian. 7. q. 1. & cap. ult. ext. de Cleric. non resid. varix item leges Imperatorum, Nouel. 6 & 8. 123. quibus nominatim cautum est, ut Beneficia ipsis adimantur, si scilicet trinæ citationis Edicto, legitimis nimirum interstitiis temporis vocati, intra sex menses ad Ecclesias suas non redeant, cap. Ex tua, ext. de Cleric. non resid. vide Concil. Trident. sess. 23. cap. 1. de reform. circa finem.

XLV.

De introitu Synodali.

STATVIMVS, & districtè præcipimus, & mandamus, omnibus & singulis Abbatibus, Decanis, Sacristis, & Rectoribus, ac Curatis Ecclesiarum Civitatis & Diœcesis Tolosanae, ut cum decenti habitu & honesto, intrent nostram Synodum, & specialiter Rectores & Curati, seu eorum Procuratores vel Nuntij, Superpellicium deferant indu-

tum, sub poena decem solidorum Tol. sine spe remissionis & misericordiae, applicandum operi Ecclesiae nostrae Tolosanae.

Renovata fuit hæc Constitutio iisdem ferè verbis à Ioanne d'Orleans, cap. De Synodi euocatione, introitu, & solemnibus.

Omnibus & singulis Abbatibus) Nam & hi quoque, iuxta Canonica Statuta Synodo Diocesis nostrae interesse tenentur, & ad id compelli possunt. c. Episcopus 11. c. Annis singulis 16. dist. 18. c. Abbates 18. q. 2. c. Quòd super his 9. ext. de maior. & obedient. c. Ex ore, ext. de priuileg. & excess. Prælat. ac pluribus Galliae nostrae Synodis, cum Prouincialibus, tum Diocesanis Andegauensi 1298. & 1300. Pictaviensi 1387. Macloviensi 1402. Lingonensi 1455. Carnotensi 1526. ac postremò Burdigalensi 1582. & Turonensi 1583. aliisque.

Seu eorum Procuratores, vel Nuntij) Quos mitti à Parochis, qui legitimo impedimento detenti, ad Synodum venire non possunt, & antiqua observatio voluit, & complures Galliae nostrae Synodi decreuere; Synodus Galonis, & Simonis legatorum: *Præcipitur Sacerdotibus, ut omnes veniant ad Synodum, maxime curam animarum habentes, nisi remanserint de licentia Episcopi speciali, & si ineuitabili necessitate detenti fuerint, instant Capellani suum, aut Clericum loco sui.* Idem habet Odo Parisiensis in Synodo, ac Synodi Lingonensis 1404. Senonensis 1524. Carnotensis 1526. Paty

ſenſis, Aurelianenſis, aliæque. Quòd tamen hodie in noſtris Synodis non ſervatur, in quibus Parochi duntaxat, & non eius Vicarij multis ab hinc annis de more admiſſi. Excufationes verò legitimæ abſentiæ, ſi quæ ſint, vel ante Synodum ab eo qui mittitur, vel in ipſa Synodo ab eis quide iure intereſſe poſſunt, ſunt proponendæ.

Superpelliciu (undeferant) ſed nec ſolùm ſuperpellicio indutus eſſe debet Parochus in Synodo, ſed & Capucium, quod Parochorum inſigne eſſe inſrà demonſtramus deferre, iuxta Concilij Provincialis Tolofani præſcriptum, quòd utique moribus noſtris, dudum receptum fuit; Quinimò & compluribus Galliarum locis, ſtolam gerunt. Odo Pariſienſis in Synodo: *Diſtinctè præcipitur, ut induci Albu, & Stolis intrent Sacerdotes Synodum illam, qua celebratur tempore Paſchali: Illam verò qua fit Septembri Superpelliceis tantùm & Stolis.* Synodus Galonis & Simonis legatorum. *Præcipitur Sacerdotibus, ut induci Superpelliceis, & Stolis intrent Synodum, Abbates autem Capis ſericis ſint induci.* Synodus Pariſienſis 1557. *Qui iure Synodo intereſſe tenentur, decenti habitu ſuperpellicis, & Stolis, tonſurâ & barbâ rafi conveniant.* Concilium Provincialè Rotomagenſe habitum anno 1581. quod à Gregorio XIII. confirmatum fuit: *Curati ne deinceps in Synodo compareant, ſine Superpellicio, Stola, ac toto habitu ſacerdotali: Aliàs durè increpentur, ac muldentur.* Concilium Remenſe anno 1583. ſub Greg. XIII. à quo etiam approbatum fuit, cap. De Synodo Diœceſana, num. 3. *Aſſiſtere quoque Parochi tenean-*

ur, cum habitu & tonsura statui congruentibus, necnon cum stola & superpellicio.

XLVI.

Tis. de non venientibus ad Synodum.

OMNES & singuli, qui ad nostram Synodum venire tenentur, & non veniunt, nisi ex iusta & rationabili causa, necessaria, seu vrgenti remanserint, & fuerint excusati, vel nisi à nobis licentiam super hoc obtinuerint specialem, aut nisi aliàs privilegiati existant, & requisiti de eorum privilegio fidem faciant, pœnam solitam solvere compellantur.

REnouata fuit hæc Constitutio iisdem verbis à Ioanne d'Orleans, cap. De Synodi euocatione.

Pœnam solitam solvere compellantur) quæ est centorum solidorum ex antiqua praxi, sed & censuris Ecclesiasticis compelli possunt. Innoc. III. cap. quòd super his ext. de maiorit. & obed. *Ab-bates & sacerdotes Diocessana tibi lege subditos, qui ad tuam Synodum venire contemnunt, dummodò in ipa Synodo non ducas aliquid statuendum, quòd Canon non obviet institutis, per censuras Ecclesiasticas ad Synodum*

*ij, am venire compellas : & debitam tibi obedientiam, & reuerentiam exhibere. Sed & Concil. Triburien-
se apud Gratianum, c. Certum, 43. II. qu. 3. Cer-
tum est pro his tribus criminibus aliquem excommuni-
cari debere : cum ad Synodum canonice vocatus venire
contemnit : aut si postquam illuc venerit, Sacerdotibus
& spoliis obedire, receptis : aut si ante finitam cause
sue examinationem à Synodo abire praesumat.*

XLVII.

*Ex eodem Tit. de non venientibus
ad Synodum.*

ITEM statuimus, quòd Procura-
tores, Excusatores, seu Nuntij
illorum conditionis praedictae,
qui non venerint ad Synodum,
dicant, & ostendant nobis, seu Officiali no-
stro causam, & rationem illorum, pro qui-
bus comparent, quare ad praesentem Syno-
dum non venerint, & ipsorum talium absen-
tium excusationes ostendant, antequam à
Synodo recedant, nec vnus pro alio admit-
tatur, ad aliquam excusationem absentiae
alicuius, nisi mandatum absentis habeat su-
per hoc speciale, de quo fidem faceret me-
atur, antequam a Synodo reuertatur, saltem
per proprium iuramentum.

REnouata fuit hæc Constitutio iisdem verbis à Ioanne d'Orleans, cap. De Synodi euocatione.

Nisi mandatum absentis habeat super hoc speciale) Concil. Burdigalense sub Gregorio XIII. à quo approbatum fuit : *Qui legitime fuerint ab Episcopo dispensati, mittant Sacerdotem, vel Clericum idoneum, qui eorum nomine excusationes proponat, & ea quæ fuerint in Synodo statuta, ipsis renuntiet. Nullum pro alio sine mandato speciali, de quo fidem facere teneatur comparere præsumat, alioqui graui pœnâ mulctetur.*

Saltem per proprium iuramentum) Synodus Carnotensis : *Qui ad nostram Synodum comparere non valent, Procuratores Presbyteros, aut Clericos idoneos, cum Litteris suis mittant, suscepturos quidquid Synodus ipsa statuerit. Procuratores autem suos, ita instruat, ut in animas eorum iurare possint, quo Canonico impedimento sint detenti. Cuius impedimenti species, siue causa, in ipso Procuratorio exprimat: Et procuratorium illud dimittatur in manibus Sigilliferi nostri. Alioquin missentes pro excusatis non habebuntur.*



XLVIII.

*Tit. de Arrendamento fructuum
Ecclesiarum.*




VNIVERSOS & singulos Ecclesiarum Rectores, & eorum Procuratores hortamur in Domino, ne de cætero in Arrendamenti suarum Ecclesiarum, Oblationes Altarium, quæ vulgariter manualia nuncupantur, includant.

Includant) quod utique meritò constitutum fuit, cum Oblationes Vota Fidelium sint, & inter res sacras, spiritualesque numerentur, adeò ut Clerici tantùm, & non Laici eas capiant, c. Quia Sacerdotes, c. Sanctorum Ca. ult. 10. q. 1. Hinc Concilij Cameracensis Patres, tit. de Decimis, & Oblationibus, cap. 2. *Oblationes solitas offerri in Ecclesiis, non Laici, Patroni nomine, sed Pastores soli recipiant. Est enim hoc prorsus indecorum. Earum autem Oblationum partem, qua Patrono cedere debet, isdem Pastores reddant; ac de re tota ne ullum offendiculum nascatur, inter se conveniant: nec liceat Pastoribus eas Oblationes ullo pacto elocare.* Et sanè experimento plerumque compertum est, quod forsitan huic Constitutioni causam dedit, complu-

res. plerisque in locis ab Oblationibus retrah-
 eum videant quæ ad conciliationem Diuini Nu-
 minis Ecclesiæ deferuntur, aut Parocho, à pro-
 phanis hominibus suscipi, & in eorum cedete va-
 litatem.

XLIX.

*Tit. de Domibus à Rectoribus conser-
 uandis & constituendis.*

 **T**ATVINVS, & districtè præ-
 ciendo Mandamus, quòd cum
 Synodum Paschæ Domini pro-
 ximè celebrandam, quilibet cu-
 ram animarum habens, seu regimen ad opus
 Ecclesiæ sibi commissæ domum emat, vel
 construat, si non habet propriam, prout pos-
 sibile fuerit Ecclesiæ suæ, vel emi, aut con-
 strui, seu reparari procuret per illos ad quos
 spectabit, in qua inhabitet, & recipere nos
 honestè valeat, loco & tempore opportu-
 nis; Alioquin providebitur, prout erit ius
 & rationis.

Renouata fuit hæc Constitutio iisdem verbis
 à Ioanne d'Orleans, cap. de Officio, & resi-
 dentia Ecclesiasticorum.

Ad illos ad quos spectabit) Paroecianos mini-

rum qui Presbyterium, seu domum Presbyterialem, aut Parochiale Domicilium, uti vocat Concil. Mediol. 3. sub Gregor. XIII. vulgò nonnullis in locis *Caminatum*, de qua voce nos aliàs, Parocho, seu Curioni, suis sumptibus suppeditate tenentur. Quo enim iure Parochus tenetur reside-
re, & ministrare in Ecclesia sua, eodem Paro-
chiani obligantur ei ædem, quâ frui liceat iuxta
Ecclesiam constituere, eamque familiari (vt Cho-
pini verbis loquar) *Pensilium instrumento munire*.
Cui enim temporarium victum, spiritualis pabuli
vice, rependi oportet, Parocho eidem debetur
habitatio, quæ alimentorum nomine continetur,
l. 6. & l. ult. ff. de aliment. legat. l. verbo victus
& l. seq. ff. de verb. signific. quòd utique colligi
potest ex Concil. Vvormaciensi, quod refertur,
rùm apud Gratianum, c. Sancitum 23. q. 8. cum
apud Greg. IX. c. 1. De Censibus, atque ita de
Sacerdotalium ædiuina structura sæpè pronuntiasse
conscriptos Curia referunt Charondas lib. 1. resp.
57. & lib. 4. resp. 1. Chopinus lib. 1. Monast. tit.
3. num. 24. & lib. 3. de Sacr. Polit. tit. 3. num. 15.
Chenurius, Expilli, Brossæus, alijque. Quid au-
tem de Curialis ædificij fultura, refectioneque ne-
cessaria dicendum sit? Ijdem Authores iam lau-
dari docent, pluribus Senatusconsultis, dudum de-
cisum fuisse solos Paroecianos ad reædificationem,
vel reparationem Presbyteralis domus, sepositis
tantùm isthinc modicis impendiis, seu exceptis
minutis, ac leuioribus reparationibus, quæ etiam

ad Colonos simplices, vel inquilinos, necdum fructuarios pertinent, obligari.

L.

Tit. de Quæstoribus recipiendis.

QUONIAM & singulis Rectoribus & Curatis nostræ Diocesis Tolosanæ, seu eorum Vicariis, districtè præcipimus, & mandamus, quòd amodo nullum Quæstorem ad Quæstam faciendam admittant, nisi eorum privilegiis, per ipsos Nobis priùs præsentatis, & cum nostris Litteris, quas ibidem exhibeat, fuerit communitus. Et quamvis dictas Litteras nostras, vel Officialis nostri portauerit, ad sermonem aliquem faciendum, sed solum ad explicandas suas Indulgentias, & Privilegia, necessitatesque Hospitalium & locorum, pro quibus Quæstas faciunt, nullatenus admittant.

RENOVATA fuit hæc Constitutio iisdem verbis à Joanne d'Orleans, cap. De Quæstoribus.

Nullos Quæstorem ad Quæstam faciendam admittant) Definierant id antea duo Concilia Generalia Lateranense scilicet, sub Innocentio III. cap. Cum ex eo ext. de Pœnitentia, & remissis, & Concil. Viennense sub Clemente V. cap. Abu-

tionibus, eod. tit. in Clement. è quibus desumpta, quæ hic habentur, sed his junge postrema Conc. Trid. Decreta, sess. 5. c. 2. & sess. 21. c. 9. de reform. & sess. ult. in Decreto de Indulgen.

LI.

Tit. de Clericis arma portantibus.

VM sit Officium Clericorum nulli nocere, omnibus prodesse velle, & lachrymæ, ac Orationes, arma debeant esse Clericorum, propter scandala, & pericula diuersaque contingunt, & possunt contingere in futurum. Provida deliberatione statumus, in Ciuitate, Burgo, aut Suburbio Tolosæ, vbi propter studium, multitudo convenit Clericorum, nullus Clericus, aut Secularis studens, de nocte, vel de die, præsumat arma portare inuasiva, & prohibita de Iure; quicumque autem de Clericis, vel Secularibus, ante dictis, de cætero arma portauerint, ex tunc trina & Canonica mōitione præmissa excommunicationis Sententiâ, seu vinculo innodamus, & hanc excommunicationis Sententiam, secundum Statuta Canonica

duximus promulgandam & publicandam.

REnouata fuit hæc Constitutio iisdem verbis à Ioanne d'Orleans, cap. de vita, & honestate Clericorum.

Præsumat arma portare) id enim sub grauibus pœnis Canones vêtant, & quidem meritò, cum Clericorum arma purè spiritualia sint, Orationes scilicet, & lachrymæ, c. Conuenior 23. q. 8. Ferrò enim sanguis elicitur, quo Clerici abstinere debent, c. 127. Apóst. Quare nihil eorum professioni, tam contrarium, quàm profana militia, armorumque tractatio, vt ex Canonibus mox citandis planum fiet.

Excommunicationis sententiâ, seu vinculo innotamus) iuxta Conc. Pictauiensis definitionem, c. Clerici ext. de vita & honest. Cleric. quâ Clerici armâ portantes veniunt excommunicandi, sed & alius Conciliorum Decretis, aliæ in eos statuuntur pœnæ, eaque graues: etenim Conc. Matifconensi l. c. 5. sancitum fuit: *Vt clericus cum armis inuentus, triginta dierum inclusique detentus, aquâ tantummodò, & modico pane duobus singulis sustentetur.* Et Meldensis Galliæ Synodus, Can. 37. qui habetur, c. Quicumque, 23. q. 8. *Quicumque (inquit) ex Clero esse videntur arma militaria non sumant, nec armati incedant, sed professionis suæ vocabulum, & religiosi moribus, & Religioso habitu præbeant, quòd si contempserint, tanquam Sacrorum Canonum contemptores, & Ecclesiastica Sanctitatis prophanatores, proprii gradus amissione mulctentur.* Extant & alij com-

plures Canones in Clericum arma ferentem editi, de quibus apud Ivonem, Burchardum, Gramanum, & alios sacrorum Canonum Collectores, sed & lege Synodum Francicam sub Carolo Magno, & Clementinam I, De vita & honeste Clericorum.

LII.

Tit. de Usurariis.

VOLENTES ex injuncto nobis, ut tenemur, Officio periculis animarum obviare, Statuimus, & districtè præcipiendo Mandamus vniuersis & singulis Rectoribus & Curis Ciuitatis & Diœcesis Tolosanae, eorumque Vicariis, quatenus singulis diebus Dominicis & Festiuis, in suis Ecclesiis generaliter moneant, usurarios in suis Patrochis commorantes, ut ab ipsa usura desistant, & usuras receptas in sanitate restituant eis, à quibus habuerunt, & ex parte nostra eisdem denuntient, quod nisi in vita sua hoc fecerint, denegabitur eis Altaris Communio; & post mortem etiam catebunt Ecclesiastica sepultura, nisi Nobis, seu Officiali nostro in scriptis fideliter & sub iur

ramento reddiderint, vel reddi & tradi per Curatum suum fecerint, nomina illorum à quibus vsuras receperint, & quantitates receptas à quolibet, per vsurariam prauitatem, & quòd sine fraudè de suis bonis mobilibus & immobilibus, si mobilia non habeant, ad cognitionem Ecclesie, & Mandatum nostrum, seu Officialis nostri secundum facultates suas, in manibus bonorum & proborum virorum posterint, quæ sufficere valeant ad plenariam restitutionem sine moræ dispendio faciendam. Et nihilominus vos Curati, & Capellani ex vestro Officio, per omnes Ecclesias Ciuitatis & Diocesis Tolosanæ denuntietis publicè, & denunciari faciatis, cum casus contigerit, vt coram nobis seu Officiali nostro compareant, si qui de talibus fuerint conquerentes. Et hæc omnia præcipimus inuiolabiliter observari.

Renovata fuit hæc Constitutio à Ioanne d'Orleans, iisdem verbis, cap. de proponendis populo in palo per Sacerdotem Parochialem.

Et post mortem etiam carebunt Ecclesiastica sepulturâ) idque iuxta Conc. Lateranensis Decretum sub Alexandro III. quo definitum extat, vsurarios manifestos, & viuos, à Communione Altaris arceri, & defunctos, si in hoc peccato decesserint, ad Christianam sepulturam non admitti:

quæ & eâdem Constitutione illorum oblationes accipere vetitum, ad eò ex osum semper fuit sacris Canonibus, hoc flagitij genus, & si quis id neglexerit, non tantùm ea reddere quæ acceperit cogatur, verùm etiam, donec sui Episcopi arbitrio satisfecerit, ab omni executione Officij sui maneat suspensus; vt ex eius Concilij, cap. 25. Refertur in c. Quia in omnibus, & cap. cum tu manifestos ext. de vsuris. Quales autem, & qui sint vsurarij manifesti, docet caput Cùm in Diœcesi 15, ext. eod. & Couartuias, lib. 3. variat. resolut. cap. 3. num. 4. & 5.

Nisi restituerint) Extrat etiam hac de re Concilij Generalis Lugdunensis, sub Greg. X. Constitutio quâ vsurantium testamenta irrita ipso iure declarantur, nisi vel vsuras restituerint, vel de iis restituendis pro viribus facultatum cautionem idoneam præstiterint iuxta formam ibidem præscriptam, habetur hæc Constit. cap. 2. De vsuris, in 6.

Vt coram Nobis, seu Officiali nostro compareant) Vt in eos, scilicet, qui vsuras exercuerint secundùm Canones distringatur. Olim siquidem vsu receptum fuit, vt huiusmodi causæ etiam contra Laicos in Ecclesiastico duntaxat foro ventilarentur; vnde Synodo Senonensi 1524. iubentur Presbyteri vsurarios Decanis denuntiare, qui facta informatione eos citabunt coram Episcopo, vt legere est apud Bochellum, lib. 8. Decretor. tit. 45. cap. 5. Et sanè si iuris vtriusque interpretes consulamus complures ex eis melioris notæ, vt

Baldus, Abbas, Lopus, Alexander, Decius, Iafon, in eam eunt sententiam, foeneraticium crimen merè Ecclesiasticum esse, & spirituale, ac proinde Pontificiæ animadversionis, quòd utique probant, ex Clementina sanctione dispendiosam de iudiciis, ac Clementis V. Constitutio 1. de usuris §. Cæterùm, nec leuia in hanc sententiam argumenta citantur, confertim à Panormitano in cap. Cum sit generale, nu. 17. & 18. ext. de foro competenti; Hodie tamen Gallico forensi usu obtinuit, ut hoc flagitij genus, inter ea quæ mixti fori dicuntur recensatur, ita ut Ecclesiasticum sit, seu Pontificij fori, si in Sacerdotem, prophanum verò, si in Laicum fuerit accusatio instituta: vide Chopinum lib. 2. de sacra Polit. tit. 2. num. 17. & Couarruuiam lib. 3. variat. resolut. cap. 3. post Panormitanum, loco suprâ citato.

LIII.

Tit. de Sortilegis & Diuinis.

TATVIMVS & Ordinamus, ac vobis præcipiendo Mandamus, quod vos omnes & singuli, in vestris Ecclesiis, denuntiatis excommunicatos, Sortilegos & Diuinos, & omnes illos qui ad eorum sortilegium, & diuinationem accedunt singulis diebus Dominicis.

Renouata fuit hæc Constitutio iisdem verbis à Ioanne d'Orleans, cap. de proponendis populo in palo per Sacerdotem Parochialem.

Denunciatis excommunicatos fortilegos) iis siquidem sicut & Ariolis, Aruspibus, aliisque in-tantatoribus, Communio Ecclesiæ interdicitur, c.1. Et passim 26. q.5. vbi latiùs, sed & Iure Ci- uili in eos animadvertitur, vt videre est, tit. C. de malef. & Mathemat.

LIV.

Tit. de perjuris.

CVM sint nonnulli qui perju- rijcrimen incurrere non for- midant, non attendentes, vel forsan ignorantes quan- tum sit graue crimen perju- rij, & quæ poenæ sint con- tra perjuros, editæ per leges, & Canonicas

Sanctiones. Statuimus vt Presbyteri curam animarum habentes, in suis Ecclesiis, semel in quolibet mense, præsentè populo expo- nant publicè, quòd perjuri sunt infames, & a perhibendo testimonio, ac ab omni actù legitimo repellendi, & quòd Ecclesias rege- re non sunt digni, nec inter probos homines vterius admittendi. Et hoc fieri volumus,

ne prætextu ignorantie aliqui occasionem habeant deierandi. Convictus nihilominus de perjurio, vel ipsum perjurium confessus, per nostrum Officiale puniatur, secundum quod deierantium qualitas id exposcit; ut metu poenæ cæteri a similibus arceantur. Et nihilominus quos perjuros repererint, faciant per Ecclesias, ut perjuros solemniter nuntiant.

Renovata fuit hæc Constitutio à Ioanne d'Orleans, cap. de proponendis populo in pallo rep[er]i Sacrodotem Parochialem.

Per leges & Canonicas sanctiones) c. Quicquid que 6. q. 1. c. Si quis peieraverit, 22. q. 5. l. Si quibus maior C. de transact.

Et à perhibendo testimonio, ac ab omni actu c. testimonium 54. ext. de testib. c. Quicumque 6. q. 1. c. Parvuli, 22. quæst. 5. & c. Non p[er]missi, 2. quæst. 7.

Et quòd Ecclesias regere non sunt digni) Arcentur etenim à susceptiõne Ordinum p[er]jurii, cum sint infames, c. fin. ext. de temporib. ordinar. c. Si Episcopus, dist. 50. & si ad Ordines promoti fuerint ab eis, sicut & à Beneficiis renouentur, c. Presbyter 81. dist. c. Cùm non ab homine 10. ext. de iudiciis, c. Accedens 23. ext. de accusat. vide Aufreerium nostrum ad decif. 17. Capella Tolosana, & Petrum Rebuffum in tract. De p[er]ficiis possessor. Colum. 2. & in repetitione rub. de rescriptis, nu. 2.

Per nostrum Officialem puniatur) De perjury pœna: vide Canones proximè citatos, Couarruiam in c. Quamvis pactum, 1. part. Relectio, s. 2. nu. 2. De pactis in 6. ac Bernardum Diaz in sua Pract. crimin. Canon. cap. 96. & ibi Ignatium Lopez de Salcedo.

LV.

*Tit. de iis qui falsant Sigi'um, vel
Litteras Curie Archiepiscopalis
Tolosanae.*



M nonnulli (vt intelleximus) Sigillum, seu Litteras nostræ Curie falsificare, Dei timore postposito, non vereantur, contra omnes tales Litteras, seu Sigillum dictæ nostræ Curie falsificantes, excommunicationis Sententiam trinâ & Canonica monitione præmissâ ferimus in his scriptis, à qua absolvi non possint, nisi à Nobis, seu Officiali nostro, nisi essent in mortis articulo constituti, & nihilominus aliis pœnis a Iure statutis puniantur.

Renouata fuit hæc Constitutio iisdem verbis à Joanne d'Orleans, cap. De excommunicatione.

Aliis pœnis à Iure statutis) c. Cùm non ab homine 10. ext. de iudiciis, c. Si Episcopus 8. dist. 5. iuncto, c. Tuæ, extra de pœnis : vide Offensum in summa, tit. de crimine falsi, §. finali.

LVI.

Tit. de Officio visitationis.

V^M visitationis Officium, pro acquirendis his quæ ad salutem pertinent animarum, non quæ sua sunt, seu quæ gravare possent subiectos à Sanctis Patribus sic adinventum. Idcirco districte præcipimus, omnibus & singulis Rectoribus, Curatis, & quibuscunque aliis Presbyteris, Civitatis & Diœcesis Tolosanæ, sub excommunicationis pœnâ, ne quisquam eorum per se, vel aliam interpositam personam, det seu dari faciat, vel se obliget daturum, vel obligari promittat, quovis quæsito colore, pecuniam, munera, iocalia, seu quævis alia servitia, alicui de nostra familia, Nobis visitantibus, seu procurantibus, quoquo modo & si qua dederint, seu ad dandum se obligauerint Nobis, seu nostris Vicariis reveleat, seu revelari faciant infra mensem.

Pecunia in munera, &c.) id enim disertè prohibet etiam ipsis Episcopis, Innocentius IV. cap. Romana §. Procuraciones de censib. exaction. & procurat. in Sexto, cuius Constitutio confirmata postmodum fuit à Gregorio X. in Generali Concilio Lugdunensi Can. 2. eod. tit. in 6. à Synodi Trident. Patribus, sess. 24. de reformat. cap. 3. ac Conc. Prouincialis Tolosani, part. 4. cap. 8. num. 19.

LVII.

*Tit. de pulsatione campanarum, & de
Aue Maria dicenda.*

STATVIMVS insuper, & Ordinamus, quòd Rectores, & Curati Civitatis & Diœcesis Tolosane, aut eorum Vicarij omni sero in crepusculo, pulsent, seu pulsari faciant campanam ter, & inter signa campanæ sit spatium, in quo possit dici, *Aue Maria*, completè, cum devotione, & doceant populum, quod quicumque dixerit *Aue Maria* ter deuotè in ipsis spatibus, flexis genibus, & reuerenter, eis concedimus decem dies de Indulgentia, si in statu gratiæ fuerint tunc, vel infra octo dies proximè sequentes. Inducant etiam populum quòd quando dicitur, *Credo in unum Deum,*

in Missa, & dicitur illud verbum, *Incar-natus est de Spiritu Sancto*, omnes genua flectant, donec dicatur *Crucifixus etiam pro nobis*. Similiter quando dicitur in Euangelio Beati Ioannis, *Et Verbum Caro factum est*, omnes genua flectant, & modo consimili, quando dicitur in Euangelio Beati Lucæ, *Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum*. Et Nos omnibus & singulis, qui cum deuotione genua flexerint, & in statu gratiæ tunc fuerint, aut infrà octo dies tunc proximè sequentes, decem dies de Indulgentiâ concedimus speciali.

REnouata fuit hæc Constitutio iisdem verbis à Ioanne d'Orleans, cap. de Officio & resistentia Ecclesiasticorum.

Omni sero in crepusculo pulsent seu pulsari faciant) quòd vtique longè ante à Ioanne 22. Pont. institutum fuisse produnt scriptores, nec vespertino modo, sed & manè & meridie, vti hodie apud Nos obtinet, pulsari debet campana: cur verò vespertini pulsus hîc solum mentio fiat, non matutini, & meridiani ratio hæc est, quòd matutinus iam esset in vsu, meridianus verò nondum esset institutus, seu à Calixto III. pontif. vt nonnulli probè docent, seu à Ludouico Gallorum Rege, eius nominis XI. vt aliis placet ex Guaguino: vide Angelum Roccha in Commentario de campanis, cap. 17. & 18. vbi de trino campanæ pulsu, aut sonitu

sonitu tribus illis temporibus deque huiusce ritui institutoribus.

LVII.

Tit. de Vigiliis Sanctorum.

ACRO-SANCTA Mater Ecclesia nonnulla rationabiliter ordinat, & consultè permittit, quæ suadentibus temerariis abutentium abusibus consultius post, aut rationabilius reuocat in meliùs, vel commutat. Cum nonnunquam iuxta varietatem temporum statuta ex causa rationabili expediat commutare humana; Verùm cum Domum Dei deceat sanctitudo, expedit, vt cuius in pace factus est locus, eius cultus cum pacifica veneratione expleatur. Cùmque rerum Magistræ experientia nos edocuerit, & incessanter nos edocere non desinit, quòd Vigiliæ Sanctorum, quæ ceteris ex causis fieri in Ecclesiis permissæ fuerint, & quæ etiam pacificè cum summa deuotione, & Dei reuerentiâ retroactis temporibus fieri consueuerunt, præsentì verò tempore cum tumultu, choreis, & cantilenis inhonestis, & armis prohibitis exercentur, ex quibus vulnera, & in

Ecclesiis homicidia perpetrata sunt, & mala alia plurima, & scandala orta, & in futurum verifimiliter timentur peiora oriri, nisi salubre remedium apponatur. Idcirco prædictis malis obviare volentes, & prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, ad honorem Dæi, & Sanctorum eius. Statuimus & prohibemus, ne dictæ Vigiliæ de cætero fiant in Ecclesiis Ciuitatis & Diocesis Tolosanæ, & ipsas fieri prohibemus, sub pœna excommunicationis, quam contra sic vigilantes trinâ & canonicâ monitione præmissâ ferimus in his scriptis, & Rectoribus Ecclesiarum Ciuitatis, & Diocesis Tolosanæ, ac eorum Vicariis districtè præcipimus, quòd in Vigiliis ipsis, portas suarum Ecclesiarum claudant, & clausas teneant, nec in dictis Ecclesiis vigilare permittant, nisi duntaxat Clericos, seruitores Ecclesiæ, & illos si qui fortè fuerint sæculares, qui deuotè ac honestè appetant vigilare, & tunc clausis ianuis, si commodè tamen, ac sine scandalo fieri possit. Ab hac tamen prohibitione & statuto excipimus Ecclesias Ciuitatis & Diocesis Tolosanæ, in quibus hætenus fuit consuetum portare infirmos, seu debiles pro sanitate habenda, seu recuperanda, in quibus

Ecclesiis infirmos cum servitoribus necessariis vigilare concedimus ianuis Ecclesiarum clausis, si commodè fieri possit, & honestè. Item Volumus, Statuimus, & Ordinamus, quòd Rectores Ciuitatis & Diœcesis Tolosanae, vel eorum Vicarij, die Dominicâ præcedente Festum suorum Altarium, populum sibi commissum, ex potestate nostra moneant, quòd ad huiusmodi Vigilias sic damnablem, vt præmissum est, non accedant cum excommunicationis Sententia contra tales sit lata per ipsa Synodalia Statuta.

Renouata fuit hæc Constitutio à Ioanne d'Orleans, cap. De Offic. & resid. Ecclesiasticorum.

Retroactis temporibus fieri consueuerunt) De antiquo in Ecclesia sacrarum vsu Vigiliarum, non solum innumera SS. Patrum, tam Latinorum, quàm Græcorum suppetunt testimonia, sed etiam Scriptorum Gentilium, quæ legere est, cum apud Ioannem Stephanum Duranti de ritibus Eccl. lib. 3. cap. 4. tum apud Baronium in Annal. Ecclesiæ. tom. 1. 5. & 6.

Cum tumultu Choreis & Cantilenis inhonestis) Quæ omnia in Festorum Vigiliis fieri in Ecclesiis vetat Clemens V. in Concilio Generali Viennensi, cap. 1. de celebrat. Missar. in Clementinis.

Et mala aliaplurima & scandala) Vti supra,


adulteria, Ienocinia, & omnis generis corruptelæ, ob quas eas olim ab Ecclesia fuisse proscriptas, Honorius refert in Gemma, lib. 3. cap. 6 sic & apud Ethnicos, Romulus lege suâ octava edixit, ne Nocturnæ in Templis Vigiliæ fiant, re scilicet, ut ait Balduinus ad dictam legem, tandem ea essent Iustra, aut Iupanaria magis, quam Tempia: Unde ea de causa Bacchanalia postmodum, & omnia Nocturna sacra sublata fuisse, Livius, Cicero, & complures alij prodiderunt.

Ne dictæ Vigiliæ de cætero fiant) Quod & antea cautum aliis Galliæ nostræ Synodis, & quidem Synodus Galonis & Simonis Legatorum hæc habet: *Tracipimus quod Ecclesiarum Rectores, vel Priores in suis Ecclesiis Vigilias à Laicis fieri non permittant, cum ex ipsis non proveniat nisi malum, nisi forsitan in illis Ecclesiis, in quibus de devotione fidei causa peregrinationis Vigiliæ tales ab antiquo consueverunt fieri. Sed & peregrinantibus Nocturnas illas in Ecclesiis pernoctationes prohibuit Galterus Episcopus Pictaviensis, in suis Constitut. ann. 1280. editis his verbis: Cum ex Nocturnis Vigiliis, quæ à peregrinantibus in Ecclesiis fieri consueverunt, lituræque contingat Ecclesias ipsas, sanguinis, seminis pollutione fiedari, & alia enormia committi, ubi iras & licetorum venia postulanda. Tracipimus quod Sacerdotes in generali in Ecclesiis suis, & nihilominus ipsi & quilibet Confessores, & specialiter quilibet ipsi in panniati firo consistentibus exhibeant, sub pœna excommunicationis, ne in Ecclesiis ad quas peregrinationis causa accesserunt, præsumant vigilare, & c.*

Portare infirmos, (seu debiles) Quo casu id admittit Galterus Episcopus, loco proximè laudato.

LIX.

Tit. de Festiuitatibus mortuorum.

 **F**ETERVM, cùm sit salubris cogitatio orare pro defunctis, & animæ ipsorum defunctorum, vt Sacri Canones attestantur, Missarum Sacrificiis, Oblationibus, & Orationibus, à pœnis Purgatorij misericorditer liberentur, præter illam solemnitatem, & generalem commemorationem mortuorum, quæ in crastinum omnium Sanctorum celebratur alias per annum, à Clero & populo celebrandas in tota nostra Diocesi duximus ordinandas, quas celebrari volumus eo modo quo illa, quæ in crastinum omnium Sanctorum celebratur; videlicet in crastinum Octauarum Epiphaniæ Domini, aliam in crastinum Octauarum Paschæ Domini, aliam in crastinum Octauarum Pentecostes. Mandamus vt dictas commemorationes mortuorum generales dictis temporibus deuotè celebrent, & populum sibi commissum ad eas celebrandas inducât.

Renovata fuit hæc Constitutio iisdem ferè verbis, à Ioanne d'Orleans, cap. de Officio & residentia Ecclesiasticorum.

Cùm sit salubris cogitatio orare pro defunctis, 2. Machab. 12.

Vt Sacri Canones attestantur) C. Non æstimus, c. Pro obeuntibus, c. Animæ defunctorum, c. Tempus 13. q. 2. Concil. Trident. sess. 25. in Decreto de Purgatorio.

Alias per annum à Clero & populo) Eadem habent ac præcipiunt iisdemque verbis Synodi Lomborientis, sub Bernardo de Ornezano, & Montalbanensis, sub Ioanne de Pratis, eod. tit. De Festivitatibus mortuorum: Sed & Constitutiones Synodales S. Papuli, sub Carolo à Baro antistite, anno 1533. Tolosæ editæ, cap. De celebratione Diuinorum Offic. hac verborum serie: *sanè ut piis quoque & sanctis supplicationibus Fidelium Anima Defunctorum, quas Purgatorius Dei carcer adhuc detinet, in charitate iuventur. Equum visum est statuere, ut præter solemnem illam & generalem mortuorum commemorationem, quæ postero die Festi Sanctorum omnium celebratur, tres aliæ pro defunctis solemnitates per anni circulum in tota nostra Diocesi à Clero agantur, & populo, una primo quoque die post Epiphania, altera Paschæ, tertia Pentecostes Octavas, modo in huiusmodi Octavarum crastinis, Dominicus dies, seu alium festandus non int. venerit; quo casu transferri illud volumus, in posterum diem illius Dominicæ, seu Festi. Mandantes Ecclesiarum Parochialium Rectoribus, ut dictis temporibus memoratas defunctorum commemorationes, & devotè celebrent, & populum ad eas ce-*

brandas, cohortentur pariter, & induant.

In crastinum Octavarum Pentecostes) primo scilicet die post Octauam Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, quo eiusmodi defunctorum commemoratio in nostra vrbe multis ab hinc annis fieri assoler.

LX.

*Ex eodem Tit. de Festiuitatibus
Mortuorum,*

PORRO iustum arbitramur, & consonum rationi, quod personæ Ecclesiasticæ, quæ iugiter Domino Deo famulantur consequi debeant prærogatiuam fauoris, & gratiæ specialis. Idcirco eorum saluti animarum providere cupientes, pro concedenti affectu exhortamur, quòd cum contigerit aliquem de Archipresbyteris, siue Rectoribus Ciuitatis & Diœcesis Tolosanae, curam animarum habentibus decedere. Cùm eius obitus ad notitiam aliorum pervenerit, quilibet Rector & Curatus Officium Mortuorum, & unam Missam de Officio Mortuorum, pro anima defuncti Rectoris per se, vel per alium, in ra octo dies à tempore notitiæ computandas celebret, aut celebrari faciat.

Renouata sit hæc Constitutio à Ioanne d'Orléans, cap. De Offic. & resident. Ecclesiasticorum.

Quilibet Rector Officium Mortuorum, & vnara Missam) Odo Parisiensis in Synod. Præcipim omnibus Decanis quòd inquirent de catero, & in scriptis redigant, nomina omnium Presbyterorum, qui in decanatibus suis decedent, eaque deferant ad Synodum recitanda, ut Oremus pro eis, & moneantur singuli Presbyteri, ut faciant seruitium speciale: Hoc enim libentissimè debent facere, quia cum decesserint, fiet similiter pro eis. Petrus Benedicti Episcopus Macloüensis in suis Constit. Synod. anno 1350. ediu id ad omnes alios qui de more Synodo Diocesanae interesse tenentur extendit his verbis, Statuimus quòd dum quicumque Abbas nostræ Diocesis, aut aliquis Archidiaconus, vel Rector Ecclesia ab hac vita migrabit, teneantur singuli Ecclesiarum Rectores, saltem semel celebrare pro ipso, vel facere celebrari in trà octo dies à mortis tempore sibi notificata, prædictosque Abbates, aut Archidiaconos ad simile pro aliis volumus obligari. Quòd etiam nos pro nostro tempore intendimus facere, & id faciendum nostris successoribus indicamus. Concilium Mediol. 2. sub S. Car. Borr. Decreto 15. Post Parochi obitum vnusquisque Parochorum illius regionis, pro ipsius anima salute Missa sacrificium faciat. Eadem quoque præcepere Synodi proximè citatæ, Lombriensis, scilicet, ac Montalbanensis, vbi supra.

LXI.

*Tit. de Reuitis, seu particularibus
memoriis defunctorum.*

T quia frequenter per Diœcesim Tolosanam, in diuersis Parochiis solent fieri memoriæ quæ communiter dicuntur, Reuits, siue Cantagia pro defunctis. Statuimus, vt Capellani quicumque, ad dicta Cantagia convenientes, singulariter singuli in Officiis Diuinis, & Cantagiis prædictis, cum fuerint, tam in Ecclesiis, quam Cœmeteriis, se habeant honestè & deuotè, deferentes Superpellicia condecencia, vt eorum bonis exemplis Laici, qui eos invitarunt, ædificentur in bonum, & inducantur ad amplio-rem deuotionem.

Renouata fuit hæc Constitutio iisdem ferè verbis à Ioanne d'Orleans, cap. de Officio, & residentia Ecclesiasticorum.

Reuits) Vox popularis, apud nonnullos Aquitanix populos, etiamnum frequentata, ad exprimendam ceremoniam illam, quâ hæredes post defuncti funus, Clericos, parentes, ac amicos inuitant denuò, vt piis eius manibus, solemnè aliqua

prece, seu sacrificio patiente, vnde *Reuis*, quasi *Reinuis*, *Reuita*, *Reinuita*, seu vt alij malunt à reuiscendo, eò quòd commemorationibus illis, quæ apud nostrates vulgò Cantagia audiunt, eius apud suos memoria reuiscat, & ab obliuione quodammodo vindicetur.

LXII.

Tit. vt Presbyteri non habentes curam animarum, intersint Diuinis Officiis.



TATVIMVS vt in Diuinis Officiis, scilicet, in Missis, Vesperis, & Completorio, & in aliis horis, quæ ibidem decantantur, omnes & singuli Presbyteri, per Diocesim nostram constituti, Capellanas obtinentes, aut alia commoda particularia in Ecclesiis recipientes, singulis diebus Dominicis & solemnibus, Superpellicio induti intersint, & infra cancellos donec Officia Diuina fuerint completa, stent honestè & deuotè; & Rectores, aut Curati similiter Stolam hinc inde extensam deferant. Quibus dicti Presbyteri in dictis Officiis sint coadutores, & existant, taliter quòd sit ad

hudem Dei, & Diuini cultus argumentum, & tumultus, & murmuratio Laicorum eueretur, aliàs contra rebelles & inobedientes per graues pœnas procedetur, prout fuerit iuris, & rationis.

QUæ ibidem) scilicet in Ecclesijs Parochialibus, seu earum Coemeterijs, de quibus tit. præcedenti,

Superpellicio induci interfint) idem cautum Concil. Prouinc. Tolosano, infra part. 1. cap. 3. num. 14. & quamplurimis alijs Concilijs, ac Decretis, de quibus nos copiosè in huius Operis calce.

LXIII.

*Tit. de Festiuitatibus & Ieiunijs
mandandis.*

STATVIMVS, quòd omnes & singuli Rectores & Vicarij, per Ciuitatem & Diœcesim Tolosanam constitutus sint diligentes, & pervigiles in Festiuitatibus colendis, & Ieiunijs, seu Vigilijs Sanctorum, & quatuor temporum mandandis, taliter quòd populus abstineat se ab esu carnium, & alijs vetitis diebus ieiunalibus, & si qui super hoc fuerint reperti culpabiles, vo-

lumus quod per Officialem nostrum condigna satisfactione puniantur sine misericordia, & quod dicti Rectores habeant denuntiare, quàm citius.

Renouata fuit hæc Constitutio à Ioanne d'Orleans, cap. de Offic. & resident. Ecclesiasticorum.

LXIV.

*Tit. de mulieribus de nocte secum pueros
minores vnius anni in lecto
tenentibus.*



STATUIMUS etiam, quod quilibet moneat mulieres habentes pueros, ne eos secum de nocte ponant in lecto, infra annum, & diem post natiuitatem ipsorum, ne valeant eos opprimere, & hoc sub excommunicationis poena, quam ferimus in his scriptis, contra tales contrarium facientes, quod etiam præsentia non repertæ fuerint plures oppressiones puero- rum.

Renovata fuit hæc Constitutio iisdem ferè verbis à Ioanne d'Orleans, cap. de Baptismo.

Ne eos secum de nocte ponant in lecto) Concil. Mediolanensè 4. sub Gregorio XIII. *Grave atque immane facinus est, infantes per imprudentiam aliorum suffocari qui eas, ne annum quidem natos, in cubili, nulla cautione collocant. Qui quoniam, neque alia ratione, neque rei gravitate, quâ Deus in primis offenditur, nec virò immunitate nefaria in officio contineri hâtenus potuerunt, tale facinus pœnis coerceri censuimus. Itaque quacunque mulier infantem, anno aetatis nō h̄ expleto, secum in lecto iacentem, non ex cautione teneat, quam ab Episcopo præscriptam, Parochus unusquisque ei sigillatim demonstravit, excommunicationis pœnam ipso facto subeat: cuius vinculo irretita non absolvetur, nisi gravi, atque insigni imposita pœnitentiâ, quæ cæteris exemplo sit. Quod Decretum innovatum postmodum fuit, in Concil. Mediolanensè 6. sub eodem Greg XIII. additumque, quòd si quis, quicumque sit, etiam præter nutricem & matrem, non adhibita illâ cautione, neque dispensatione impetratâ, infantem contra præscriptum in lecto teneat, aut matrem, nutricemve id facere coegerit, aut impedierit, quominus eo Decreto præscripta cautio adhiberetur: is eadem pœna irretitus sit, quæ illo Decreto mulieri in eo genere delinquenti constituta est. Decreta Bonhomij Episcopi Vercellensis, & Sedis Apostolicæ Legati, tit. de Baptismo: *Sedulo autem parentes, ac nutrices admonetas Parochus, ut ne infantes anno minores nati, suum in cubili excipiant, ne forte, quòd sæpè vsu**


venire compertum est, incautè illos suffocantes, grauadeò facinus committant. Cui quidem grauissimo fauori, vt aliquã ratione occurratur, præter oppressionis crimen, cuius absolutionem sibi iampridem Reuerendissimus Episcopus reseruauit, illorum etiam reseruatum esse volumus delictum, qui huic Decreto non obtemperantes, pueros, anno nondum peracto, in lecto sine cunis retinuerint, exceperintve, à quo crimine Reuerendissimus Episcopus contumaces non absolvi, nisi præuã aliquã graui penitentiã permittat; At verò vt pauperibus frigoris tempore, quoad eius fieri potest, consulatur, parentes monebunt Parochi, vt parulas quasdam cunis adhibeant, in quibus positi infantes, non omninò incommodè, ac certè sine suffocationis periculo excipi poterunt. Synodus Cassinensis sub Caffarello, sess. 2. cap. 2. de cr. 13. Deprehendimus persæpe earum incuriã, qua pueris lac præbent, infantes mortis periculo subiacui, idèò moneant Parochi tales, à nobis sub præcepto obedientiæ mandari, ne quæ ex illis faciat in lecto suo puerum cubare, nisi elapso biennio, quòd si urgente necessitate adstringerentur, id non fiat, nisi inter ipsas lactantes, & infantem aliquid intercipiatur, quòd prohibere possit, nedum ipsæ hinc inde dormientes se vertunt, suffocationis, vel compressionis, periculi adfit; ut quo teneantur Confessarij matres sæpius in Confessionibus interrogare, & graui penã delinquentes afficere. Quæ verò sit pœna antiquis Canonibus constituta, his qui incuriã infantes filios oppresserunt, explicat Lucius III. Papa, cap. de infantibus ext. de his qui filios occiderunt, cuius hæc sunt verba: De infantibus autem, qui mortui reperiuntur cum patre &

matre, & non apparere verum à patre, vel à matre oppressus sit ipse, vel suffocatus, vel propriâ morte defunctus, non debent inde securi esse parentes, nec etiam sine pœna: sed tamen consideratio debet esse pietatis, si non voluntas, sed èuentus mortis causa fuerit: si autem eos non lateat ipsos interfectores esse, scire debent se graviter deliquisse: Quidam pœnitentiam trium annorum iudicant esse debere; quorum vnum peragant in pane & aqua. Sed non mitius cum illis actum Regum nostrorum Constitutionibus, lib. 7. capitular. Caroli Magni, cap. 297. Quinimò grauiori pœnâ plectuntur; Quare, vt omnibus innotescat, quàm grauis semper iudicata fuerit suffocatio illa, quæ fit in lecto à patre & matre simul decumbentibus horum verba huic afferre non grauabor, quæ ita se habent: *Mulier qua dormiens filium suum oppresserit, & mortuus fuerit, sex annis pœniteat: vir etus si in domo illius fuerit, quatuor. Si vero in vno lecto, simili modo pœniteat, duos in pane & aqua, reliquos quatuor secundum quod sacerdos illos viderit posse, abstinentiam imponat ciborum.*



LXV.

Tit. de Ornamentis Ecclesie non alienandis.

 **T**ATVIMVS, & Ordinamus, vt vasa argentea, seu alia ornamenta Ecclesiastica in Ecclesis Ciuitatis & Diocesis Tolosanae, ad seruitium Ecclesie destinata, per Ecclesiasticas seu seculares personas non distrahantur, neque alienentur, sine licentia nostra expressa; & distracta si quae sint infra duos menses recuperentur, & hoc sub excommunicationis poenam, quam ex nunc, prout ex tunc, serimus in his scriptis contra eos qui alienabunt, seu haec tenens alienauerint, nisi praesenti Statuto satisfecerint indilate. Et Ordinamus nihilominus quod quilibet Rector in sua Parochia praesens Statutum publicet, saltem duobus diebus Dominicis quolibet anno.

Renouata fuit haec Constitutio iisdem verbis à Ioanne d' Orleans, cap. de Decimis, Primitiis, Oblationibus, & rebus Eccles. non alienandis, his quae sequuntur insertis: *Neque ligna, fustes, lapides, tegulae, et alia camenta in reparationem, seu fabricam*

bri am Ecclesiarum preparata, aut convertenda, neque etiam Cere, aut alia mobilia pretiosa; & adhuc minus, d. mus, terra, possessiones, & cetera bona immobilia, earundem Ecclesiarum impignorentur, vendantur, neque alienentur, nisi in casibus & cum solemnitatibus requisitis, & in iure expressis, & cum licentia nostra expressa. Distracta autem si qua sint, &c.

Per Ecclesiasticas, seu seculares personas non distrahuntur) C. Ambitiosa de reb. Eccles. non alienand. in extrauag. communibus.

N si in casibus, & cum solemnitatibus in iure expressis) Tot. tit. ext. in 6. in Clement. & in Extrauag. de reb. Eccles. non alienand. c. Prædia, c. Non liceat cum cap. seq. 12. q. 3.

LXVI.

Tit. de Statutis Synodalibus à quolibet Parocho habendis & seruandis.



Quia pauci sunt Rectores, seu Vicarij perpetui, qui Constitutiones Synodales habeant, imò non curant habere ipsas, in magnum periculum animarum suarum; cum dictæ Constitutiones Synodales doceant eos, qualiter oporteat ipsos in domo Domini conuersari, ad honorem & laudem Dei, & utilitatem subditorum, & habentium cu-

ram regere animarum: Ea propter prædictos Rectores & Vicarios perpetuos, seu Procuratores ipsorum monemus, quatenus hinc ad aliam proximam Synodum Paschæ Domini præsentis Constitutiones integraliter habeant, & eas fieri faciant in bona Littera, & in bonis Pergamenis, & eas frequenter legant, & secum portent in dicta Synodo Paschæ Domini proximè futura, ostendantque Officiali, seu Procuratoribus nostris, & quantum in ipsis erit faciant cum diligentia observari, si quis verò negligens fuerit in præmissis Constitutionibus Synodalibus habendis, infra terminum suprascriptum, poenam decem solidorum Tolos. se noverint incurrisse Operi Tolosæ applicand.

REnouata fuit hæc Constitutio iisdem verbis à Joanne d'Orleans, in fine Statutorum, anno 1531. editorum.

Præsentis Constitutiones integraliter habeant) Concil. Aurelianense 4. c. 6. ann. 545. *Parochiani Clerici à Pontificibus suis necessaria sibi statuta Canonum legenda percipiant, ne ipsi, vel populi, quæ pro salute eorum decreta sunt, excusent postmodum ignorasse.* idem constitutum posterioribus Galliarum nostræ Synodis, quas legere est apud Bochellum Decretorum Eccles. Gallic. lib. 5. tit. 19 & lib. 6. tit. 13. ac nostrâ Synodo Tolosanâ, sub Card. à Loyola,

ntiâ num. 1. sed nec solum Parochis, & parochia-
nis Clericis, sed & aliis id præscriptum legimus
Synod. Mediolan. 2. sub Sancto Carolo Borromeo,
Decret. 42 *Ne quis Clericus sacris ordinibus ini-
tuatus, qui de Beneficium Ecclesiasticum obtinet, præstan-
dis isdem, qua Decretis his Synodalibus sancita sunt
à nobis, ulla vel excusatione, vel exceptione uti possit,
pæsertim quòd ea ipsa ignorarit; Nos præterea eorum
vnicuique edicimus, atque id iubemus. Ut mense post-
quam Decreta hæc Typis impressa in vulgus data erunt,
ea quisque apud se habeat, & studiosè legat.*

Secum portent in dicta Synodo) Theodulphus
Autoliensis Episcopus, in Epistola ad Fratres &
Compresbyteros suos: *Quando more solito ad Synodum
conuenis Libros vobiscum deferte. Synodus Andega-
uensis 1312. Cum sicut pro certo didicimus nonnulli Cu-
rati rum dicta statuta Synodalia nondum habeant, & se-
q̄ i habeant, illa tamen iuxta præceptum nostrum ad
synodos nostras sicut adferre, ac suis Archiepresbyteris,
& Decanis, huc vsque neglexerint exhibere adhuc ad
eorum convincendam malitiam, omnibus & singulis Cu-
ratis n strarum Cimitatis & Diœcesis, iterata præceptione
in iungimus, & in virtute Obedientiæ præcipimus. qua-
tenu quislibet ipsorum infrâ Synodum Pentecostes proxi-
mam venturam, dicta statuta Synodalia habeat, & ad
4 tam diem secum afferat, ac exhibeat, &c. Synodus
Macloviensis, ann. 1350. rub. 10. Item omnes & sin-
guli in nostra synodo, habeant secum præ manibus hunc
Librum (scilicet Statutorum) & manuale, ut quos
doverimus examinemus; Si in eius lectura, vel observa-
tione contentorum fuerint negligentes. Qui vero hunc li-*

brum in Synodo secum, ut pramittitur, non habet, in decem solidis punietur, ab ipso incontinenti modis omnibus exigendis.

Expliciunt Synodales Constitutiones Ciuitatis & Diocesis Tolosanae editae & publicatae in Synodo Paschali in Metropolitana Ecclesia Tolosana, per Reuerendissimum in Christo Patrem & Dominum Dominum BERNARDVM DE ROSEGIO Ciuem Tolosanum, in Theologia Magistrum, Comitem Sacrorum Canonum, Legum Doctorem, Archiepiscopum Tolosanum, anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo.



CONSTITVTIONES

DIOECESIS TOLOSANÆ.

EX STATVTIS SYNODALIBVS,
 Editis & promulgatis per Illu-
 strissimum & Reuerendissimum in
 Christo Patrem, Ioannem d'Or-
 leans, Archiepiscopum Tolosa-
 num, anno Domini millesimo
 quingentesimo trigesimo primo.

INDEX TITVLORVM.

1. **D**E Sacramentis gratis administrandis, & ne aliquid pro spiritualibus rebus exigatur.
2. De Libro, seu Regeſto Baptisatorum, à Parocho habendo.
3. De Collatione Baptismi in caſu neceſſitatis.
4. De Baptiſmo non differendo, deque Parrinorum numero, etate, qualitate, ac obligationibus.
5. De Infantibus in Maternis Vteris eſſentibus non baptizandis.

6. De Baptismo Adultorum.
7. De Fontibus Baptismalibus reuerenter tenendis.
8. De Aqua quâ domi baptizantur infantes, in casu necessitatis.
9. De Confirmatione.
10. De suscipientibus Sacramentum Confirmationis.
11. De Virtutibus, seu Fasciis Confirmatorum.
12. De Corporalibus, & aliis ornamentis, seu Vasis sacris Ecclesiarum.
13. De Mappis Altaris; earumque ac Corporalium lotionem.
14. De sacris Calicibus.
15. De Calicis terfione post Missam.
16. De Hostiarum renouatione.
17. Ne Sacerdos Missam celebret dum dicitur Missa Parochialis.
18. Qui non admittendi ad Communionem.
19. De Missis vortius diebus Dominicis, & Festiuis non celebrandis.
20. De Sacramento Pœnitentiæ frequentando, & de cura Parochi, ne differatur.
21. De scientia in Confessario requisita.
22. De alienis Parochianis non absolvendis.
23. De Confessione proprio Sacerdoti, & non alieno faciendâ, & quæ cautio adhibenda sit ab eo qui vult Religioso confiteri.
24. Quam caute se gerere debeat Confessarius in interrogandis puellis, alijs de circa peccata inuestigata.
25. De Confessione non reuelandâ, & de pœna Sacerdotis Confessionis sigillum violantis.
26. Ne Sacerdotes à confitentibus nomina eorum cum

quibus peccauerunt inquirent, neve absoluant fures, raptores, &c. nisi prius restituant:

27. Ne ex Pœnitentiis, quæ Pœnitentibus præscribuntur, Sacerdotes Confessarij quidpiam sibi applicent.
28. De Medicis ægros visitantibus.
29. De Indultis Apostolicis super Indulgentiis, aut facultate eligendi sibi Confessorem.
30. De Confessario sceleris particeps.
31. Quibus de rebus interrogandi, instruendi, & monendi sint qui confitentur, ac de Pœnitentiis eis imponendis.
32. De Regularibus cuiuscunque Ordinis, siue aliis ad prædicandum, vel Confessiones audiendas non admittendis, nisi fuerint ab Episcopo probati, Deque cura Parochi ne ab eis errores, aut scandala in populum diffeminentur.
33. De Sacerdote Extrema-Vnctionis Sacramentum ministraturo.
34. Extrema-Vnctionis Sacramentum, quibus dandum, vel non.
35. De qualitatibus Ordinandorum, seu de his qui à susceptione ordinum Sacris Canonibus subuouentur.
36. Litteræ Dimissoria quibus concedenda sint.
37. De Titulo à promouendis ad Sacros Ordines exquirendo.
38. De Clerico alienæ Diœcesis non approbando, si recipiendò, sine Litteris Testimonialibus sui Episcopi Diœcesani.
39. De Sacerdotibus extraneis ad Sacramentorum administrationem, Missas de c. l. brandas non admittentibus.

- dis sine licentia Episcopi.*
40. *De Matrimoniis clandestinè non contrahendis.*
41. *De Libro, seu Regesto Matrimoniali à Parocho conficiendo.*
42. *Matrimonia non celebranda, nisi in Ecclesiis Parochialibus.*
43. *De Exterorum & Paganorum Matrimoniis.*
44. *Matrimonium maximo cum honore & sanctumnia contrahendum & celebrandum.*
45. *De Benedictione Nuptiali, secundò nubentibus non impertienda.*
46. *Matrimonium sine parentum consensu non contrahendum, neque diff. rendum post sponsalia,*
47. *De Vestibus SaecrOTALIBUS, & Ministrorum in Altaris sacrificio.*
48. *De Clericorum cum Laicis conversatione, & de conviviis secularium ab eis non frequentandis.*
49. *De Clericorum habitu & Tonsura.*
50. *De Clerico negotiatore.*
51. *Clerici rebus secularibus ne se immisceant, nec Laicis inserviant.*
52. *A Sententia sanguinis abstinere Clerici, n. que arma deferant,*
53. *De Ludis & Tabernis Clericis prohibitis.*
54. *De Chorcis, saltationibus, turpibus, & amato u cantilenis, ioculationibus, aliisque Clericis vitis.*
55. *De Crapula & ebrietate à Clericis vitanda.*
56. *De Clericis Concubinas, aut alias mulieres de quibus possit haberi suspicio domi detinentibus, an aliàs incontinenter viventibus.*
57. *Ne Clerici larvasi incedant, nec de Pilcos &*

Cornetus in Ecclesia, aut alibi Sacerdotes deferant.

58. *Quali habitu & decentiâ standum in Choro, vel in Ecclesia tempore Divini Servitij, & Sacramentorum administratio peragenda.*
59. *De Usu Diœcesis in Divinis Officiis, Missarumque celebratione, ac Sacramentorum administratione à Parochis servando.*
60. *De Studio, lectione, & scientiâ Sacerdotum, curam animarum habentium.*
61. *De Clericis venatoribus.*
62. *De Horis Canonicis singulis debus attentè & devote persolvendis.*
63. *De scholis publicis in singulis Parochiis.*
64. *De Inventario rerum Ecclesie à Beneficiatis conficiendo.*
65. *De Litteris Originalibus documentorum & instrumentorum Ecclesiarum, in Archivio reponendis, & aliò non transferendis.*
66. *De cultu & veneratione Ecclesiarum, & de his quæ in Ecclesiis & Cœmeterijs fieri prohibentur.*
67. *De mulieribus à viris in Ecclesiis segregandis.*
68. *De Clericorum & Laicorum sessionibus in Ecclesiis.*
69. *De Immunitate Ecclesiastica.*
70. *De Quæstoribus sine Litteris Episcopi non recipiendis.*
71. *De Quæstoribus, & Operariis, seu Luminariis, aut (ut vulgò dicitur) Basinariis Ecclesiarum.*
72. *De Extraneis Tresbyteris in aliena Parochia non admittendis, seu recipiendis.*
73. *De Confratris, earumque reformatione.*
74. *De Confraternitatibus sine Episcopi licentia non erigendi.*

75. De Matriculariis, seu Operariis Ecclesiarum, & Confraternitatum earundem Bafuls.
 76. De Sepulturis.
 77. De Festorum obseruatione.
 78. De Synodi euocatione, introitu, & solemnibus.
 79. De examine, approbatione, & iuramento prestando ab iis qui Animarum cura præsuntur.
 80. De Prædicatione Verbi Dei.
 81. De proponendis populo in palo per Sacerdotem Parochialem.

I.

De Sacramentis gratis administrandis, & ne aliquid pro spiritualibus rebus exigatur, aut promittatur.

SACRAMENTA, ius sepulturæ, aliaque huiusmodi liberaliter præstentur: Nullâ Salarij mentione aut conditione præmissâ; Postquam vero functus fuerit Sacerdos Officio suo, volumus omnes, compelli ad satisfaciendum laudabilibus consuetudinibus, quæ hactenùs seruari solitæ sunt. Scriptum est enim, *Non alligabis os bouis triturantis.*

Nullâ Salarij mentione aut conditione præmissâ) Vel, vt infra ait, cap. de Sepulturis, vbi diximus, *Nullâ pretij injectâ mentione*, ne iei-

licet eas quisquam mercari videatur. Sanctissima etenim res (vt de Iurisprudencia Vlpianus scribit l.1. de extraor. cog.) pretio nummario æstimanda, dehonestandaque non est. Quare locum sepeliendis corporibus pretio distrahere, aut pro exequiis, aut funeribus, ministrandisque Sacramentis quidpiam exigere, sacris Canonibus semper vetitum fuit, c. Non satis 8. c. Cùm in Ecclesiæ 9. c. Ad Apostolic. 42. & per totum ext. de Simon. c. 3. & passim l. q. 1. Cùm 5. q. seq. Sed quamquam pro huiusmodi rebus nihil exigere liceat, sed absque pretio, atque aded cautione vlla præstari debent, tamen iisdem Canonibus receptum, si quid eò nomine vltro offerri consueverit, vt talis consuetudo, veluti pia & honesta observetur, ad eamque observandam auctoritate Superioris Ecclesiastici, etiam inuicti adigantur. Sed postquam functus fuerit Sacerdos Officio suo, seu post præstitum obsequium, vt infra dicitur, id est, suscepto iam Sacramento, aut sepulto cadauere iuxta expressam Constitutionem Innocentij III. in Concil. Lateran. c. 66. quæ refertur d. c. Ad Apostolicam, ext. de Simonia, & doctrinam singularis Glossæ in citat. cap. Cùm in Ecclesiæ in v. consuetudine. Iure tamen Gallico, vt hic cum Fabricio à Bleyriano, cuius verba refero, annotare liceat, aliud obtinuerat, ex ordinatione Aurelian. nsi, an. 1560. Quippe, cuius artic. 15. Ne quidem laudabilium consuetudinum rationem, hac in parte habendam nominatim cauebatur; sed post viginti annos, videlicet anno 1580.

supervenit Blesensis ordinatio, eiusque art. 51. laudabilibus consuetudinibus, cum expressa Aurelianensis ordinationis derogatione, pristinum ius fuit restitutum, quo & hodiernis temporibus vivimur, abusus duntaxat & insolitis consuetudinibus reprobatis, ut testatur, & fufius prosequitur Maynardus, lib. 1. qu. c. 1. & 7. vide supra Constit. Bernardi de Rosergio, nu. 21.

II.

De Libro seu Regesto Baptifatorum à Parocho habendo.



RESBYTERI quibus cura imminet animarum protocollum, seu Regestum Baptifatorum faciant, in quo contineantur, annus, mensis, dies Baptifini, nomen baptifati, & parentum; ac eorum qui à sacro Fonte levarunt.

Protocollum seu Regestum Baptifatorum faciant) *Protocollum* etiam appellat Synod. Aurelianen. *Baptifatorum Codicem*, Concil. Narbonen. sub Julio III. Can. 33. *Tabulas publicas*, Synodus Parisiensis, an. 1557. celebrata; Librum vero Baptifmalem Rituale Romanum iussu Pauli V. editum. Huius autem vestigia non obscura apud antiquos habemus; quippe primis Ecclesie tempo-

ribus erant apud Clericos certi Libri, & Tabulæ, quæ professionis dicebantur, quibus baptisandum nomina sigillatim scripta erant, eo ordine quo quisque suum nomen ad Episcopum detulisset: ut discimus ex S. Dionysio Arcopagita, cap. de Baptismo, ac S. Basilio, in ea, quam scripsit ad Bapulinum exhortatione. His Tabulis non omnino alienæ professionum Tabulæ, de quibus in l. 1. Cod. si sæpius in integ. restit. *παιδὸς ἑγρίας*, vocat Modestinus, l. 2. ff. de excusat. tutor. quas ad observandas arates hodie custodire præceptum est Concil. Trident. ac Regum nostrorum Constitutionibus, ut mox dicemus, sic & olim in Templo Saturni, vel apud Præfectum Æranij more Romano fieri, actusque adscribi liberorum professiones consuevisse, indicat Capitolinus in Marco Antonino, & Gordiano. Quid autem sit Protocollum, ut hic obiter annotemus, explicat Cironius noster in notis ad Honorij compilationem, dum rectè advertit Protocollum significare librum, ex Glutine compactum, in quod acta publica referuntur, non ut plerique existimant Memoriale, in quod raptim acta reponuntur, ut deinde in Mundum redigantur, & perfectius extendantur, quòd arguit Cujacius ad Justinianj Novel. 44. Nec tamen quid sit Protocollum definit, cum nihil aliud sit, quàm quòd nos vocamus *Registre*, aut *Scede*.

In quo contineantur annus, mensis, &c.) Ut si quando necesse fuerit, ætas parvuli, & inter quos contracta est cognatio spiritalis cognoscatur, ac

que hoc pacto incestibus, multisque incommodis, quæ sæpius alioquin in spirituali cognatione obvenirent, occurrere possit. Quibus de causis eadem præscribunt Synodi Aurelianensis, Senonensis, 1524. Carnotensis 1526. Narbonensis 1551. Ruthenensis 1552. Parisiensis 1557. ac demùm Concil. Trident. sess. 24. de reformat. Matrim. cap. 2. quoniam & Regum nostrorum Ordinationibus idem sancitum, Francisci I. 1539. art. 51. 52. & 53. Henrici III. 1579. art. 18. Henrici IV. 1595. & Ludovici XIII. 1629. art. 29. Liber autem ille in quo supra prædicta describentur, in Templo servabitur ex præscripto Conc. Narbonen. proximè citati, can. 33. hincque auferri, vel alio modo alienari prohibet idem Concil. ita ut si distractus, aut surreptus fuerit, à Parocho seu Rectore sit exigendus.

III.

*De Collatione Baptismi in
casu necessitatis.*



REQVENTER Sacerdotes docere debent plebem sibi commissam formam baptisandi, ut si quando timetur de morte præsentis infantium baptisandorum, & ne moriantur antequam ad Ecclesiam possint deportari, ipsi hoc Sacramentum necessarium

ipsis impertiantur. Quo casu potest hoc Sacramentum etiam a Laicis ministrari, ut distinctè & intelligibiliter verba Sacramenti proferant, ac faciant (ut in nostra Diœcesi antea observatum est) triplicem aquæ infusionem, hoc modo verbis Gallicis : *Enfant, Je te baptise, Au Nom du Pere & du Fils, & du Saint Esprit. Amen.* Præcipiant etiam frequenter Laicis, quatenus in ædibus suis ipsi semper habeant Aquam Benedictam in aliquo vase honesto, si deficiat Aqua Benedicta, utantur alia aquâ elementari. Non baptisent in hoc casu, Pater, aut Mater, si alij adsint. Laudabilius erit, si adsit Sacerdos, aut in Ordinibus constitutus, ut potius baptiset; intelligens, & doctus potius quam indoctus; Masculus etiam foeminæ præferatur.

DOcere debent: plebem sibi commissam) Obstetrices præsertim quæ debent esse Iuratæ, & in arte obstetricandi peritæ, Synod. Lingonensis 1404. Senonensis 1524. Carnotensis 1526. Parisiensis 1557. Aquensis 1585. aliæque.

Semper habeant Aquam Benedictam) Ea de causa Synodo Aurelianensi præceptum Laicis, quatenus in vase mundo Aquam, quæ in Vigiliis Paschæ, & Pentecostes solemniter benedicetur, diligenter custodiant.

Non baptisent in hoc casu Pater, aut Mater, si alij adsint) idem cautum Synodis Senonensi 1524. Carnotensi 1526. Trecenti, Rutenensi 1552. rubr. 5. Decret. 2. & à Bernardo de Rosergio, supra cùm de Baptismo.

Laudabilius erit si adsit Sacerdos) Quinirò ita fieri debere, manifestò euincunt Canones iam laudati, ac Catechismus Romanus cum de Baptismo, quin & Rituale Romanum (à cuius præscripto recedere fas non est) hunc inter huius Sacramenti Ministros dignitatis ordinem seruari præcipit, ut Sacerdos hoc casu præferatur Diacono, Diaconus Subdiacono, Subdiaconus Clerico, Clericus Laico, & vir fœminæ. Quate peccat mulier, quæ etiam in necessitate baptizat præsentem viro, Laicus præsentem Clerico, & sic de reliquis, ex communi sententia DD. de qua Nauarrus in Manuali, cap. 22. num. 7. & Bonacina. Inuersionem tamen huius Ordinis non esse mortale peccatum DD. asserunt, nisi adsit Sacerdos, nam præsentem Sacerdote nemo potest sine mortali peccato baptizare, alioquin sibi usurparet alienum Officium in re graui; quamquam facillè possit propter ignorantiam excusari, aut etiam ob necessitatem infantis, si Sacerdos præsens nolit baptizare. Sed neque etiam Sacerdotem præsentem proprio Pastore (qui est Minister deputatus ex Officio) Baptismi administrationem sibi sumere non debere, inconfessò est apud omnes: Parochum tamen præsentem Episcopo id præstare posse indubitati iuris esse celemus, cum ex propria Officij

sui functione id ipsi Iure Diuino competat, quæ de re ac de omnibus quæ suprâ diximus legendus Catechismus Romanus, loco iam citato, ac D. Thomas in 3. p. q. 67. art. 3. & 4. & 4. Sent. dist. 5. qu. 2. art. 1. & eius Commentatores.

IV.

De Baptismo non differendo, deque Patrinorum numero, ætate, qualitate, ac obligationibus.

MONEANT etiam parentes, vt statim procurent parvulos ad Ecclesiam deferri, vt quàm citò fieri possit baptisentur, ne fortè dum spectantur illi qui sunt leuaturi ex sacro Fonte (quos vulgò Patrinos appellamus) aut dum ob aliam causam differtur, parvuli sine Baptismo moriantur. Duos vel tres Patrinos admittant, qui sint ad minùs decem annorum cum dimidio, sanæ mentis, & de quibus verisimile sit quòd Rudimenta fidei intelligant; neque etiam Religiosos, aut excommunicatos, vel de fide suspectos, qui monebuntur à Sacerdote baptisante peractis solemnibus Baptismi, quemadmodum

ipſi ſe fideiuſſores, apud Deum in ea re conſtituerunt, futuræ fidei in baptiſato, quando ad meliores annos pervenerit; & idè obligantur curare inſtructionem eorum quos leuant ex Sacro Fonte in Rudimentis fidei, maximè ubi negligenter parentes, vel eſſent ſuſpecti de fide.

VT ſtatim procurent parvulos ad Eccleſiam deferri) Vide inſrà Concil. Provinciale Toſolanum, part. 2. cap. 2. §. 4. & Conſtitut. Synod. Bernardi de Roſergio, ſuprà num. 2.

Duos vel tres Paternos admittant) Quæ hîc de ſuſceptorum numero habentur, ſacris Canonibus adverſantur: nam ex Decreto Leonis Papæ, quod refertur Can. non plures 101. de conſec. diſt. 4. non niſi vnus, ſive vir, ſive mulier baptiſatum de ſacro fonte ſuſcipere poteſt, cujus veſtigiis inhzrentes Galli Epifcopi in Concilio metenſi can. 6. ſtatuerunt, *vt infantem nequaquam duo, vel plures, ſed vnus à Fonte Baptiſmatis ſuſciperet, quia in huiſmodi ſecta diabolo datur locus, & tanti miniſtrij reverentia vileſcit*: Quorum Decretorum immemor Odo Pariſienſis Epifcopus, permittit Parochis in Statutis Synodalibus, vt ad eleuandum puerum de Fonte, tres aut quatuor ad plus recipiantur, *quæ enim ampliùs eſt, à malo eſt*. Noſter verò Cardinalis ad binarium ſeu ternarium numerum reſtringit. At verò iure nouo Concilij Trident. ſeſſ. 24. de reformat. Mat. cap. 2. ſtatutum eſt, ne plures baptiſatum de Baptiſmo ſuſcipiant, ſed vt vnus

tantum, siue vir, siue mulier, vel ad summum vnus & vna: tum quia disciplinæ, atque institutionis ordo à multitudine Magistrorum perturbari poterat, tum quia prouidere oportebat, ne inter plures eiusmodi affinitates conjungerentur, quæ impedirent, quominus legitimo Matrimonij vinculo hominum inter homines societas latius diffunderetur, vt rectè aduertit Catechismus Concilij, cuius verba hic lubens afferro: & hoc iure vtiuntur.

Qui sint ad minus decem annorum cum dimidio) Statuta Synodalia Diœcesis Aurelianensis, à quibus omnia ferè quæ hic dicuntur delibata, supra monuimus volunt vt susceptores parvulorum, quos vulgò Patinos appellamus, sint ad minus decem annorum; vnde igitur dimidium, cuius hic mentio, in nostra irreperit, planè non video, nisi dicamus hæc sumpta esse ex Synodo Carnotensi, quæ eadem ferè tempestate congregatâ, anno scilicet 1526. eadem habet, iisdemq; verbis, quæ hic habentur. Sed quàm rectius aliæ Galliarum nostrarum Synodi, dum in his modò ætatem adultam, vt Synodus Senonensis 1524. modò ætatem iustam, seu maturam, vt Synodus Parisiensis 1557. modo pubertatis annos, vt Concilium Bituricense sub Gregorio XIII. cum Rituali Romano requirunt cum enim ad id instituti fuerint Patini & Matrinæ, vt puerorum, quos offerunt, fideiussores existunt, & parentum loco (qui seu præuenti morte, seu negligentia ducti id non præstiterint) puerulos erudirent, & ad piè viuendum inciperent; quæ sponsonem facere in puerulorum causa pote-

runt, qui sibi ipsi cauere, nec possunt, nec didicerunt: vt rectè ait Synodus Paris. iam laudata. Vide infra Conc. Provinciale part. 2. cap. nu. 10.

Sanæ mentis) Synodus Carnotensis 1526. Aurelianensis, cum de Baptismo, Rutemensis 1552. Mechliniensis 1609. Rituale Romanum cum de Patrinie.

Neque etiam Religiosos) nec enim Abbati, vel Monacho de Baptismo suscipere, vel Commatres habere licitum, c. Non licet 103. cum Can. seq. de consecr. distinét. 4. sed & Concilium Londinense 1102. *ne Monachi Compares, ne Monacha Commatres fiant: hinc Constitutiones Melodunensis Conuentus, anno 1579. Non Monachi, aut cuiusvis ordinis Religiosi, aut Religiosa, ad susceptionem baptisandorum admittantur: sed & ante Concilij Colonensis Patres anno 1549. sub Adolpho Archiepiscopo celebrati: Quamvis Religiosis omnibus interdictum sacris Canonibus sit, ne parvulos in Baptismo suscipiant, aut Nuptiarum condinium intersint; Passim tam n hi Canones negliguntur, & Religiosi ad parvulorum susceptionem, & Nuptias inditantur; Vnde suspecta plerumque nascitur, & alitur familiaritas, & sculei nonnunquam in p:toribus relinquuntur: qui vt fortè vbi arcta est cognatio, vel senectus emortua desint, tamen nocet exemplum iunioribus propositum: Idcirco Abbatibus, Prioribus, & Religiosis, quibusunque susceptionem parvulorum in Baptismo, & Nuptiarum condinium planè interdiciamus, quantum necessitudine, vel parvulis, vel disponsatis iungantur*

Contrarium facientes, pro transgressione & scandalo dato, seuerâ pœnitentiâ dicermus castigandos. Idem cautum Rituali Romano cùm de Patrinis.

Aut excommunicatos) iuxta Synodos iam citatas Carnotensem, Senonensem, Aurelianensem, aliasque ac Capitularia Caroli Magni, lib.6. cap. 179. quòd tamen de notoriè excommunicatis, aut interdictis, publicæque infamiæ addictis intellige, uti explicat Synodus Mechliniensis, sub Paulo V. tit.3. cap.7. ac Rituale Romanum, ubi suprâ sic & publicæ Pœnitentiæ addictos à susceptoris munere remouent Concilij Parisiensis Patres, lib. 1. cap. 54. his verbis: *Illos tamen in hoc Capitulo specialiter ab his officiis remouendos iudicamus, qui propter reatum suum, publicâ pœnitentiâ sunt multati videlicet, ut nec alios de Sacri Fontis Baptismate suscipiant, nec etiam ad percipiendum Sancti Spiritus donum, aliorum Patroni coram Pontificibus existant. Immo per dignam Pœnitentiâ satisfactionem, reconciliationem mereantur.*

Neque de fide suspectos) Ex iisdem Synodis quare hæretici in primis ab hac susceptione arcentur; Iudæi etiam & infideles, Can. in Baptismate 102. de consecrat. dist. 4. Arcentur etiam qui eo anno Paschæ tempore, ex præcepto Ecclesiæ peccata confessi non fuerint, & Sanctissimam Eucharistiam non sumpserint, ex præcepto Concilij Mediolanensis 1. sub Pio IV. ac Conuentus Melodunensis Constitutionibus, sed & eos quoque qui Confirmationis Sacramento consignati non fuerint, ad leuandum baptisandum de

facro Fonte, admitti haud convenit, ex præscripto Ritualis Romani, ac Conc. Mediolanensis §. sub Gregorio XIII. præcepto, cuius hæc sunt verba *In Baptismo etiam Compater ne sit, qui sacro Chrismate confirmatus non est, eademque de Commate cautio sit proinde Parochi erit studiosè de hac ante perquirere.* Quòd receptum postmodùm fuit pluribus Gallæ nostræ, tum Provincialium, tum Diocesananum Synodorum Sanctionibus, quas videre est apud Bochellum, Odespun, aliosve.

Se fideiussores apud Deum) Can. Vos ante omnia 105. de consecrat. dist. 4. hinc Græcè ab S. Dionysio Arcopagita, & aliis, ἀραδόνου vocabulum sortiti sunt, à Latinis verò Patribus Tertulliano, scilicet, Augustino, & aliis, modo *spondores*, à spondendo, modo *fideiussores*, seu *fidei duces*, nominantur; Ordo verò Baptismi secundum usum Æthiopum, *valis* vocat, unde non sine causa Concilij Coloniensis Patres anno 1536. celebrati, malunt illos deligi prouectæ ætatis, quam impuberis, ne videatur infans infantem offerre, ac sponsorem se Deo pro alio confirmere, quod promittit, non intelligat: ideoque minus, quod non intelligit, docere queat.

Et ideò obligantur curare instructionem eorum) scilicet postquam adoleuerint, symbolum simul, & Orationem Dominicam edocere, vt habet Can. Vos ante 105. de consecr. dist. 4. proximè laudatus, simulque prouidere, vt illi tales in omni vita præbeant, quales eos futuros esse solemnè Cærimonia sponderant: ac si eos a vi

mandatorum aberrare contigerit illos omni studio in viam salutis reuocent, sicque illis semper illicitudinem veræ charitatis impendant, *aliquænant, corrigant, atque corripiant*, vñ loquuntur Pættes Conc. Parisiensis, sub Ludouico & Lotharjio lib.1. c.7. & spectatim monuere, ac præcepere complura Concilia, Arelatense, habitum anno 813. sub Leone III. ac Carolo Magno, c.19. Mogunciacum eodem anno celebratum, c.47. Colonienſe proximè citatum, sub Paulo III. Mediol. 1. sub Pio IV. Remense, Burdigalense, Thronense, Bituricentè, Aquense, sub Gregorio XIII. Narbonense, sub Paulo V. compluraque alia. Atque hæc ipsi eò diligentius præstare debent, quo illorum parentes, vel hæc pietatis Officia negligere, vel ex hac vita excessisse cognoverint, vt suprà annotatum.

V.

*De infantibus in Maternis vteris
existentibus non baptisandis.*

SACERDOTES doceant Laicos frequenter, quòd vbi mulier, aut infans in puerperio, in mortis periculo apparebit, si pes, caput, aut membrum aliud parvuli appareat, in quo sit spiritus vitalis, posse baptisari infantem, alias autem existens adhuc in vtero, vel cu-

ius nulla pars, cum spiritu vitæ appareat: baptisari non potest.

QUòd ubi mulier, aut infans in puerperio Eadem docent Synodi Lingonensis 1404. Senonensis 1524. Aurelianensis iam sæpè citata, Rutenensis 1552. aliæque cum Rituali Romano cum de Baptismo parvulorum, ac D. Thomæ 3. part. qu. 68. art. 11. & 4. senten. dist. 6. q. 1. art. 1. quem si vis consule.

Aut membrum aliud parvuli appareat) vñ manus, aut digitus solus, quæ in necessitate conferri possunt pars idonea, in qua baptisari quis possit quemadmodum & capilli ex sententia probabili, eò quòd sint pars integrans hominis, licet non vita vivant eadem, quâ cæteræ eius partes sicut & vngues. Sed quidquid sit de illorum sententia, qui hæc adstruunt, cum incertum sit, an collatus alia parte, quàm notabili, vt capite, scapulis, & pectore valeat, & neque ex Scriptura, neque ex Ecclesiæ traditione satis constet, an digitus solus, pes, aut capilli sint partes eiusmodi, in quibus conferri Baptismus possit; quinimò DD. de eius valore ambigant, necessitate cessante, remotoque periculo quod timebatur, repetendus erit Baptismus sub conditione, ex præscripto Ritualis Romani iussu Pauli V. editi, ac Sententia D. Thomæ 3. part. q. 68. art. 11. & 4. senten. dist. 6. q. 1. art. 1. ad 3. & 4.

Aliàs autem existens adhuc in utero &c. baptisari non potest) Nec enim baptisari infans debet

in utero matris clausus, tùm quia, qui natus adhuc secundum Adam non est, renasci secundum Christum non potest: Neque enim dici regeneratio in eo poterit, quem generatio non præcessit. Canon in matris ut de consecrat. dist. 4. tum quia de necessitate Baptismi est, ut corpus baptisandi aliquo modo aquâ abluatur, cùm baptisimus sit quædam ablutio, quâ autem abluï potest, quod nondum ex utero matris egressum. Quare licet non desuere nonnulli qui exultimant infantem adhuc in utero matris clausum, si periculum sit ne prodeat in lucem, baptisandum esse eo modo, quo potest baptisari, dicendum tamen est hoc magis ab his piè asserti, quàm sufficienti ratione comprobetur, nisi fortè aqua sic immitti possit, ut perueniat ad infantem: D. Thom. lege, locis iam citatis, & ibi eius interpretes.

VI.

De Baptismo adultorum.

I forsan iam loquentem, & quidpiam intelligentem baptisari contingeret, tunc veniens ad Ecclesiam, interrogatus, an velit baptisari vbi responderit, volo. Debet ante alia Sacerdos eum catechisare, id est, instruere in fide, & de ea eum interrogare, postea procedere ad exorcismum, id est, ad

adjurationes, quæ continentur in Manuali, siue Ordinario libro, cæteraque alia per ordinem absolvere.

SI forsan iam loquentem & quidpiam intelligentem) Eadem habet iisdemque verbis Synodus Aurelianensis; sed & sunt alia in adultorum Baptismo servanda, cautionesque adhibendæ, quæ cum Rituali Romano, tum Concil. Mediol. 5. de quo sequenti nota, præscripta extant.

Quæ continentur in Manuali, siue Ordinario Libro) Libris etenim Ritualibus, Canonumque legibus, permulta tradita, atque explicata sunt, quæ in adultis baptisandis adhiberi ritus postulat. In iis omnibus Episcopus, seu Parochus, cum diligens erit, tum magnam in eo curam ponet, ut illos præter doctrinæ Christianæ rudimenta, quæ necessariò scire debent, admissorum scelerum, & malè actæ vitæ pœniteat, tum ut iidem in posterum à peccatis omnibus abstinere studeant: vix enim vlla alia causa esse potest, quamobrem qui adulti Baptismum suscipiunt, non modò vllam in Christianis virtutibus progressionem faciant, sed plerumque flagitiis nefariis inquinati, præcipites ad perniciem, interitumque ruant, præter eam vnam, quòd non ita ut par esset affecti ipsi, nec verò ab aliis exculi, ad tantum Sacramentum accedunt, ut rectè annotarunt Patres Conc. Mediol. 5. sub Gregorio XIII. cuius hic verba retulimus, Qui & addunt: *Quòd verò licet horribile dictu sit, aliquando tamen evenisse compertum est, aliquem scilicet,*

ad turpem quaestum iterum, Baptismum suscepisse; Id ne Inquam porro accidat, Episcopus antequam baptis-
sit, omne diligens studium adhibeat, quo istos homines,
v. l. Indeos, vel Turcas, Maurosve, qui Baptismum sibi
conferri petierint, planè dignoscatur, de illorum conditio-
ne, ac statu omni, quantum licuerit, à probatis viris ac-
cipiat testimonium obsignatum, idemque exigat omnino.

VII.

De Fontibus Baptismalibus reuerenter
tenendis.

STATUIMUS super Fontes Baptis-
males apponi clauos ferreos, &
acutos, ne ibi populus sedere
possit, vel cubitis inniti, vel sal-
tem ita edificentur, ne ita fiat.

Super Fontes Baptismales apponi clauos) Ne
Sicilicet circa eos irreuerentia aliqua fiat a po-
pulo, vnde Synodus Aurelianensis. *STATUIMUS*
clauos ferreos super fontes Baptismales, ab Eccl. sive Pro-
curatoribus apponi acutos, ne ibi populus sedere possit, & l
etiam cubitis inniti, s. c. etiam sacra quæ, prophanè libi-
bro habentur, sed & post nodum conventus Me-
lodunenſis Patres anno 1579 tit. de cult. & or-
nam. Eccles. cavendum præcipiunt ne quisquam
Sacris altaribus, Baptismi fontibus, vel aquæ be-
nedictæ infideat, vel innitatur, quæ vt evitentur,

& sacri Baptismatis Fontes cum maiori reverentiâ custodiantur, volunt complura alia Concilia, inter quæ Aquenſe, eos operiri decenter, & in capellis includi, aut Cancellis ligneis, defendi debere.

VIII.

*De aqua, quâ domi baptisantur infantes
in casu necessitatis.*



RÆCIPIANT etiam Sacerdotes Laicis, quatenus aquam qua pueri statim post Baptismum abluuntur, in domibus non referrent verùm statim, aut in ignem abjiciant, vel saltem in locum aliquem solitarium, qui pedibus conculcari non soleat.

QVatenus aquam qua pueri Idem habet iisdemque ferè verbis Synodus Carnotensis habita anno 1526.



IX.

De Confirmatione.

PRÆCIPIMVS omnibus & singulis Presbyteris nostræ Diœcesis. Curam animarum habentibus, quòd cum ad suas Ecclesias pro ministrando sacramentum confirmationis venturos nos intellexerint, moneant populum sibi commissum, vt ad confirmationis sacramentum suscipiendum se præparent: quòd tunc sine periculo animæ negligere non possunt; Inducant eos ad confitendum sua peccata, vt sic cum deuotione debitâ ad Sacramentum suscipiendum accedere queant: Sic autem confirmati, se debent secundùm morem communem ad tempus, à lotionem capitis & frontis abstinere, propter vnctionem Chrismatum, & Sacramenti dignitatem.

Habetur magnâ ex parte hæc Constitutio inter Rosergianas, sed quia nonnulla adiecta à Ioanne d'Orleans, nonnullaque detracta in eius renouatione, ideò in hunc locum reieci-
mus.

Præcipimus omnibus & singulis) Odo Parisens. Episcop. in Synod. 1175. Capitularia Caroli

Magni, lib. 6. Synod. Lingonensis 1404. Senonensis 1524. Carnotensis 1526. apud Bochellum.

X.

*De suscipientibus Sacramentum
Confirmationis.*



ACCEDANT ad hoc Sacramentum, qui sunt in aliquo statu discretionis, & cognitionis, confessi & contriti, qui sciant Symbolum, & Præcepta Decalogi, & in illis sint instructi, prout imbecillitas ætatis ferre poterit.

Qui sunt in aliquo statu discretionis) Can. Vi ieiunii 6. de consecrat. dist. 5. Synodus Aurelianensis sæpè citata iisdem verbis, Synodus Senonensis 1524. *Suscepturi hoc sacramentum, si commodè fieri potest, sint ieiunii, & si adulti fuerint, contriti & confessi, nec expedit ut pueris consecratur, & nec memoriam habeant competentem, propter quam excitandam, alapantur, ne ignorantes se esse confirmatos, faciant se iterum confirmari.* Hinc Concilio nostro Tolosano intra; Septennio minores pueri, nequam veniunt ad Confirmationem admittendi, nisi summa quædam impellat necessitas, quòd & aliis Conciliis cautum, de quibus nos ibidem.

Confessi) d. Can. vi ieiunii de consecr. dist. 5.

Odo Paris. Episc. in Synod. *Post Baptismum debet suscipi Sacramentum Confirmationis, quòd si confirmandus adultus fuerit, confiteatur prius, & postea confirmetur.* Idem Synod. Lingonensis 1404. Trecentis, Aurelianensis, Senonensis, sup. 1524. Carnotensis 1526. Parisiensis 1557. vide Conc. Prouinciale Tolosanum, infra patr. 2. cap. 3. §. 3. & quæ ibi annotamus.

Qui sciant Symbolum) idem cautum Concilio Prouinciali Tolos. infra loco proximè citato, §. 3. & 4.

XI.

De Vittis, seu Fasciis Confirmatorum.

CONFIRMATI Bendellos, seu Vittas gerant, saltem per viginti quatuor horas, quibus lapsis, accedant ad Ecclesiam, curentque prædictos Bendellos sibi amoueri per Sacerdotem, qui locum in quo fuerunt liniti Chrismate, sale, & aquâ, tergat, quæ in Piscinam, aut Terram Sanctam recondantur, vt pedibus non possint conculcari. Bendelli autem igne comburantur, & cineres in prædictis locis reponantur.

Bendellos seu Vittas gerant, &c.) Qui Bendellis
 lati esse debent duorum ad minus digitorum, &
 longos in tantum quòd caput possit circumligari, vt ha-
 bent Synodi Lingonensis 1404 & Trecentis apud
 Bochellum, hosque per triduum gestari à confir-
 matis volunt eadem Synodi, quibus iunge Syno-
 dum Senonensem 1524. Carnotensem 1526. Parti-
 censem 1557. ac postremò Concil. Bituricense
 1584. aliaque; idque ita fieri præcipitur ob Chris-
 matis reuerentiam, vt non abluatur, sed exsicce-
 tur; vnde Synodus Ruthenensis sub Cardinale ab
 Armeniaco rubt. 6. decr. 3. cum de hoc Sacra-
 mento. *Confirmatos ob Sacramenti & Chrysmatis re-*
uerentiam volumus se non triduo toto, saltem quatuor
& viginti horarum spatio, per Nos, vel Vicarium ro-
strum in Pontificalibus sive ut dispensatum, Vittas, sive sa-
ciolas aut Bendellos mundos, latis, & longos quantum
sufficiet portare. Verùm cum id, non vt necessa-
 rium, sed vt conveniens præcipiatur, vt per se no-
 tum, apud nos invaluit hac in vrbe, vt statim at-
 que hoc Sacramentum ministratum fuit, Confir-
 matorum frontes præsentè Episcopo iisdem pan-
 nis, quos Bendellos hinc vocat Synodus, à Mini-
 stris assistentibus abstergantur; pannique eiusmo-
 di postquam loci fuerint, aquaque vt decet in Bi-
 pisterij sacrarium proiecta, ad S. Iacobi Xeno-
 dochium pro ligandis pauperum plagis, aliisque
 piis vsibus, à Parochis nostris mittantur.

Quibus lapsis accedant ad Ecclesiam &c.) Pa-
 rochiale nimirum, vt habet Synodus Carno-
 tensis, qui locus est Sacramentorum administran-
 dorum

dorum legitimus, & à Canonibus præstitutus.

Curentque prædictos Bendellos sibi amoueri per Sacerdotem) idem cautum Synodis iam citatis, Trecenti, Lingonensi, Senonensi, Carnotensi, Aurelianensi, &c. sed & postmodum Concilio Bicuricensi, sub Greg. XIII. *Confirmationis fascia adhibeatur in fronte, quam per triduum in recordatione si cepti sacramenti gestare teneantur; Tersa autem à Sacerdote diligenter fronte, fascia in vestuario cremetur: eius cineres in primam diem Quadragesimæ s'rdentur.* Conc. Aquense 1585. *frons confirmati Chrismate ab Episcopo illita, primum bombice diligenter à Sacerdote asstergatur, mox à Clerico in sacro, si fieri potest constituitur, tela linca munda & pura, aqua madefacta lœuetur, quæ aqua postea in Epistery sacrum prosiciatur.* Fascias eiusmodi combuendas ad cineres sacros in die Cinerum, præcipit etiam Synodus Mechlinensis sub Paulo V. tit. 4.

XII.

De Corporalibus, & aliis ornamentis, seu vasis sacris Ecclesiarum.



ANDANTES districte præcipimus omnibus Ecclesiasticis viris, & præcipuè Rectoribus, Sacristis, & aliis custodiam ornamentorum, & Vasorum factorum habentibus.

tibus , quatenùs Corporalia sint ex tela tenuissima, integra, & non fracta, sine macula, sed semper munda & candida. Nec non ornamenta omnia sint integra , pura, & munda, quantum fieri potest, & quater in anno per Sacerdotes aut Diaconos abluta, & lota , & ipsis ablutis in piscinam aqua projiciatur ; & cum Missa celebrata fuerit, reponantur in Capsellam , & simul cum Calice & ornamentis in arca claue , & sera occlusa recludantur, nec ultra super Altare dimittantur, ne furto subripi, & manibus non sacris contaminari possint.

EX tela tenuissima) ex lino scilicet puro contexta, non ex serico, vel purpura, aut ex auro, aut alia pretiosa materia, quia sindonem Christi representat, quæ linea fuit, ut patet ex Can. consultò 46. de consecrat. dist. 1. ubi dicitur : *Consultò omnium statumus, ut Sacrificium Altaris, non in serico panno, aut tincto quisquam celebrare presumat; sed in puro linteo, ab Episcopo consecrato, terreno scilicet lino procreato, atque contexto: sicut Corpus Domini nostri Iesu Christi in sindone linea munda sepultum fuit.* Idemque habemus ex Sylvestro Papa in Pontificali Damasi, & Conc. Remensi, Can. 3. apud Burchardum, lib. 3. cap. 98. ac Rubricis Missalis Romani, part. 2. tit. 1. de præparatione Sacerdotis celebraturi, & part. 3. tit. 10. cum de defectibus in ministerio ipso occurrentibus.

Integra & non fracta, &c.) idem cautum supra à Bernardo de Rosergio, constit. 6. vbi diximus; & omnia ferè quæ in contextu huius Constitutionis habentur ex Conciliis, ac Patrum Decretis fusè explicuimus.

Pura & munda) C. 2. extr. de custod. Eucharistia. Missale Rom. loco proximè citato: vide quæ supra annotauimus ad d. Constit. 6. Bernardi de Rosergio.

Per Sacerdotes aut Diaconos abluta) C. Nemo 40. de consecr. dist. 1.

Et cum Missa celebrata fuerit, reponantur in capsellam) sumptum id ex Conc. Remensis, cap 5. in quo iubetur recondi Corporale simul cum libro, seu cum Calice.

Et manibus non sacratis contaminari possint) Quod summè vitandum; res siquidem sacræ, ut sunt Corporalia, Vasa sacra, & his similia, a profanis hominibus, sine piaculo tangi non possunt, nec à sacratis sceminis, nisi post primam ablu-tionem, ut iterùm diligentius lauent. De vasis constat ex Sixto I. epist. 2. vbi disertè statutum est, ut sacra vasa non ab aliis, quàm à sacratis, Dominoque dicatis contrectentur hominibus. Indignum enim valdè est, ut sacrata Domini vasa, quæcumque sint humanis vsibus seruiant, aut ab aliis, quàm à Domini familiaribus, eique dicatis tractentur vris: ne pro talibus præsumptionibus iratus Dominus, plagam imponat populo, suo. De Corporalibus, & similibus ex Stephano, epist. 1. cap. 3. & habetur Can. vestimenta de

consecrat, dist. 1. ubi vetat sacra vestimenta, quæ in Diuino Ministerio seruiunt, ab aliis tangi, quam à Sacratas hominibus. Videatur hac de re Can. 72. Apostol. Can. Sacratas, dist. 23. Can. Nemo per ignorantiam de consecrat. dist. 1. & quæ supra attulimus in notis ad iam laudatam Bernardi de Rosergio Constitutionem 6.

XIII.

De Mappis Altaris, earumque ac Corporalium lotionem.



VM pretiosissimum Christi Corpus mortuum, in Sindone & linteaminibus sepultum fuerit: sicut factum Euangelium; Lucæ & Ioan. tradit. Similiter Magister in Historia, multò magis gloriosum Corpus Christi viuentis, in triplici Mappa consecrari, & reuerenter suscipi debet, vt veritas figuræ correspondeat. Idcirco in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub poena suspensionis à Diuinis per dies octo, præcipimus & iungimus, quòd nullus Presbyter audeat celebrare Missam, nisi fuerint tres Mappæ super Altare, & vnum Mantile, siue Manutergium, in quo Presbyter celebrans absterget

manus suas, & non in Mappis. Districtius mandantes Sacristis, Operariis, Baiulis, & aliis ornamentorum custodibus, sub poenâ excommunicationis, quatenus id diligenter curent; & Mappas cum Mantili & Manu-tergio tradant, & ad minus quater in anno abluant, vel mundari faciant, ab honestis mulieribus, cum Albis, & aliis Ecclesiæ ornamentis, separatim a vestibus prophanis, quæ cum faciliè fieri possunt, & sine scandalo omitti non queant, curari solite tẽ & observari volumus. Solus autem Sacerdos, aut qui in Sacris est constitutus, in Vase mundo, huic rei proprio, corporalia lauet, vt dictum est, deindẽ aquam in Piscinam mittat.

Sacrum Euangelium Lucæ, & Ioan.) Lucæ 23. Ioan. 19.

In triplici Mappa consecrari) vt præscribunt Rubricæ Missalis Romani, parte 1. titul. 20. & part. 3. tit. 10. apud Gauantum, ac Concil. Prouinc. Tolosanum, infra part. 3. cap. 1. num. 17. & indicatur à Pio Papa, cap. Si per negligentiam 27. de consecrat. dist. 2. vbi fit mentio de effusione Sanguinis, vsque ad quantum linteum, incluso, scilicet Corporali.

In Vase mundo, huic rei proprio) neque enim ea lauanda sunt in communi Vase, vt statuit S. Clemens, & in ordine Romano habetur eiusdem Decretum.

XIV.

De Sacris Calicibus.



CONFORMITER ad Concilia antiqua volumus, ut in quacunque Ecclesia nostræ Civitatis & Diocesis Tolosanae, Calices cum Patena sint aurei, vel argentei, aut saltem stannei, non autem aerei, aut ex alio metallo, non confracti, sed integri, mundi, cum Corporis & Sanguinis Christi consecrationi dicata sint. Ad osculum pacis Patena non deferatur, sed Crux parva, vel alia parva Imago, deosculanda.

AD Concilia antiqua) Remense c. 6. Tribu-
riense c. 18. c. Vasa 44. cum Can. sequen-
de consecrat. dist. 1.

Aut saltem stannei.) Si scilicet, tanta sit Sacerdotum, aut Ecclesiarum inopia, ut argentei haberi nequeant, iuxta Decretum Concil. Remensis, c. Ut Calix 45. de consecrat. dist. 1. quo tamen nomine non venit etiam plumbum ex Sylvestro V. Calix & Suares, dist. 81. sect. 7. quidquid senserit Astensis: nam Leo IV. Hom. Missa per Provincias: *Nullus, inquit, in ligneo, plumbeo, aut Vitreo Calice audeat Missam agere.*

Non autem ærei) aut ex Aurichalco, ne arugo generetur, quæ vomitum prouocat dictio, cap. vt calix ead. dist.

Aut ex alio metallo) seu ex alia materia, vnde cuprei Calices, lignei & Vitrei prohibiti sunt, Iuribus iam citatis, variisque aliorum Conciliorum, ac summorum Pontificum Decretis, quæ hic minutim recensere supervacaneum ducimus, cum iam regula sit in Ecclesia celebris, & vbiq; recepta, quæ in ipso ritu celebrandi Missam, art. I. præscribitur: *Calix debet esse vel aureus, vel argenteus, aut saltem habere cuppam argenteam intus insuratam, si fieri potest, & simul cum Patena ab Episcopo consecratus.* Sed & in Regulis ab Innocentio IV. præscriptis, in controversia orta inter Archiepiscopum Nicosiensem Latinum, ex vna parte; & Episcopos Græcos Regni Cypri, ex altera, art. 13. ita decernitur: *Ceterum vnusquisque Sa. crdos in aureo, vel argenteo solum, aut saltem stanneo Calice sacrificet, habens Corporale de lino candidum, & Altare mundis velamentis opertum.*

Ad osculum pacis Patena non deferatur) idem cautum Concil. Provinc. Tolosano, infra part. 2. cap. 6. num. 10. sed & ante Conc. Mediolanen. 3. quod ibidem in margine citauimus, hac verborum serie: *Ne Patena, cum oblatio sit, sed Crux, aut sacra al qua Imago, offerentibus fidelibus, ad osculandum præbeatur.* Lege Rubricas Missalis, part. 2. tit. 10. num. 3. & ibi Gauantum, & ad num. 8. vbi de Tabella sacra ad dandam pacem.



XV.

De Calicis terfione post Miffam.

RÆCIPIMVS, vt Presbyter provideat per fe, vel alium Sacerdotem, feu Diaconum, Calicem mundari post Miffam; vel panno fericeo, vel lino mundo; & deindè extendatur, & explicetur dictus pannus fericeus, ne fortè dum involvitur & constringitur, foetorem contrahat. Qui cum fuerit attritus, aut minùs decens in cineres redigatur, quæ in Piscinam mittantur.

Calicem mundari post Miffam) Synodus Aurelianenfis, de Sacram. Euchariftiæ: *Calix cum Patena fit aureus, argenteus, aut faltem ftanneus (non alio metallo) integer & mundus, qui Miffa peracta linteo fericeo, aut faltem lin. o tergatur, honesteque involvatur.*



XVI.

De Hostiarum renovatione.

STATUIMVS, quòd Hostiæ, quæ ad usum infirmorum in Ecclesiis referuantur, renouentur singulis quindecim diebus, neque vltra differatur.

Renouentur singulis quindecim diebus) idem habent Synodi Lingonensis 1404. Senonensis 1524. Carnotensis 1526. Concil. Narbonense 1551. Can. 48. Burdigalense, quod à Sede Apostolica approbatum fuit 1583. cap. II. aliaque complura tamen Concilia, vti Concilium Eboracense sub Cœlest. III. Londinense, tit. quod non lic. Presbyt. & c. sub Innocentio III. Mediol. 4. sub Gregorio XIII. tit. Quæ ad S. Euchar. pert. aliaque, illas non vltra octo dies seruari volunt, sed singulis diebus Dominicis à Parocho sumi; aliasque denuò consecrari iubent, recentesque semper Hostias, vt consecrentur, in singulas hebdomadas adhiberi: sed & frequentius, si ratio loci, & temporis id postulet, renouandæ ex præscripto Concil. Remensis, sub Grego. XIII. 27 Mechiliniensis sub Paulo V. tit. 7.

XVII.

*Ne Sacerdos Missam celebret dum
dicitur Missa Parochialis.*



NHIBEMVS sub poena suspensionis, ad minùs per quindecim dies, ne quisquam Sacerdos audeat celebrare Missam in Ecclesia Parochiali, dum & quando Missa Parochialis celebratur, vel fit sermo in Ecclesia Dei, antequamve sit dictum Palum, siue Pronum, aut Preces dictæ Ecclesiæ factæ sint, cum per hoc reuocentur Parochiani ab assistendo Missæ Parochiali, & ab audiendis priorum Rectorum salutaribus monitis, Præceptis Dei, ac Mandatis Ecclesiæ, excommunicatorum publicationibus, & Festorum colibilibium denuntiatione, & Ieiuniorum observatione: Non tamen per hoc intendimus inhibere primas Missas, quæ in dictis Ecclesiis solitæ sunt antehac debite celebrari.

DVm & quando Missa Parochialis celebratur) Cautum id antea; & quidem Concil. Emeritense, Can. 19. *Missæ Parochialis celebrari de-*

bet horâ terciâ, quæ est hora nona matutina, quò plebs commòdiùs adesse possit, eaque Religione, vt cauendum sit, ne diebus Dominicis per Missas peculiare, populus à publicis, quæ horâ terciâ fiunt, abstrahatur. Theodulphus Aurelianensis Episcopus qui Ludouico Pio Imp. floruit in Capitular. ad Presbyteros, seu Patres Aurelianenses, cap. 45. quem locum Gratianus falsò adscribit Augustino in Can. & hoc 52. de consecr. dist. 1. Et hoc attendendum est, vt Missæ peculiare, quæ per dies solemnes (postcà exponit in Dominicis diebus, siue in quibuslibet Festiuitatibus) à sacerdotibus fiunt, non ita in publico fiant, vt per eas populus à publicis Missarum solemnibus, quæ horâ terciâ canonicè fiunt abstrahatur. Sanxerunt id postmodùm Concilia complura, Coloniense anno 1549. tit. Censur. & Decret. cap. 19. Treuerense eodem anno tit. de Missæ Officio ritè peragendo Moguntinum sub Archiep. Sebast. c. 57. & ex Galliæ nostræ Synodis Provinc. Conc. Senonense Francisco I. Rege, c. 12. Rothomagensis 1581. Burdegalensis 1582. Turonense & Remense 1583. Bituricense 1584.


Palum siue Pronum) Palum, Pronum dictum, quò in publico fiat, & coram cætu, palam in veteri Glossatio *en apert*, & est adverbium qualitatis, palam *deuant*, & est præpositio deserviens ablatiuo casui, palo, as, *manifest*. Vnde propagare; Pronum verò quasi præconium: vnde præconari, pro præconari dictum.

Non tamen intendimus per hoc inhibere primas Missas) sic & S. Carolus Cardinalis Borro-

mæus Conc. Mediolanensi 4. Concedit in Ecclesia Parochiali die Fefto duas Miffas recitari, vnam in Aurora, alteram folemnem, ad quam populus vniuerfus conueniat. Quòd fi (inquit) die Fefto etiam per illud Miffæ Sacrificium quod in Aurora fit, populus à Parœciali Miffa auocetur, tunc Epifcopus illud etiam Fefto die, poft Miffam Parœcialem fieri, celebrariue iubeat.

XVIII.

Qui non admittendi ad Communionem.

I.  RCEANTVR in primis, ab huiusmodi Sacramenti fufceptione; Omnes qui funt notoriè Hæretici, Schismatici, Excommunicati, & alij huiusmodi homines à corpore & vnitae Ecclefiæ præcifi, qui in malitia & contumacia fua perdurant. Insuper furiofi perpetuo furore, mente capti, infantes, & pueri qui ad annos discretionis nondum pervenerunt; quique inter Panem Angelorum, & panem hominum difcernere non poffunt. In qua re examinanda & diligenti inquisitione facienda, fub obteftatione Diuini Iudicij, confcientias Rectorum, Vicariorum, & parentum oneramus. Infirmi etiam non communicent, quando timetur, ne Sacramentum fumere poffint, aut fumptum euomant.

II. **P**Rætereà repellantur, quos notoriè constat esse in manifesto & publico peccato, vt vsurarij, & meretrices publicæ, nisi emendationis vitæ signa præ se ferant. Secus si eorum peccatum esset occultum, & se publicè præsentarent ad euitandum scandalum: hoc enim casu, non est deneganda sacra Eucharistia, etiamsi constaret Curato eos esse in mortali peccato, fortè ex reuelatione in Confessione sibi facta, exemplo Christi, qui Iudæ, quem sciebat proditorem, Corpus suum sicut cæteris Apostolis communicauit. Faciat tamen Rector, quòd poterit in reducendo eos ad Pœnitentiam.

III. **L**Aici incogniti, & alienigenæ non recipiantur, nisi qui Litteras Certificationis ostendunt a Rectoribus, vnde migrauerint, quibus constet eos non esse excommunicatos, aut alias à Communionem reijciendos. De Peregrinis verò Sacerdotibus seruetur, quòd in tit. de Sacramento Ordinis a Nobis statuitur.

EXcommunicati) Aut interdicti, Can. si non sunt, 15. de consecrat. dist. 2. quod de denuntiatus intellige, Synodus Augustensis 1548. Can. 19. apud Binium, tom. vlt. Conc.

Insuper furiosi perpetuo furore, mente capti) Synod. Aurelianensis, cap. de Eucharistia, Synod.

Augustensis c. 19. Rit. Rom. quando verò Amentibus sit exhibendum hoc Sacramentum, docet S. Doctor in 3. part. q. 80. art. 9. & 4. sentent. dist. 9. quæstiunc. 2.

Infantes & pueri, qui ad annos discretionis nondum pervenerunt) Neque enim ante discretionis annos tenentur fideles, Ecclesiastico sumendæ Communionis præcepto, cap. Omnis utriusque sexus de Pœnit. & remiss. & de fide definitum est in Conc. Trident. sess. 13. Can. 9. quando verò, quave ætate exhibendum sit pueris hoc Sacramentum, explicat D. Thomas in 3. part. q. 80. art. 9. & ibi Cætanus, & 4. Sentent. dist. 9. art. 5. quæstiunc.

Quos notoriè constat esse in manifesto, vel publico peccato) S. Thomas in 3. part. qu. 80. art. 6. & 4. Sentent. dist. 9. art. 5. & quod lib. 5. art. 1. Navarrus in Manuali, cap. 21. num. 55. & in cap. penult. §. Sacerdos, num. 61. & num. 101. de pœnit. dist. 6. Notorius autem peccator dicitur, qui manifestus est, vel per Sententiam, vel per Confessionem in Iure, id est, in Iudicio factam, aut per evidentiã quæ nulla tergiversatione celari potest, C. fin. extra de cohabit. Cleric. c. Multi 2. qu. 1. Casus verò in quibus Eucharistiæ Sacramentum personis eiusmodi criminibus grauius non ministrari, aut saltem ad tempus differri debet, sigillatim recensuit & expressit. Synodus Augustana loco suprâ citato, hanc si vis consule. Meretrices publicæ) id est, quæ quæstus causâ, vel etiam sine quæstu, passim, id est, sine delectu, se

prostituunt, l. palam, de ritu Nupt. vel, vt Canon, loquitur, quarum turpitude, publicè venalis, Can. Meretrices 32. qu. 4. & quæ multorum libidini patent, Can. Vidua 34. distin. Sed hîc addere liceat, qui his proximè accedunt, Histriones, aut Scenicos, qui quandiu has artes improbas exercent, ab Altaris Sacramento remouentur, Can. pro dilectione 95. cum Can. seq. de consecrat. dist. 2. sanè Histrionibus, & Pantomimis, voluptatumque artificibus, semper occlusa Tempora lib. 1. ff. de his qui not. infam. & Seneca 1. Controvers. 2. *Scias gladiatoribus, pyratibus, & lupanaribus occlusa Tempora*: Et Iure, nam quid puritati (si quid puritatis habet idololatria) cum impuris, pura puro decent.

Secus si eorum peccatum esset occultum) Can. si Sacerdos 2. extra de Offic. iud. ordin. c. non prohibeat de consecrat. dist. 2. D. Thomas, & Navarrus, vbi suprâ, Paludanus & Sotus in 4^o debet tamen Parochus eum admonere secretò, ne se ingerat Communioni, vt in citatis Cano.

Nisi qui Litteras Certificationis ostendunt à Rectoribus) idem cautum Synodo Aurelianensi, cap. de Eucharistia, ac aliis pluribus Gallix nostræ Synodis, apud Bochellum & Odespun.



XIX.

De Missis votivis diebus Dominicis & Festiuis non celebrandis.

DIEBUS Dominicis & Festiuis datur Missa de die, in Ecclesiis Parochialibus, & non liceat dicere Missam Parochialem aliter.

Dicatur Missa de die) Iuxta Missalis Rubricas, ex quarum, ac huiusce Constitutionis præscripto; idem præcipit Franciscus à Ioyosa, in suis Statutis Synodalibus, infra art. 2. sub pœna suspensionis, & aliâ arbitrariâ: sed & ante pluribus aliis Conciliis cum Provincialibus, cum Diœcesanis id cautum.

XX.

De Sacramento Pœnitentiæ frequentando, & de cura Parochi ne differatur.

VM frequentatio Sacramenti utilis sit, & necessaria Christiano, diligenter moneant Rectores & Vicarij, suos Parochianos, ut in omnibus Festis annualibus, & solemnibus

solemnibus circa initium quadragesimæ & Adventus, Natalis domini, sua peccata confiteantur. Nos autem cupientes plebem nobis commissam, alacriorem, & promptiorem reddere, cuilibet confitenti, quoties debite confessus fuerit, quadraginta dies indulgentiarum impertimur. Ad excitandos autem remissos, pigros, & propriæ salutis immemores, pœnas in Concilio Generali editas, adversus semel saltem in anno confiteri cessantes, notificent, & exponant.

Festis annualibus & solemnibus) Paschæ scilicet Pentecostes, Assumptionis beatæ Mariæ, omnium Sanctorum, Nativitatis Domini, & Dominicæ primæ quadragesimæ, ut sigillatim explicant complures Galliæ nostræ Synodi, quæ & idem Parochis inungunt, & Parochianis, quoties prædictis diebus fuerint confessi, nonnullas indulgentias, ut hic, de inveniatis sibi Pœnitentiis in Domino relaxant, quas legere est apud Bochellum & alios.

In Concilio Generali) Lateranensi scilicet sub Innocentio III, celebrato. c. omnis vitæque sexus XI. extra de Pœnit. & remiss. vide suprâ const. 17. Bernardi de Rosergio & quæ ibi annotavimus.

X X I.

De scientia in Confessario requisita.

PROHIBEMUS, ne quis Sacerdos accedat ad audienda Laicorum Confessiones, nisi qui præcepta Decalogi, & Articulos fidei, numerum, gravitarem, & circumstantias septem peccatorum mortalium, virtutes illis contrarias, memoriâ tenuerint, ac intellexerint, cæteraque ad Confessionem necessaria, scilicet, qui inter lepram & non lepram, iudicare possit, & consideret, quemadmodum ipse, in tam arduo negotio, est Iudex cum potestate ligandi & absolventi.

Nisi qui præcepta Decalogi &c.) Eadem habet iisdemque verbis Synod. Aurelianensis cum de Pœnit.

Memoriâ tenuerint ac Intellexerint) Magnâ enim oportet esse instructus scientiâ, qui de rebus maximis, iudicare debet, ideo Confessarii, quibus non hominis, sed Dei iudicium exercendum est, & quidem, de animabus pretioso Iesu Christi Sanguine Redemptis, lætioni eorum librorum, vnde necessariam sibi scientiam hauriant

diligentiſſimè vacare meritò debent; vt pote Directorij Polanci, Manualis Navarrj, aut eius Cõpendij, Summæ Toleti, Enchiridij Binsfeldij, & Similium vt probè notant patres Synodi Mechiniensis sub Paulo V. habitæ tit 4. cap. 5.

Sitque talis qui inter lepram & non lepram) Idoneus enim Confessarius is est, vt docet Synodus Parisiensis 1557. qui inter lepram & lepram facile discernere novit: qui delicti circumstantias, quæ tacendæ, quæ exquirendæ sint advertit: qui graviora excutit, qui conscientias satisfacit, Pœnitentium secreta continet, quæstum non sectatur, & vt in summa dicam, & Synodi Ruthenensis 1552 celebratæ sub Georgio ab Armeniaco verbis loquar, qui pascendis ovibus Christi, & non dissipandis, vlceribus animæ sanandis, & non exulcerandis, sit Idoneus. Quare vt rectè postmodum monuerunt patres conventus Melodunensis anno 1579. habiti. *Audiendis Confessionibus tales seligantur, qui sint pietate, doctrinâ, prudenti iudicio præditi; ne animarum Medela, Impuris, Imperitis, & Imprudentibus committatur Chirurgis.*



XXII.

De Alienis Parochianis non absolvendis.

RIVISQVAM quis potestatem absolventi habeat, plura sunt necessaria, in primis potestas clavium, quam ex promotione ad Sacerdotium cōsequitur Sacerdos: qui solus in foro Pœnitentiali potest absolvere. Secundò requiritur, quòd illa potestas sit libera, videlicet, quòd Sacerdos exercitium potestatis habeat, vnde suspensus absolvere non potest. Tertio requiritur debita materia, videlicet, quòd suum subditum absolvat, quoniam alienum Parochianum absolvere non potest: nisi de consensu & licentia proprii Rectoris: itaque ne illaqueentur animæ, districtè prohibemus ne quis alienum Parochianum absolvere attentet, & si eum in confessione audierit gratiâ fortassis instructionis, & doctrinæ, remittat eum absolvendum, ad proprium Sacerdotem, cui iterum confiteatur, & ab eo absolutionem, & Pœnitentiam suscipiat, excepto tamen casu necessitatis.

Qui ſolus in foro Pœnitentiali poteſt abſolvere) nam huic ſoli , a Chriſto claves cœli commiſſæ , vt indicant hæc eius verba , Petro, qui tunc Eccleſiæ Vniuerſæ perſonam gerebat, diſta, Mathæi 16. *Tibi dabo claves Regni cœlorum, & quodcumque ligaveris ſuper terram, &c.* Eodem ſpectant & illa , quibus Apoſtoliſ abſolventi ab eo eſt poteſtas conceſſa Mathæi 18. *Quacumque alligaveritis ſuper terram erunt ligata & in cœlo, & quacumque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo;* Item Ioannis 20. *Accipite ſpiri- tum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remittentur ei, & definitum eſt de fide in Concilio Floren- in litteris unionis & Triden. ſeſſ. 14. de S. Pœ- nitentia Sacramento cap. 6. & Can. 10.*

Quod illa poteſtas ſit libera) ideſt, nullo cen- ſuræ vinculo innodata , quia quoad ætionis effi- caciaſ, idem eſt, vi ad eam omni carere, & il- lam impeditam eſſe. Quare Confeſſio ſcienter facta Sacerdoti, etiam proprio, Excommunicato tamen, ſuſpenſo, vel interdicto, publicèque de- nunciato, invalida eſt, & omnino iteranda, vt eſt concors omnium ſententia, quæ manifeſtè probatur, ex eo quòd ad abſolutionem iſtam Sa- cramentalem impendendam, neceſſaria ſit, po- teſtas ordinis ſimul, & Iuriſdictionis; Iuriſdictionis autem poteſtas per Eccleſiam excommunicato denunciato auferitur c. Ad probandum extra de ſenten. & re iudic. can. Veritatis extra de dolo & contumacia: & in ſpecie quoad collationem Sacramentorum, & præſertim quoad poteſtatem

ligandi & absoluendi, hoc probat de maiori Excommunicatione textus in cap. Duobus de Sent. Excommunic. cap. Si celebrat extrâ de Cleric. Excommu. Ministran. capit. Audivimus 24. q. 1. capit. Rom. Eccl. §. ult. de Offic. Vicarii in 6. Id quod item asserendum de illo est, qui ita publicè manus violentas in clericum iniecit, ut nullâ possit tergiversatione celari, nam is etiam, si denunciatus non fuerit, eodem iure censetur, ut patet ex fine extravag. Martini V. quæ innovata fuit per Leonem X. in Concil. Lateranensi Sess. 11. & habetur in Concordatis inter eundem Leonem X. & Franciscum I. in initis. Cæterum, ut hîc vnum obiter annotare liceat, illa potestas, ita debet esse libera, ut Authores illi, qui in articulo mortis, & casu necessitatis asserunt, impendi posse absolutionem ab homine vinculo Excommunicationis ligato, velint illud censuræ vinculum, pro eo extremæ necessitatis casu non ligare, proindeque liberam esse absolventis potestatem, cuius sententiæ est glossa in cap. non est verb. Baptismum parvulorum extra de sponsal. Paludan in 4. dist. 17. q. 3 nu. 3. conclus. 17. Maior in 4. dist. 19. q. 1. S. Antoninus part. 3. lib. 14. cap. 19. condit. 14. Sylvester verb. confessor. 1. q. 20. Tabiena verb. absolutio 1. nu. 32. Arnulla ibid. nu. 12. aliique plures recentiores.

Vnde suspensus absolvere non potest) Vti nec Excommunicatus, ex iam dictis, cum enim absolutio sit actus iudicialis, a suspenso, seu Excommunicato, exerceri minimè potest toto tit.

de cleric. excomm. depos. & interd. apud Gregorium ; & si absolvat irregularitatis laqueo se involuit , secundum Canonicas sanctiones, a quâ, non nisi per Summum Pontificem poterit liberari, ut definitum fuit, ab Innocentio IV. in concilio Lugdunenſi cap. 1. de senten. & re Iudic in l. 6. Quin, & Episcopus ipse, si sit suspensus, vel Excommunicatus, maiori scilicet Excommunicatione, non potest iurisdictionem suam exercere, hoc est, Excommunicare, dare, & conferre Præbendas, & cætera eiusmodi exsequi. d. Can. audivimus 24. q. 1. cap. fin. extra de excess. Prælat. quæ tamen duntaxat obtinere in suspenso, aut Excommunicato nominatim denunciato, ex his, quæ suprâ diximus, manifestò apparet.

Nisi de consensu & licentiâ proprii Rectoris) Iure id quidem ; nec enim omnis Sacerdos, per se loquendo, sufficiens est minister istius Sacramenti, cum ad absolvendum, præter clavem ordinis, quæ in charactere consistit, qui in ordinatione Sacerdotali confertur, requiratur iure divino clavis, ut vocant, iurisdictionis, sine qua, iudiciales actus exercere nemini licet, quam cum omnes Sacerdotes non habeant, dicendum est, absolutionem, factam ab alio, quàm ab habente iurisdictionem nullus esse momenti ad instar, sententiæ, & non suo iudice latæ. Et hæc propositio est de fide, sancita in Triden. sess. 14. cap. 7. his verbis : Quoniam natura iudicii illud exposcit, ut sententia in subditos duntaxat feratur, persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, & verissimum

esse, hæc Synodus confirmat, nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam Sacerdos, in eum profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam iurisdictionem non habet. Sed antea definitum id fuerat, a Concil. Florentino sub Eugenio IV. in instit. Arimenor: cum de hoc Sacramento, & Lateranensi, sub Innocentio III. in cap. Omnis utriusque sexus, extrâ de Pœnit. & remiss. ubi scribit Innocentius III. absolutionem nullam esse, nisi datam a proprio Sacerdote, aut aliode eius licentiâ, & cap. Episcopus eod. tit. de Pœnit. & remiss. in 6. habetur, consuetudine fieri nullâ posse, ut a non Superiore, aut alio, sine eius licentia, impertita absolutio valeat; Nulla item consuetudine præscribi posse, ut quis sine Superioris facultate Confessarium sibi queat eligere. Lege & Concil. Triden. sess. 23. cap. 15. de reformat. Ab hac tamen definitione, excipiendi sunt, tres casus, in quibus ex perpetua Ecclesiæ consuetudine, quilibet iurisdictionem obtinet 1. in quo Pœnitens venialia tantum clavis subiiceret 2. in quo mortalia iam olim remissa. 3. est in mortis articulo.

Alienum Parochianum absolvere attentet,)
idem cavet Synodus Senonensis 1524. ac iisdem verbis, Synodus Aurelianensis, sed & postmodum Synodus Parisiensis 1557. *Parochis nostris inbibemus ne alienum recipiant Parochianum, ut cum in Confessione absolvant, aut illi quodvis aliud Sacramentum administrent, nisi Parochi, cui alienus ille subditus est, licentiâ id fiat, & is, de sui Parochi consensu, fidem sa-*

ciat. Conc. Moguntin. 1549. cap. 27. Parochis omnibus scribimus, ne quemquam alienum Parochianum, sine consensu sui Parochi, extra necessitatem, siue ad Confessionem, siue ad ullius Sacramenti perceptionem recipiant. Si tamen subditus rationabilem causam allegans, aly Sacerdoti Confessionem faciendi consensum suo Parocho petierit; talem ei consensum volumus non denegari.

XXIII.

De Confessione proprio Sacerdoti, & non alieno facienda; & quæ cautio adhibenda sit ab eo, qui vult Religioso confiteri.

PRETEREA injungimus omnibus confiteri volentibus, ut proprio Sacerdoti confiteantur. Proprium Sacerdotem dicimus Summum Pontificem, Episcopum, Vicarios illius, Rectorem, & eius Vicarium, & generaliter omnes alios Sacerdotes, a prædictis legitimè deputatos. Alij autem qui in loco, siue exempto, siue non, conantur absolvere non subditos, eos decipiunt. Nos itaque volentes animarum periculis consulere, volumus omnes & singulos nostros subditos scire. Quòd illi soli Fra-

tres mendicantes habent potestatem absol-
uendi, qui fuerunt Nobis præsentati per suos
Superiores, & à Nobis approbati, secun-
dum Clementinam, dudum de sepult. & ideo
qui vult Religioso confiteri, prius videat,
vtrum sit de numero eorum, qui fuerunt No-
bis præsentati, & per Nos approbati, alias
intelligat, se non esse absolutum. Rectores
autem & eorum Vicarij plebem sibi com-
missam admoneant tanti periculi.

VT proprio Sacerdoti confiteantur) iuxta præ-
ceptum Vniuersalis Ecclesiæ, ac præscriptum
Conc. Lateran. iam citati, c. Omnis vtriusque se-
xus, ext. de Pœnit. & remiss. Quis autem nomine
proprij Sacerdotis in prædicto Concil. Lateran.
Canone veniat intelligendus, disces ex variis Con-
ciliorum, ac Summorum Pontificum Decretis,
necnon præstantissimorum Theologorum, Iuris-
que Pontificij Interpretum effatis, quæ (ne No-
tarum metas excedamus) ad huius Operis calcem
consulto reiecimus.



XXIV.

Quàm cautè se gerere debeat Confessarius in interrogandis puellis, aliisque circa peccata inusitata.

PROHIBEMUS illis districtè, ne iuvenes puellas non accusantes seipsas, de vitiis carnis interrogent, aut alios quoscunque de peccatis inusitatis, nisi tamen à longè, & per remotas generales circumstantias, ne dum nimiam diligentiam eis suggerunt vitia quæ adhuc ignorant, fiant pro Sacerdotibus Christi, Diaboli instrumentum.


DE vitiis carnis interrogent) Synodus Aurelianensis iam sæpè citata, cap. de Pœnit. *Caueat Sacerdos iuvenes puellas, necnon vxoratas, non accusantes seipsos de vitio carnis interrogare, & aliis inusitatis peccatis, nisi à longè, & per remotas & generales circumstantias, & omni discretione seruatâ, ne dum nimiam diligentiam eis vitia suggerit (quæ adhuc ignorant) fiat pro sacerdote Christi instrumentum diaboli:* Sed & postmodum Bonhomius in Decretis, tit. de Pœnit. *sa erdis, pœnitentem interroges, de iis quæ necessaria, non quæ inutilia, aut otiosa sunt, ac præsertim si pueri, aut puella sunt, videat ne cum ab eis, libidinis crimina, quæ interdum ob verecundiam confiteri non au-*

dent, extorquere studebit, eos, quæ antè non norant, fortasse doceat. Synodus Mechliniensis, tit. 5. Confessarij prudentes sint, ac circumspecti, non solum in injungendis pœnitentiis, verùm etiam in examinando Pœnitentes, præsertim circa vitia carnis; ne indiscretis interrogationibus eos doceant peccata, quæ ignorant, vel aliter scandalisent. S. Carolus Borrom. in instruç. Sacram. Pœnitentiæ, tit. quæ in ministracione Sacramenti Pœnitentiæ Parochus, & Confessarius observet: Confessarius prudens, cautusque erit, in interrogationibus: ne rudibus præsertim, atque Vtriusque sexus junioribus, ad novum, & nunquam antè à attentum scelus occasionem aperiat, atque det.

Aut alios quoscunque de peccatis inusitatis, nisi à longè) Idem habet Odo Parisiensis in Synod. Synodus Senonensis 1524. Carnotensis 1525. Trecentis, Aurelianensis, iisdem ferè verbis.

XXV.

*De Confessione non reuelandâ, & de
pœna Sacerdotis Confessionis
sigillum violantis.*

 **O**MNI Iure Sacerdos reuelans Confessionem grauitèr peccat, dum famam proximi denigrat, peccatores à Sacramento Pœnitentiæ deterret, fidem, quam debet confitenti, vio-

lat, & contra præscriptum Eccl. venit. Ideò caueant Sacerdotes, ne verbo, scripto, nutu, aut aliâ quacunque viâ, quidpiam reuelent. Si quis contrâ fecisse fuerit deprehensus, in perpetuos carceres ad agendum Poenitentiam detrudatur; vel aliàs acerbissimè secundum Iura castigetur.

OMni Iure) Naturali, scilicet, Diuino, & humano, vt rectè aduertit, & explicat Synodus Senonensis, 1524. & fusè probant Theologi in 4. Senten. & in S. Thomam, in supplem.

Aut aliâ quacunque viâ quidpiam reuelat) Tanta siquidem est huius præcepti obligatio, vt in nullo casu, & propter nullum finem etiam, pro uenda tota Republica, ab ingenti malo temporali, aut spirituali, violare illud liceat. Quinimò mors Sacerdoti etiam acerbissima, potius subeunda sit, quàm quidquam earum rerum, quas in illa exomologesi & Confessione intellexerit, evulget: nam, vt rectè S. Thomas in supplem. q. 11. art. ad 2. *sicut præceptum de Confessione Sacramentali faciendâ, est de Iure Diuino, & non potest aliquâ dispensatione, vel Iussione humanâ homo absolvi ab eo: Ita nullus ad reuelationem Confessionis potest ab homine cogi, vel licentiari: vnde si præcipiatur sub pœnâ excommunicationis iam lata, quòd dicat, si aliquid scit, de tali peccato, non debet dicere, &c.* Imò sine læsione conscientix potest iurare se nescire, vt ipse ait ad 3. Rationem affert 2. 2. q. 70. art. 1. ad 2. quòd scilicet, quod sibi secretò per Confessio-

nem commissa sunt, non sciat ut homo, sed tanquam Dei Minister, & maius sit vinculum Sacramenti, quolibet hominis præcepto. Eum lege, locis proximè citatis, & Alexand. Alensem, part. 4. q. 78. num. 2. art. 1.

Secundùm Iura castigetur) Ecclesiastica nimirum, quibus peccata in Confessione audita reuelanti, graues imponuntur pœnæ, ut depositionis è gradu, perpetuæ Pœnitentiæ, ac peregrinationis cum ignominia: sic enim Gregorius in Can. Sacerdos de Pœnitentiâ, dist. 6. *Sacerdos ante omnia, caueat de his, quæ ei confitentur peccata, alicui recitet, non propinquis, non extraneis, neque, quòd absit, pro aliquo scandalo: nam si hoc fecerit deponatur; & omnibus diebus vitæ suæ, ignominiosus peregrinando pergat.* Est tamen hæc pœna, modò mutata in eam, quæ est reclusionis perpetuæ in Monasterio, ex Constitutione Conc. Lateranensis, quæ habetur in Can. Omnis utriusque sexus, §. ult. ext. de Pœnit. & remiss. quæ sic se habet; *Cauere autem debet sacerdos, qui Confessionem excepit; ne verbo, aut alio quouis modo, aliquatenus prodatur peccatorem, sed si prudentiori consilio indigerit, illud absque ulla expressione personæ cautè requirat: quoniam, si peccatum in Pœnitentiâ Iudicio sibi detectum, præsumpserit reuelare, non solum Sacerdotali Officio deponi decernitur: Verum etiam ad agenda perpetuam Pœnitentiâ in arctum Monasterium detrudi.* Carcerem hodiè dicimus, ut hæc nostra Synodus, & non Monasterium; sicut & Synodus Parisiensis, 1557. *Cauere Sacerdos, ne quavis occasione peccatum divulgat: quòd si fecerit, prater*

dejectionem à suo munere, perpetuo carceri mancipabitur. Synod. Ruthenenfis 1552. rubr. 9. decr. 8. Quòd si scius fecerit, sciat excommunicationis Sententiam, pœnaque depositionis, & perpetui carceris incurrisse. Synod. Trecentis: Ab omni officio sacerdotali deponatur, & sine misericordia, in carcere ad agendum Pœnitentiam perpetuò mancipetur. Sed de his pœnis, vide quæ habet Bernardus Diaz, in sua Pract. Crimin. Canon. cap. 113. & ibi Ignatius Lopez.

XXVI.

Ne Sacerdotes à confitentibus, nomina eorum cum quibus peccauerunt, inquirent, neve absoluant fures, raptores, &c. Nisi prius restituant.

PRÆCIPVE caueant, ne à confitentibus, nomina eorum, cum quibus peccarunt, inquirent, ne si in domo alicuius peccatum sit, nomen Domini domus petant, sed contenti sint inquirere de circumstantiis, pondus delicti augentibus. Furem, Raptorem, Usurarium, Fraudatorem, qui fatetur malâ fide, rem proximi possidere, & retinere, non absolvant, nisi polliceatur bonâ fide se restitutum, vbi primùm poterit, dam-

num passo, vel hæredi. Si autem non appareat, & impossibile sit, invenire eum, cui debet fieri restitutio, tunc si quantitas, vel extimatio rei restituendæ est minima, in pios usus convertatur arbitrio Sacerdotis audientis Confessionem. In maioribus verò res deferatur ad nos, aut Officialem nostrum, & in usus similes convertatur; & non in aliam quàm piam causam. Prohibemus autem, ne ipsi Sacerdotes, aliquid eorum in usus suos convertant, vel prætextu servitij Divini, vel aliàs. Ne in administratione huius Sacramenti, videatur quærere quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi.

NOmnia eorum cum quibus peccarunt, inquitant) Quòd utique cavendum præcipiunt complures Gallix nostræ Synodi, Parisiensis sub Odone Episcopo, Lingonensis 1404. Senonensis 1524. Carnotensis 1526. Aurelianensis, aliarque apud Bochellum, Decretor. Eccles. Gallic. lib. 2. tit. 7.

Furem, raptorem non absolvant) Idem cautum, iisdemque ferè verbis, Synodis proximè citatis, aliisque apud eundem Bochellum, & meritò. Id quidem: nam ut rectè S. Augustinus, epi. 54. ad Macedon. *si res aliena, propter quam peccatum est, cum reddi possit, non redditur, non agitur Pœnitentia, sed fingitur, si autem veraciter agitur Pœnitentia, non remittetur peccatum, nisi restituatur ablatum cum restitui potest.*

Nisi

Nisi polliceatur bonâ fide) Quinimò etiam si polliceantur, si cùm præcedente Confessione se ablata restituros, aut legata ad pias causas soluros essent polliciti; & cùm facultas adfuisset, neglexerint. Hoc enim casu, si aliena restituendi facultas adsit, absoluendi minimè sunt, nisi priùs plene satisfecerint, qui enim renuntiant satisfactio- nes, vel restitutiones qualescumque facere, absolvi non debent, neque Sacrorum participatio admitti; eos tamen excipimus, qui in mortis articulo fuerint constituti: qui tamen admonendi erunt, ut idoneis, si obierint, hæredibus imponant, vel si convaluerint quâ primùm poterunt satisfaciant, ita Concil. Mediol. 1. sub Pio 4. cap. de his quæ pertinent ad Sacram. Pœnitentiæ, Constitut. conventus Melodunensis, sub Gregor. XIII. Concil. Burdigal. sub eod. Gregor. XIII. cap. 12. Idem dicendum de eo, qui falsum testimonium in iudicio, alterius detrimento dixerit: is enim absolvi haud debet, nisi priùs dato damno, quatenus id sarciri poterit & violatæ illius existimationi satisfecerit; Ne illum quidem absolvant qui post publicum Episcopi monitum, de indicandis rebus amissis, quid de his sciat, non indicarit; nisi hoc officium antè persolverit. Idem omni adhibitâ diligentia, conscientiam examinent singulorum, qui fuerant, & qui in quos contractum, exercent; neque quemquam in his casibus absolvant, nisi debita restitutio, aut satisfactio, ex Canonum præscripto intercedat. Ita Concil. Mediol. 1. loco proximè citato.

In usus suos convertant) *Ne per hoc Pœnitentiæ restitutione retrahantur , & etiam , ne ipsi , n̄ n̄ Pœnitentarii , sed fraudulentè Confessarii videantur.* Vltimè quæritur Synodus Senonensis , quæ idipsum præhibet , uti & Synod. Lingonensis 1404. Carnotentis 1526. Paris. 1557. Trecentis , Aurelianensis , aliæque.

XXVII.

Ne ex Pœnitentiis , quæ Pœnitentibus præscribuntur , Sacerdotes Confessarii , quidpiam sibi applicent.



UMQUAM imponat Sacerdos , Pœnitentiam , per quam ipse aliquid accipiat , vel prætextu Missæ alicuius dicendæ , aut alio quocumque colore , sive per directum , sive per indirectum , qui in hoc fuerit deprehensus , acerrimè castigabitur.

PER quam ipse aliquid accipiat) Concil. Mediol. 3. sub Gregor. XIII. cap. de his quæ pertinent ad Sacramentum Pœnitentiæ : Si Pœnitentibus , Pœnitentia præscribenda est , aliq̄ pecuniæ ratione , nè sibi Sacerdotes Confessarii , eam pecuniam , sed locis piis attribui curent , v̄

in officia, operaque pietatis erogetur; nequè verò huius pecuniæ distribuendæ curam, ipsi villo planè modo, suscipiant. Neque præterea, sibi dari curent, si quid eleemosynæ causâ Pœnitenti erogandum est, in missæ Sacris faciendis.

XXVIII.

De Medicis ægros visitantibus.

IN Generali Ecclesiæ Concilio districtè præceptum fuisse dignoscitur Medicis corporum, ut vocati ad infirmos, statim eos moneant & inducant, ad appellandos Medicos animarum, ut præmissâ animæ curâ securiùs procedatur ad corporis curationem. Si quis autem Medicorum hoc negligeret, ab ingressu Ecclesiæ arceretur. Quam saluberrimam constitutionem, cum intellexerimus fore semper neglectam: Ideo eam innovamus, ac iniungimus hoc ab omnibus Medicis servari, idque & publicè & privatim per Rectores & Vicarios illis iniungi & annunciari, ac etiam populo notificari.

IN Generali Ecclesiæ Concilio) Lateranensi
scilicet sub Innocentio III. celebrato cap. 22.

cuius constitutio refertur cap. cum infirmitas XIII. de Pœnit. & remiss. ext. & innovata postmodum fuit pluribus Ecclesiæ Gallicanæ decretis Concil. Narbonensi 1551. can. 52. Rothomagensi 1581. tit. de Curatorum officiis n. 27. Bituricensi 1584. tit. 21. can. 14. Aquensi 1585. cap. de Pœnit. Narbonensi 1609. cap. 16. ac sacris conventus Melodunen. constitutionibus an. 1571. cap. de Pœnit. vide infra Concil. Provinc. Tolosant. part. 2. cap. 4. §. 11.

XXIX.

De Indultis Apostolicis super Indulgentiis, aut facultate eligendi sibi Confessorem.

PRIVILEGIIS Apostolicis, aut aliis, super indulgentiis, aut facultate eligendi Confessorem, non credatur, neque deferatur, nisi cum testimonialibus Literis nostris, Vicarij, aut Officialis nostri, qui eas recognoverit, ac invenerit omni suspicione carere.

Nisi cum Testimonialibus Literis nostris) eadem habet iisdemque verbis Synodus Aurelianensis a Germano Valente Guellio edita cap. de Sacram. Pœnitentiæ.

XXX.


De Confessario sceleris particeps.

NHEBEMVS nè quis Sacerdos audiat confessionem illius mulieris, vel viri, cum quo peccavit, qui fuerit deprehensus acerrimè castigabitur, nisi in casu necessitatis.

Audiat confessionem illius mulieris, vel viri cum quo peccavit) idem prohibitum Synodo Lingonensi 1404. Carnotensi 1526. Aurelianensi, aliisve: sed & S. Carolus aëtor. part. 2. Synod. Diœcesan. 11. fol. 99., *Confessario, qui cuiuscumque criminis etiam minimi, socius, particepsve, villo modo fuit, munere interdictum sit, Confessionis eorum audienda, quos illius socius habuerit: idem de illorum absolueudis sancitum sit, &c. Et verò, si quis Confessarius culpe socius, particepsve aliquid contra ausus fuerit, excommunicationis sententiam statim subeat.* Et hæc est mens S. Thomæ in supplem. q. 20. art. 2 ad 1. cuius hæc sunt verba. *Nec sacerdos debet audire Confessionem mulieris cum qua peccavit, de illo peccato, sed debet ad alium mittere, nec illa debet ei confiteri, sed debet petere licentiam ad alium eundi, vel ad superiorem recurrere.*

XX XI.

Quibus de rebus interrogandi, Instruendi & monendi sint, qui confitentur; ac de Pœnitentiis eis imponendis.

- I.  E statu, conditione, & vita interrogent confitentem, an sit Parochianus, vel subditus audientis Confessionem; si in sententia Excommunicationis sit constitutus, si Pœnitentias impleverit iniunctas, si rancores omnes proximo remisit, à quo tempore cessaverit confiteri. De causa negligentiae ignaros & rudes benignè instruant, ut enim dicit Paulus. *Dedi vobis lac potare, non escam.* De peccatis concernentibus statum in quo degant, & quæ sunt usitata interrogeat. De inusitatis cautè agant, secundum quod superius dictum est. Doceant ignorantes Articulos fidei, præcepta Decalogi, ac cætera, quæ ad veram Confessionem vel religionem Christianam, possunt pertinere: prout necessarium erit declarent, in quanto sint damnationis periculo, qui in aliquo peccato mortaliter

peſcunt. De ſingulis circumſtantiis aggravantibus examinet Conſitentē, diſcretē tamen, & prudenter quas circumſtantias: quilibet Sacerdos ſciat, ſi interpretationem huius verſiculi intelligat.

Quis, quid, ubi quoties, cur, quomodo, quando. Quem omnes qui ſe immiſcent Confeſſionibus audiendis, ſcire oportet.

DE ſingulis circumſtantiis aggravantibus examinet) Quæ circumſtantiæ, ſint in Confeſſione explicandæ, fuſè docet Canon Conſideret, qui habetur apud Gratianum de Pœnit. diſt. 5. & deſumptus eſt ex D. Auguſtino lib. de vera & falſa Pœnit. cap. 14. & 15. & poſt D. Auguſtinum docuere id poſtmodum Concilii Tridentini Patres ſeſſ. 14. cap. 5. de S. Pœnit. Sacram. & fuſius Navarrus in Manuali cap. 6. & in d. Can. Conſideret de Pœnit. diſt. 5. n. 10. cum ſeq. aliique Summiſtæ ac Theologi in 4. hoſi viſ, conſule.

Interpretationem huius verſiculi) Relati a Paludano in 4. ſent. tamen, uti notat Navarrus loco iam citato, aptior videtur ille Verſiculus a D. Thoma allatus.

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando, quis, perſonam, ſignificat, quid, obiectum peccati, quantitatem & qualitatem, ubi, locum quibus auxiliis, Media ſocios, instrumenta, cur, finem, quomodo, quibus artificiis, quando, tempus.

Nam particula, *quoties*, quæ numerum peccatorum designat explendi potius carminis causa posita videtur, ut ait, Navarrus, quam ob aliam necessitatem, cum peccatorum numerus, neque ab Aristotele, neque a D. Thoma pro circumstantia ponatur, quamquam ambigi haud liceat de necessitate huius Sacramenti esse omnia peccata mortalia, tam specie, quam numero diversa, esse in Confessione Sacerdoti aperienda, ut definitum à Concil. Florentino in Decreto Eugenii & Tridentino sess. 14. can. 5 & 7.

II. **M**ONEANT Confitentem nullum esse omittendum peccatum, imperfectam Pœnitentiam nihil prodesse Pœnitenti, qui tacet confiteri peccata, quorum reminiscitur, quæ omnia debet integrè, nudè, verè, sine fictione, cum contritione animi confiteri. Circa calcem, sive finem cōfessionis, postquam discurrerint per singula peccata & circumstantias, petant à confitente si sentiat se aliquo alio delicto gravatum. Deinde numquid doleat & abhorreat de peccatis perpetratis; Non enim potest gaudere de conversione, aut sperare in se effectum Sacramenti, nisi cui gravè est Deum offendisse, & cui propriæ sordes non fœrent. Vera enim Pœnitentia est, de peccatis dolere, & plangenda iterum non committere.

Nullum esse omittendum peccatum) Lethale nempe, qui enim scienter aliquod retinet, nihil divinæ bonitati per Sacerdotem remittendū proponit, sui que hostis, ac propriæ salutis, gratiæ Sacramentali impedimentum obijcit. Debet enim Pœnitens iure divino, omnia peccata sua, quæ mortalia sunt, & quorum meminit, Sacerdoti in Confessione aperire, & contrarium asserere, Hæresis est, ad cuius rei fidem facit imprimis c. Omnis utriusque sexus ext. de Pœnit. & remiss. eò translatus ex Lateranensi Concilio can. 21. cui suffragatur Trident. sess. 14. can. 5. & 7. de sanctissimo Pœnitentiæ Sacramento: *Si qui dixerit in Sacramento Pœnitentiæ ad remissionem peccatorum non esse necessarium iure d. v. i. n. o., confiteri omnia & singula peccata mortalia, etiam occulta quorum memoria habetur, Anathema sit.* Ex his collige, de necessitate huius Sacramenti esse, ut Pœnitens, omnia peccata sua mortalia confiteatur, alioquin Confessio est invalida, Sacrilega, & iteranda: sed hac de re lege D. Thomam in supplem. q. 9. art. 2. & ibi interpretes.

Nudè, verè, & sine fictione) Omnis enim spes veniæ & misericordiæ est in Confessione vera. Simulata namque Confessio, non est Confessio, sed duplex confusio, ut rectè S. Bernardus de interiori domo cap. 37.

Vera enim Pœnitentia) Effatum est S. Ambrosii quod refertur c. 1. de Pœnit. dist. 3.

III. **P**OSTREMO sciat a confitente nonne ille constituerit abstinere a peccatis. Et si respondeat se non posse, vel saltem ab aliquibus, tunc describat ei periculum in quo est involutus, et quod, etsi non cessaret ieiunare & omnia bona facere, ea ipsi non proficerent ad vitam aeternam ex quo in peccato mortali & proposito peccandi persistit. ; Consulat tamen illi, ut insistat orationibus, ieiuniis, eleemosynis, aliisque bonis, ut sic Deus sua gratia convertat eum a via sua mala; non tamen eum absolvat, sed benignè quibuscumque persuasionibus poterit, deterreat a vitiis, & ad Dei charitatem excitet.

IV **V**IRI qui confitentur, capite sint discooperto, & genibus flexis. Mulieres moneantur caput inclinare, ac velare, & in summa humilitate sese habere in hoc Sacramento.

CAPITE sint discooperto) Synodus Senonensis 1524. *Doccant Curati, seu eorum Vicary publice quomodo Confessio est facienda cum humilitate, & qualiter pœnitentes debent cum reuerentia, & diffidentia pccatorum, ad Sacerdotem accedere, flexis genibus, & iunctis manibus, capite velato, si sint mulieres, & si sint viri, capite discooperto.* Synodus Lingonensis 1404. *Sacerdo dum videt Confessionem, faciat confi-*

entem genua humiliter flectere, & caputium (si est
 se dponere. Synod. Paris. 1557. Pœnientes ad-
 m neant hi qui Sacramentali præsententur Confessione,
 ut il, animo doleat ob admissa, idque in loco aperto, capi-
 ten di, si viri sint: si autem mulieres, velato capite de-
 lictis suis confiteantur: nam mulierum vultus aperiri
 ne rubore perfundantur, prohibemus; cum & Paulus
 pro 1 ad Corinth. dicat, debet mulier velamen habere
 uprà caput suum. Eadem habent, & iisdem ferè
 verbis, Synodi Trecentis, & Aurelianensis, iam
 sæpè citatæ.

Et genibus flexis) Conveniens: namque valdè
 est, ut monet S. Bernardus lib. de Anima, c. 95. ut
 nos qui peccando Deo contumaces fuimus, pœ-
 nuendo supplices Sacerdotibus, & Ministris eius
 simus, &c. Gemat ergo & suspiret, & anxius pro
 peccato timeat, & expauescat, sollicitus discut-
 rat: auxiliares, & intercessores quarat: proster-
 nat se humiliter homini, qui humiliter adstare no-
 luit Creatori. Quare & in Presbyteris, etiam hoc
 locum habere, docuit pridem Synodus Carno-
 tensis 1526. his verbis: *Injungimus Presbyteris se
 confiteri genibus flexis, & non s. per Altaria, sed hu-
 milit r & deuore confiteantur, ut quod à Presbyteris
 agitur, à Laicis trahatur in exemplum.* Sanè primis
 Ecclesiæ temporibus, fuit is mos Christianorum
 antiquus, provolvendi se ad Sacerdotum genua,
 cuius meminit Tertullianus lib. de Pœnit. cap. 9.
 his verbis: *Cum te ad fratrum g. nua protendis Chri-
 stum contrectas, Christum exor is.* Ex quo calumniæ
 in Christianos ansam sumpsisse Paganos, Auctor

est Minutius Felix in Octauio, cum dicerent, ipsos Sacerdotum virilia adorare solitos, eò quod profusi ad eorum genua, sua illis peccata confiterentur humili ac submissâ voce.

Et in summa humilitate sese habere in hoc Sacramento) Non subjectis pulvinaribus, armisque depositis, vanoque vestium cultu ablegato. Concil. Mediol. 5. sub Greg. XIII. cuius verba transcribere Synodi Aquensis Patres anno 1585. habitæ, *In Pœnitentiæ Sacramento magna humilitas summè necessaria est. Itaque Pœnitentes cum ad Confessarium, qui Christi Domini locum in eo minister o tenet, accedunt, intimo animi dolore, omnique humilitate, non subjectis pulvinaribus, si necessitas aliud non postulat, sese ad illius pedes propiciant, ac prosternant, id quod ab Apostolicis vsque temporibus in more, vsuque positum est, ut se reos agnoscant, atque profiteantur mortis aeternæ, Sed & Concil. Burdigalense sub Urbano VIII. cap. 5. num. 8. Moneant Parochi & Concionatores, frequenter fideles, ut pro percipiendo salutari Pœnitentiæ fructu, ad eam cum humilitate animi & corporis demissione accedant. Ideoque quosvis nobiles & Milites armis præcinctos accedentes, nisi depositis prius armis non admittant: Mulieres autem vano cultu ornatas, fucatas, ac pulvere pigmentario conspersas, grauius reprehendant, & ut Pœnitentes Magdalena vestigia legant, & fracto veluti Alabastro caput Christi in pauperibus, & pedes odoribus Vita aeterna perfundant, & velo capita ex Apostoli Præcepto obumbrant, præcipuè hortentur. Quòd autem hic dicitur, de armis deponendis valde consentaneum est an-*

tiquis Ecclesiæ legibus : quibus qui Pœnitentiam agebant publicam , exuebantur vestibus honoratioribus , sicut milites armis , *Can. Admonere* 33. q. 2. nec ulterius ea reperere poterant, nisi iudicio Episcoporum, *Can. Falsus de Pœnit. dist. 5.* Sigebertus in *Chronico*, *Ludovicus Imperator à suis liberis , ac proditus , & in potestatem filiorum redactus , Episcoporum iudicio arma deposuit , & ad agendam Pœnitentiam inclusus est. Et Ivo , epist. 135. C. alto rigore Ecclesiastico arma ei abstulimus.*

V. **M**oderatas imponant Pœnitentias, qui Confessiones audiuerint, non graues, neque duras, sed secundum numerum, qualitatem, quantitatem, & recidiuationem culpæ, & Pœnitentis contritionem, eas moderentur. Admonentes Pœnitentiam esse parvam : Neque parem delictis. Verùm quod quidquid boni fecerit, proficiet in remissionem peccatorum, & eam optimam, & summam esse Pœnitentiam, vt in quantum in Nobis est, abstineamus à peccatis. Si fortè Pœnitens non velit suscipere onus Pœnitentiæ, imponat mitiorem Sacerdos.

Moderatas imponant Pœnitentias) idque non pro suo arbitratu, sed pro peccatorum grauitate, vt scilicet, secundum qualitatem criminis, sit & pœnarum modus, atque ita, ne facilitate nimia, ac pœnarum lenitate, iter ad culpam pœnitenti-

bus struxisse videantur, hoc vnum sibi interim persuadentes, vt rectè monet Synodus Ruthenensis, sub Georgio ab Armeniaco, sese animarum spirituales esse Medicos, qui medelam, atque pharmaca adhibere debeant, quibus æorbi non incrudescant, sed magis sanentur, atque sanitas instauretur. Vt autem Pastores & Confessory sciant, cuiusmodi satisfactiones Pœnitentibus iniungere debeant, maturè expendant verba Trid. Concilij, cap. 8. sess. 14. de S. Pœnit. Sacra, quæ sunt hæc: *Dibent ergo Sacerdotes Domini, quanti in Spiritus & prudentia suggesserit, pro qualitate criminum & Pœnitentium facultate, salitares & convenientes satisfactiones iniungere, ne si forte peccatu conuideant, & indulgentius cum Pœnitentibus agant, leuissima quadam opera pro grauissimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participis efficiantur. Habeant autem præ oculis, vt satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad Vita noua custodiam, & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam & castigationem: nam clauis Sacerdotum, non ad struendum duntaxat, sed & ad ligandum concessas, etiam antiqui Patres, & credunt, & docent.*

Secundùm numerum, qualitatem, & c.) Sanè secundùm differentiam peccatorum, decernendas esse Pœnitentias, dixère Episcopi in Conc. Vormatiensi, Can. 7. Proinde que ad Officium Episcopi pertinet, in Pœnitentia danda; singulorum causas, sinè uerè considerare, originem quoque, modumque culparum, & affectus, gemitusque delinquentium diligenter examinare, manifesteque cognoscere, temporum etiam

et personarum, locorum quoque, et aetatum qualitates inspicere, ut etiam pro consideratione locorum, aetatum, vel temporum, seu pro qualitate criminum, ac gemituum inuisumque delinquentis, à Sacris Regulis oculos non reflectat.

Admonens Pœnitentiam esse parvam, neque parem delictis) Quòd ut faciliùs præstet, optandum esset, ut servaretur illud S. Caroli Borromæi Decretum, quòd extat in Concil. Mediolan. 1 quo Confessoribus præceptum fuit, ut Canones Pœnitentiales benè noscant, & de Pœnitentiis, quam cuique peccato præscripserunt, confidentes admoneant; ut tantò diligentius à peccatis cauere studeant, quantò in Pœnitentiis Canonum mitigandis benigniorem in se Ecclesiam experiuntur.

XXXII.

De Regularibus cuiuscumque Ordinis, sive aliis ad prædicandum, vel Confessiones audiendas non admitendis, nisi fuerint ab Episcopo probati, deque curâ Parochi, ne ab eis errores, aut scandala, in Populum disseminentur.

V IDEMVS NOS deuenisse in eam temporum deplorandam miseriam, in qua homines multi insipientes, increduli, errantes, fervientes desiderii, odibiles, elati, superbi, sine affectione,

sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, in hypochrifi loquentes mendacium, & cauteriatam habentes conscientiam, doctrinis falsis Ecclesiam Dei turbauerunt, confuderunt, oppresserunt, metuendumque est, ne eorum pullulet temeraria audacia. Idcirco Ordinamus, ut illi tantum mendicantes, aut alij Religiosi cuiuscunque Ordinis, vel etiam alij cuiuscunque status permittantur in vlla parte Diocesis nostræ, vel prædicare, vel Confessiones audire, qui à Nobis, vel Vicariis nostris probati fuerint. Injungentes districtè Rectoribus, quatenus ipsi habeant prohibere curiosas, vanas, ac scandalosas disputationes reprobatarum opinionum, & omnium hæresum: & si quem audierint, vel scuerint, statim Procuratori nostro d nuntient.

Qui à nobis, vel Vicariis nostris probati fuerint) Iuxta Clementinam dudum, 5. ac deinde de sepult. Conci. Lateranense, sub Leone X. de modo prædicandi, ac Trident. sess. 23. de ref. cap. 15. suffragantur complures Gallæ Synodi nostrâ antiquiores. De his nos infra plenâ manu.



XXXIII.

De Sacerdote Extremæ-Vnctionis Sacramentum ministraturo,

ACERDOS accedens ad domum infirmi, hanc Sacramenti Vnctionē ministraturus, accedat cum reuerentia, & deuotione, Superpelliceo indutus, cum Stola à Scapulis pendente, cum luminari, cæterisque in hoc Sacramento necessariis, concomitante alio Presbytero si possit, aliàs Clerico, aut saltem Laico, qui possit eum iuuare in dicendis Psalmis, Litanis, & aliàs, illi auxilio esse. Et si vel tempus, locus, aut necessitas vrgeat, tunc poterit solus Sacerdos omnia præstare & absolvere.

Cum reuerentia & deuotione Superpelliceo indutus) Eadem habent iisdemque ferè verbis Synodi Senonensis 1524. Carnotentis 1526. Aurelianensis, aliæque apud Bochellum lib. 3. Decret. Eccles. Gallicanæ, tit. 17. sed & Concil. Mediolanense 4. sub Gregorio XIII. tit. de his, quæ pertinent ad Extremam Vnctionem, ac Rituale Roman. sub Paulo V. cum de hoc Sacramento.

XXXIV.

*Extremæ Vnctionis Sacramentum
quibus dandum, vel non.*

DANDUM est hoc Sacramentum solùm Pœnitentibus confessis, & post Corporis Christi Communionem, si possibile sit infirmum communicare, cùm sit vltimum Sacramentum. Non autem detur pueris, furiosis, & dementibus, qui nunquam requisuerunt, neque etiam condemnatis ad mortem. Sed detur adultis, laborantibus non leui morbo, sed graui, qui id postulant. Si tamen post requisitionem loquelam amittant, nihilominus det illis Sacerdos.

Dandum est hoc Sacramentum) Extrema Vnctio, quibus infirmis ministranda sit, & quibus non, præter Synodos proximè citatas, Senonensem, Carnotensem, &c. docet Catechismus Concilij Trident. ac Rituale Rom. cùm de hoc Sacramento, post D. Thom. in 4. sentent. dist. 23. quæstiunc. 1. 2. 3. & in supplem. q. 32. art. 1. 2. 3. & 4. & art. 4. ad 2. & 4. contra Gentes, cap. 73.

Et post Corporis Christi Communionem) Imò ex Pœnitentiali Theodori Episc. Cantua-

gensis dari debet ante Eucharistiam, cum sit Pœnitentiæ complementum, ut patet ex Can. ab infirmis, 26. q. 7. sed huic tamen refragatur Doctrina Catechismi ad Parochos, ex Decr. Conc. Trident. Pij V. iussu editi, ac hodierna Ecclesiæ praxis.

XXXV.

De qualitatibus Ordinandorum, seu de his, qui à susceptione Ordinum, Sacris Canonibus submoventur.



SOLLICITUDINEM maximam gerimus ad personas promovendorum, ne indigni admittantur. Sed tales, qui scientia, ac virtutibus inter reliquos Christianos præcellant, nulla notâ reprehensibiles, quorum exemplo & Doctrina, excitentur Laici ad Religionis nostræ cultum. Itaque iubemus, ne quis, temerario ausu se ingerat postulans promoveri, nisi ætas, scientia requisita, & boni mores suffragentur: qui sit ex legitimo toro, seu Matrimonio procreatus, non servus, nec servilis, aut adscriptitiæ conditionis, non ratiociniis obligatus, non membris corporis truncatus, non furiosus, aut mente captus, non diabolicâ afflictione

vexatus, non Bigamus, vel verus, vel interpretatiuus, non Simoniacus, vel vxoratus, non Ebriosus, non Tabernarius, non Vinolentus, non Concubiniarius, non Excommunicatus, non Hæreticus, non Schismaticus, non alienæ Diœcesis (nisi fortè sufficientes habeat Litteras Dimissorias à suo Superiore) qui non furtiuè, neque per saltum promoueat; & qui constituerit se immaculatum servare ab immunditia, contagio, & vanitatibus huius sæculi.

NE indigni admittantur) sed ij tantùm, qui (vt ait S. Clemens Pontifex) Can. tales 4. dist. 23. dignè possint Dominica Sacramenta tractare, melius est enim, Domini Sacerdoti, paucos habere Ministros, qui possint dignè opus Dei exercere, quàm multos inutiles, qui onus graue Ordinatori adducant; vt ibi dicitur.

Sed tales qui scientiâ & virtutibus) Vilissimus siquidem computandus est, nisi præcellat scientiâ & sanctitate, qui est honore præstantior, vt habetur Can. Vilissimus, 45. 11. q. 1.

Nisi ætas, scientia requisita, &c.) C. Cùm in cunctis, ext. de elect. & electi potest. Vide suprâ Conc. Provinc. Tolos. part. 2. cap. 6. nu. 3.

Qui sit ex legitimo toro, seu Matrimonio procreatus) Qui enim ex illegitimo, vel damnato concubitu nati sunt, cuiusmodi sunt spurij, seu nochi, & quos naturales appellamus, à factis Ec-

clesiæ ministeriis arcentur ; quamvis enim pater-
no vitio proles innocens grauari non debeat, l. 4.
C. de legit. hæred. obtinuit nihilominus tamen,
vt qui ex iustis, legitimisque Nuptiis procreati
non sunt, ij ad Ecclesiastica munia non admittantur,
nisi Religionem ingrediantur, & à Prælatura
abstineant tota § 6. dist. & c. 1. ext. de filiis Pres-
byter. C. Consuluit §. de servis non ordin. apud
Greg. cuius prohibitionis triplex ratio affertur à
Iuris Pontificij interpretibus ; vna est metus in-
continentiæ paternæ, quoniam sæpè accidit, vt
mores patris scèdetur filius. Altera est, vt hoc
etiam pœnæ genere, pledatur, ac vindicetur cri-
men paternum, quamvis nihil admiserint filij, &
re verâ, alieno laborent vitio, l. spurij, ff. de De-
curio. l. legem, C. de Natural. lib. Can. Nasci § 6.
dist. Tertia ratio, eorum qui ita nati sunt probum
quoddam, & ignominia, ob quam indigni tanto
munere iudicantur : Nam etsi Prætoris edicto no-
tati non sint, nec inter infames habiti, tamen ea
est ferè hominum de ipsis opinio, is contemptus
vt non immeritò maculâ quapiam aspersi quibus-
dam videantur. Iis tamen gratiam facere poterit
Episcopus, quoad minores Ordines, & Beneficia
quibus animarum cura non cohæret ; ad maiores
verò Ordines, Beneficiaque curam animarum ha-
bentia, faciendæ gratiæ facultatem ipsis ademit,
& summo Pontifici reservavit, Bonifacius VIII.
summus & ipse Pontifex, cap. Is qui defectum de
filiis Presbyt. & aliis illeg. natis : vide Quare-
num, lib. 4. de sacris Ecclesiæ Ministeriis.

Non servus, nec servilis, aut adscriptitiæ conditionis) seruum, aut simili modo conditioni obnoxium in Clerum coaptare, nisi à Domino suo libertatem sit consecutus, vetat Canon Apostolorum 8. & complura Conciliorum Decreta, de quibus apud Gratianum, dist 54. & apud Gregorium toto tit. de servis non ordin. & eorum manumissione; quibus & suffragantur Capitularia Caroli Magni, lib.1. cap. 57. & 88. & lib.7. cap. 34 Ratio redditur in dicto Can.82. aliamque refert Leo Pontifex: debet enim (ait ille) esse immunis ab aliis, qui Divinæ Militiæ est aggregandus, ut à castis Domini, quibus nomen eius adscribitur, nullis necessitatis vinculis abstrahatur, textus est in Can.1. dist 54. ab illis tamen excipiuntur servi, qui Dominis consentientibus, vel scientibus, nec reclamantibus, in Clericorum numerum assumuntur, cum eo ipso non tantum liberi, sed & ingenui fiant, extincto iure patronatus c. si servus sciente, c. Admittuntur 54. dist. De servis qui Clerici fiunt: vide l. 37. & l.38. C. de Episcopis, Nouell.123. c 17. adde Nouell. Leonis 9.10.11. vide & Photium nomocan. 36. Quin & servus, Monachus fieri non potest, C. si quis servus, 17.q.4.l. Iubemus, l. Servus, C. de Episc. & Cleric. extatque in eam rem Leonis Imperatoris Constitutio in Nouell.10. de servo, qui in scio Domino, Monachismum suscepit.

Non ratiocinis obligatus) Ut sunt Tutores, Curatores, Procuratores, Actores, Exsecutores, &c. Ij etenim ante depositum Officium, reddi-

tasque ab eis rationes, sacris Altaribus ministrare prohibentur, c. Vnic. ext. de obhgatis ad ratio-
cinia ordinandis, vel non, c. Magnus Episcopus
& c. Legem, dist. 54. l. 4. C. de Episc. & Cleric.

Non membris corporis truncatus) Cuiusmodi
sunt eunuchi; ij, scilicet, qui sponte sibi virilia
amputarunt, qui nec Lege Moysis solum, quæ
extat Leuitici, cap. 21. sed & sacris Ecclesiæ Ca-
nonibus arcentur à Clero, idque etiam si, sedandæ
libidinis causâ, hanc exsectionem passi sint, c. Si
quis absceiderit, c. Hi qui, c. Si quis pro ægritu-
dine, 55. dist. c. Significante de corpore vitiatu,
eoque nomine Leontium Presbyterio priuatum
fuisse refert Socrates lib. 2. Hist. Eccles. cap. 21.
Origenisque, qui seipsum etiam spontè abscidit,
Ordinationem à Demetrio Alexandrino Episcopo
damnatum fuisse legimus apud Eusebium lib. 6.
Hist. Eccles. cap. 8. & apud Epiphanium lib. 2,
Hæresi 64. nec immeritò, cum hi, ut ait Canon
Apostolicus iam Laudatus, & sui ipsius homicidæ
sint, & creationi Dei inimici: imò; neque vi-
rorum, neque mulierum numero habendi esse vi-
deantur, ut olim Romæ in causa Genutij cuius-
dam decretum fuit. Quin & illi, qui sponte di-
gitum, aut eius partem, aliudve membrum hu-
iusmodi sibi absceiderunt, eadem interdictione
continentur, id est, ab Ecclesiasticis Ordinibus
submoventur, c. Qui partem, 55. dist. quod Am-
monio Monacho quondam accidisse ferunt Hi-
storici sacri, qui aurem dexteram sibi præcidit,
ne Episcopus ordinaretur. Qui verò propter

morbum, secari se à Medicis passi sunt, vel per vim à Barbaris, ac latronibus, siue à Dominis suis, Eunuchi facti sunt, aut ita nati, ij ordinari non prohibentur, C. Si quis à Medicis cum 3. seq. dist. 55. c. ex parte de corpore vitiatis ext. Idem dicendum est, si casu aliquo fortuito, vel alieno factò, id acciderit d. can. quæ partem c. præcepta 55. dist. & c. 1. de corpore vitiatis, sicut enim in illis perversa voluntas iustè vindicatur; ita in his casibus, vel alienum factum veniam mereatur d. can. Qui partem, & can. Lator dist. 55. Si quis tamen aliquod membrum, aut partem corporis amiserit, quæ ad ministerium, functionemque Ecclesiasticam necessaria sit, tunc distinguendum videtur spontè, an alieno factò, siue fortuitò, id factum sit; Nam, etsi casu, & sine culpa sua, id obtigerit, ei Sacerdotij iura, Sacri Canones non concedunt, non quia læso corpore est, inquit, Canon Apostolicus 77. sed ne ministerium Ecclesiasticum impediatur, sicut à Gelasio responsum est in eo, cui per vim oculus ab alio excusus fuit, ne ad Sacerdotii gradum eveheretur c. fin. dist. 55. quòd si fortè claudicat tantum, ita vt, baculo non incedat quod iure prohibitum c. nullus de consecrat. dist. 1. vel vno oculo orbatus sit, sed ita, vt muneribus Sacris nihilominus absque magna deformitate defungi possit, Canones eum, a ministerio non repellunt, c. Apostol. 76. & c. 10. 55. dist. Nam, vt ait, d. Can. Apostolicus, mutilatio corporis ipsum non pollut, sed inquinatio animæ; Et quamvis poste-

rioribus Pontificum Decretis , altero carens oculo Sacerdotio excludatur d. can. vlt. 55. dist ; atque etiam quod maius est , macula in oculo dubitationem ingerat , in cap. 2. ext. de corpore vitiat. hoc ita tamen intelligendum , si ea res magnam ei deformitatem afferat , quæ scandalum pariat , d. can vlt. 55. dist. can. Presbyterum de Cleric. ægrot. quod & in claudio locum obtinet. Sed de his satis ; plura lege apud Anton. Augustinum epitom. iur. pont. lib. 27. tit. 21. de his , quibus aliquod membrum deest non ordinandis.

Non furiosus aut mente captus) c. Maritum dist. 33.

Non diabolica afflictione vexatus) Nam & is Sacerdotio repellitur veteribus Canonibus can. Apostol. 78. d. can. meritum cum 3. seq. dist. 33. lege Duarenum de Sacr. Eccl. minister, lib. 4. cap. 4.

Non bigamus) d. can. Maritum dist. 33. can. curandum cum sequentibus capitulis dist. 34. can. ex Pœnitentibus 50. dist. & toto titulo ext. de bigamis non ordinandis ; vide Anton. Augustini. Epitomen Iuris Pontificij lib. 27. tit. 13. de Bigamis non ordinandis & Duarenum vbi supra c. 8.




Non Simoniacus) 1. q. 1. per totum & c. inquisitionis de accusat, c. nisi 10. §. propter conscientiam ext. de renunciatione; Sed vt plura paucis perstringamus, si scire cupis, quæ sint culpæ impedimenta que Canonica, quibus irretiti, a Cleri ordinationibus excluduntur, iuxta Sacrorum Canonum, ac Conciliorum præscriptum, accipe ex Concil. Mediol. 4. sub S. Carolo tit. de iis quæ ad Sacramentum Ordinis pertinent ex quo postmodum transcripsit Concil. Burdigalense habitum anno 1624. cap. 6. ibi enim hi enumerantur,

Minores natu.	Servi.
Sacramento Chæismatis non confirmati.	Corpore vitati.
Rudes & ignari.	Insigniter deformes
Criminosi.	Illegitimè natu.
Solemniiter Penitentes.	Peregrini & ignoti
Neophyti.	Bigami.
Ebrietati & gulæ dediti.	Irregulares quovis alio modo.
Impudici.	Suspensi.
Lapsi post ordinem susceptum.	Interdicti.
Periurj.	Excommunicati.
Vsurarij manifesti.	Amentes.
Infames.	Morbo caduco laborantes.
Ratiociniis obligati.	Energumeni.



XXXVI.

Literæ Dimissoriae quibus concedendæ.

 LITERÆ dimissoriæ illis tantùm concedantur ad ordines, quos constiterit nostris Vicariis, aut Officiali nostro, a vitiis proxime enumeratis puros esse & liberos, debitâ examinatione super his interpositâ,

Illis tantum concedantur) Concil. Trident. sess. 23. cap. 8. de reformat. *Unusquisque a proprio Epi o, o ordinetur: quòd si quis ab alio promoveri petat, nullatenus id ei, permittatur, nisi eius probitas ac m res ordinarii sui testimonio commendentur.* Et antea ead. sess. cap. 3. *Episcopi per semetipsos ordines con- rant: quòd si aegritudine fuerint Impediti, subditos nos non aliter, quam iam probatos, & examinatos, ad alium Episcopum ordinandos dimittant.* Hinc conc. Provinc. Tolosan. part. 2. cap. 6. num. 4. *Presentibus Clericis dimissorias literas numquam sine e amine Episcopus concedat, absentes certi alicuius al- ternus Episcopi censura subiiciat: quibus literis exami- nis mentio nulla fiet, illæ pro sulreptiis habeantur.* Et postea num. 5. *dimittendorum vitam, mores, ge- nus, doctrinam, siquidem eius adhibito examina pro- lar nem ante fecerit, proxime susceptum ordinem, & dispensationem, si qua sit, etatem etiam, titulum psonis, Beneficii, patrimonni dè, censum, si ma-*

maiorum id ordinum promotio requirat, commendatissimis literis Episcopus adscribat: Vide quæ nos adnotavimus supra, & constit. sequentem.

XXXVII.

De titulo a promovendis, ad Sacros ordines exquirendo.



VM in grave ordinis Clericalis scandalum; ac dedecus videamus, haud paucos Sacerdotes nudos, mendicos, & necessariorum egenos. Inhibemus, ne quis promoveatur, vel ei literæ dimissoriæ ad sacrum Subdiaconatus ordinem concedantur, nisi sub beneficii titulo, viginti quinque librarum Turonensium, vel proprii patrimonij similis valoris, super quo per Vicarios nostros aut Officialem nostrum, aut alios a Nobis delegandos, fiat diligens inquisitio, per testes omni exceptione maiores. Si autem titulus patrimonialis, ad eum pervenerit vel pertinuerit, ex concessione aut donatione, vel intitulatione alterius, similiter inquiritur an præfatam summam possit redditus recessæ repræsentare. Deinde super promiss-

sione, remissione, aut, (vt dici solet) quit-
tanta, seu qualibet aliâ fraude, si qua in-
tervenerit inter attitulantem, & attitulatum,
aut cedentem & cessionarium, exigatur Sa-
cramentum cedentis, sive attitulantis, nec-
non cessionarii, vel attitulati. Iurabit au-
tam cedens, vel attitulans, se donasse sine
ulla fictione, aut spe in posterum recuperan-
di; Cessionarius autem, aut sic attitulatus,
affirmabit, nullum esse inter eum, & ceden-
tem pactum, de restitutione rerum cessa-
rum, suarum esse intentionis, illa retinendi
& quamdiu vixerit utendi,

Nisi Beneficii vel patrimonii) Idque iuxta an-
tiquos Canones, quibus absolutè, & sine
titulo, ordinationes fieri verantur. Ita enim
hac de re, sanxerunt Concilii Chalcedonensis
patres can. 6. qui situs est. in dist. 70. Gratiani
cuius tamen verba, uti sunt apud Gratianum, in-
fideliter & infœliciter a veteri interprete, è Græ-
co versa fuisse, ex huiusque prava interpretatio-
ne, dum *Manifestè, pro, specialiter, possessionis, pro*
πάγι, seu νομῶν ὀπο χῶμῶν, Legit vetus ille interpres,
fluxisse consuetudinem illam, quæ magno repu-
blicæ Christianæ damno usque nunc servatur, quâ
ordinandi, si Ecclesiasticum non habeant titulum,
saltem patrimonialis, vt loquuntur, hoc est pos-
sessionis vel fundi alicuius, eis assignetur, unde
vitam possint sustentare, iure merito *questi* sunt

iam pridem viri eruditi & probi: Quare, ne a-
 ctum agamus; vide quæ de vera huiusce Canonis
 interpretatione viri docti Franciscus scilicet Dua-
 renus lib. 1. de Sacr. Eccles. minister. cap. 19.
 Gentianus Heruerus in oratione de reparanda Ec-
 clesiastica disciplina, & Ioannes Filescus de ori-
 ne paroëciarum cap. 3. commentati sunt. Sed
 nec Concilio Chalcedonensi solum, absolute
 quemquam ordinari veritum, sed & Placentino
 sub Urbano II. cuius hæc sunt verba apud Gra-
 tianum d. dist. 70. can. 2. *sanctorum Canonum sta-
 tus consona sanctione decernimus, vt sine titulo facta
 ordinatio, irrita habeatur, & in qua Ecclesia quis in-
 titulatus est, in ea perpetuò persueret.* Cui suffragatur
 Canon Episcopi 80. dist. qui sumptus est, ex Epist.
 3. Anacleti cap. 2. Verùm posteriores Pontifi-
 cum Constitutiones, huic iuri derogauerunt, qu-
 bus constitutum est, vt irrita non sit ordinatio sed
 is qui ordinavit, ordinatū, si egens sit, interim ale-
 re cogatur, dum certus ei titulus assignatus fuerit,
 c. 2. c. Episcopus qui sumptus ex Concilio Lateran.
 sub Alexand. III. & c. cum secundū ext. de Prab.
 & dignit. sic enim loquitur Innocent. III. d. can. cū
 secundū §. licet. *Licet aut m prædecessores nostri, or-
 dinationes eorum, qui sine certo titulo promouentur, in
 iniuriam ordinantium irritas esse voluerint, & inanes:
 Nos tamen benignius agere cupientes, tandiu per o d-
 natores, vel successores eorum, provideri volumus or-
 dinatis, donec per eos Ecclesiastica Beneficia consequantur.*
 Cuius constitutionis pœnas innovavit Concil.
 Trident. sess. 21. cap. 2. de reformat. adiectâ in-
 super rei, quæ titulo Sacerdotali destinata est,

alienationis prohibitionem : quod & cautum fuit constitutione regiâ in Comitibus Aurelianensibus lata art. 12. eâ etenim proventus, vel bona in titulum Sacerdotum collata, ab ordinato, vel alio eius nomine, non possunt alienari, vel hypothecæ subici, vel oppignerari, a tempore scilicet Promotionis. Huius autem prohibitionis ratio potissima est, ne qui Divino ministerio sunt adscripti, mendicare cogantur; turpis equidem in Clero visa est mendicitas, tum quod in Ecclesiæ decus vergat, tum quod eius ministros ad vilem questum, & servilia opera adigat, sicque contemptibiliores reddat, quos apex tantæ dignitatis sublimat, qua de re conquestus sic olim divus Hieronimus ad Rusticum : *Mendicat infelix Clericus in plateis, & servili operi mancipatus, publicam à quolibet poscit elemosynam : & quidem ex eo despicitur unctæ sacerdotale officium, dum misericordia desolatus, iuste putatur ad hanc ignominiam devenisse.*

Viginti quinque librarum turonensium) Viginti libras Parisienses ad minus, requirit Concil. Senonense sub Cardinali à Prato Franciæ Cancellario habitum; Concilium verò Burdigalense an. 1624. cap. 6. §. 4. centum Viginti libras Argentæ ad minus, statuta antiqua Lombardiensis Diœcesis libras centum, Quinquaginta autem constitutio, Aurelianensis art. 12. sed hac de re vix certa regula constitui potest, quare sequenda est, quæ à Conciliis, maximè Tridentino præscribitur, ut ea solum spectanda sit, quæ pro temporum diversitate, ad Clerici vitam sustentan-

dam, honestè sufficiat.

Fiat diligens inquisitio) In ea scilicet Parochiali Ecclesia intra cuius limites maior eius census, sive Ecclesiastici, sive alterius generis, pars posita est, ut denunciari queat, si quæ vel confictio sufficientis census, vel alia fraus subest, vel aliud, quam ob rem illud Beneficiû aliumve censum nõ pacificè possideat: vel si quæ census illius pars ære alieno, aliove modo obstricta teneatur, unde is, deinde initiatus sacris, nõ habeat satis unde vivat, cogaturque propterea turpiter victum quaritare, vide Concil. Mediol. 4. sub S. Carolo tit. de Sacramento ordinis, hucque refer constitutionem Aurelianensem proximè laudatam, quæ de titulo Sacerdotali loquens art. 12. hæc habet: *Lequel revenu temporel soit certifié sans fraude pardevant le iuge ordinaire estre de valeur de cinquante livres tournoises par an, au moins par quatre Bourgeois & Habitans du lieu solvables, qui seront tenus fournir, & faire valoir ladite somme.*

Iurabit autem cedens) Concil. Mediol. 6. sub S. Carolo cap. quæ ad ordinis Sacramentum pertinent, *Ne quis patrimonii ab alio cuiusvis conditionis hominis assignati, aut promissionis titulo, quæ certâ cautione de re omni, victui necessariâ suppeditandâ, facta sit, sacris ordinibus maioribus iniicietur; Nisi præter ceteras præscriptas cautiones, illud etiam publico instrumento caveatur, eâ certâ adiectâ clausula, ut uterque, & qui patrimonium assignat, & cui assignat, iure iurando affirmet, id patrimonium verè possideri, obtinerique, ac nihil præterea inesse doli & fraudis*

dis, nullumque esse eo nomine contractum inicum, nullumque promissum factum, nec verò in posterum se aliquid acturos, facturosque esse, quominus Clericus, quò initiandus est, assignato patrimonio, verè rectèque ipso utatur, fruatur: proindeque si quid contractum, gestum, factumue erit: id omne inicum, rescissum atque planè ipso iure nullum, nulliusque roboris esse, velle. Si quid autem contra actum erit, eì præterea qui sacris initiatus est pœna sit, ut statim, ipso facto, arbitrio Episcopi ab ordinum, quos susceperit munere, functioneque suspensus sit, nec aliis maioribus ordinibus adscribi possit.

Factum de restitutione) Qui enim dolo, vel fraude utitur, ut ordines obtineat, ut si cum ipso met Episcopo ordinante, vel cum alio; qui ipsum ad ordines præsentat, paciscatur, ad numquam perendam sustentationem, vel Beneficium, vel aliquid aliud, unde ali possit, sic ordinatus, manet suspensus ab executione ordinis sic suscepti, donec dispensationem à Sede Apostolica meruerit obtinere; ut expressè decisum fuit à Gregorio IX. cap. 45. ext. de Simonia, idem habetur in cap. per tuas nobis, eod. tit. & additur ibi hanc suspensionem incurri, etiam si quis, ex ignorantia iuris pacium illud fecerit, vide infrà Concil. Provinc. Tolosan. part. 2, cap. 6. num. 12.

XXXVIII.

*De Clerico alienæ Diœcesis non appro-
bando, seu recipiendo, sine literis
testimonialibus sui Episcopi
Diœcesani.*



VM autem (provt accepimus) frequenter accidunt, Sacrilegos, Homicidas, Irregulares, ac aliis gravibus criminibus notatos, aufugientes à proprij iudicis presentia, quæsisse, in hac Diœcesi suis delictis latibulum in grave animarum nobis committarum periculum. Inhibemus dicto Vicario, aut Officiali nostro, ne quem approbet, aut permittat in hac Diœcesi nostra manere, nisi qui super illius vita propria ac moribus, literas testimoniales à suo Diœcesano, aut Officiali, vicariisve ipsius, exhibuerit, continentes eum esse Sacerdotem, neque innodatum sententiâ excommunicationis, laudabilis etiam vitæ & conuersationis esse, simul cum literis promotionis suæ ad ordines sacros. Interrogabit autem peregrinum Sacerdotem, vica-

ius officialis, seu Examinator, de locis in quibus moram traxit de causis peregrinationis extrà suam Dioecesim, aliisque circumstantiis, quas Nos arbitrio illius relinquimus, antequam examinationem & approbationem, scripro confirmaverit.

A Vfugientes à proprij iudicis præsentia) apostitè ad hanc rem Synodus Maclouensis sub Almarico Amotæo Maclouensi antistite habita an. 1434. Nonnulli Clerici vinculo excommunicationis adstricti, aut Apostata seu Irregulares, & qui aliquando presbyteri non sunt, vel gravia & enormia perpetrarunt, suam patriam, in qua de ipsis, eorumque criminibus & delictis, notitia habebatur, refugiant, ac suorum superiorum illudentes iurisdictionem, in remotis partibus se ad ministeria pertractanda in M. S. S., & alijs dignis officijs inuerecundè ingerere presumunt, populum seducentes & diuina maiestatis iracundiam prouocantes. Nos igitur tantis malis obviare cupientes, Statuta prædecessorum nostrorum super hoc edita innovando, inhibemus omnibus & singulis Ecclesiarum Parochialium Rectoribus, & Capellanis Curijs nobis subditis, ne contra iuris prohibitionem ad diuina publicè mysteria pertractanda vel celebranda, quemquam extraneum & Dioecesis aliena peregrinum, in huiusmodi Parochialibus Ecclesijs seu Capellis intra fines earum constitutis admittant, vel recipiant, sine nostris aut Officialis nostri litteris & licentia speciali: sub pena centum Solidorum & alijs in Canonum

transgressores panis à iure statutis. Sed & Synodus posterior eiusdem Diœcesis an. 1522. sub Dionysio de Brissonnet celebrata. Et quia plerumque mali consueverunt loca nationis suæ fugere, cupientes ab usibus in quantum possumus obuiare; omnibus & singulis præfata nostra Diœcesis Macloniensis Rectoribus & eorum loca tenentibus & cuilibet præcipiendo mandamus, ac districtè inhibemus, ne vagabundos & ignotos sacerdotes in suis Ecclesiis diuina celebrare permittant; aut quouis modo tolerant, nisi eorum litera per nos seu vicarium nostrum visa extiterint; & celebrandi facultas illis concessa fuerit; Merito igitur Concil. Trident. sess. 22. de obseruandis & euitandis in celebratione Missæ: singuli in suis Diœcesibus interdiciant ne cui vago, & ignoto sacerdoti celebrare liceat.

Literas testimoniales à suo Diœcesano) Constat illud pridem Clericos vel Monachos, qui de suis ciuitatibus proficiscuntur, quacumque de causa, literis Episcoporum debere muniri; neque aliàs recipi posse ab extraneis Episcopis, quæ literæ in canonibus Apost. c. 12.] & [in synodis habitis in Græcia, dicuntur *ῥογμωρα οὐσανα* latinis commendatitiæ & formata, à forma seu sigillo quod addebatur can. Ecclesiis in fine 68. dist. can. extraneo can. nullum absque formata 72. dist. can. in nomine patris, & can. sanctissimo dist. 3. & can. paternitati tuæ ext. de clericis non resident. Hinc Concil. Chalcedonense an. 451 can. 13. *Peregrinos Clericos, & ignotos, in alia ciuitate sine commendatitiis litteris proprij Episcopi*

usquam penitus liceat ministrare : habetur hic canon apud Gratianum in d. can. extraneo dist. 71. sed emendandus ut ex ms. cod. Zonaræ & Mathæo Blastare adstruunt viri docti ; nam pro *ἀεὶ ὡς*, quæ vox ignota significat, *ἀεὶ ὡς* id est lectiores legit latinus interpret, mendoso græco codice vltus, sed & concil. Mileuitanum an. 416. c. 2. Placuit ut quicumque clericus propter necessitatem suam alicubi ad comitatum ire voluerit, formatam ab Episcopo suo accipiat, quod si sine formata voluerit pergere à communionem remoueat. Concil. Andegauense an. 453. c. 1. Clericis non liceat de loco vno in alium sine Episcopi permissione transire, nec sine commendatitiis literis commeare. Concil. Veneticum, Vennes, an. 453. c. 5. Clericis aut monachis, sine commendatitiis epistolis Episcopi sui, licentia non pateat ambulandi, aut euagandi, & in omni loco, ad quem sine epistolis Episcopi sui ut dictum est, venerint, à communionem habeantur alieni. Concil. Agathenic an. 506. cap. 52. Presbytero, aut diacono, vel clerico sine antistitis sui literis ambulandi communionem nullus impendat. Concil. Turonense 3. an. 813. c. 13. Vnusquisque eorum parochiam suam diligenter perscrutator nitatur, ne aliquis presbyter ab alterius parochia in suam commigrans, officium celebrare presumat, sine literis commendatitiis, idem verat Concil. Aquigranense an. 816. cap. 43. 44. 45. 49. 51. & 71. Concil. Parisiense an. 829. lib. 1. cap. 36. Concil. Aquigranense an. 836. part. 2. cap. 22. Melitonic an. 845. cap. 50. & canones iam citati, quibus adde can. tua nos c. inter quatuor, tuæ

fraternitatis, c. te nobis de clericis peregrinis apud Gregorium; sed & Concil. Trident. sess. 23. cap. 16. de reformat. cuius hæc sunt verba, *nullum præterea Clericus peregrinus sine commendantiis sui ordinarii literis ab ullo Episcopo ad divina celebranda, & Sacramenta administranda admittatur.*

Neque Innodatum sententiâ excommunicationis) Et rectè; qui enim à suo Episcopo excommunicatus fuit, eum ab alio suscipi non debere è prohibuerunt iam pridem sacri Canones, & imprimis Canon Apostolicus duodecimus; Concil. Nicænum j. cap. 5. & refertur ij. quæst. 3. can. 74. Arelatense 2. can. 8. Antiochenum j. cap. 6. qui habetur c. 2. ij. quæst. 3. Sardicense cap. 13. Carthaginense 2. cap. 7. Taurinense cap. 6. Teleptense, aliàs sed Mendose Telense cap. 9. Turonense 2. cap. 8. Lugdunense j. cap. 4. & Remense sub Eugenio 3. Papa an. 1148. c. 1.

XXXIX.

De Sacerdotibus extraneis, ad Sacramentorum administrationem, Missasve celebrandas non admittendis, sine licentia Episcopi.

PROHIBEMUS omnibus Rectoribus, Vicariis, aut aliis, qui præsunt Capellæ, aut alij loco religioso in ac Diœcesi, ne aliquem permittant extra-

netum Sacerdotem celebrare, audire confessiones, aut alia Sacramenta in nostra Diœcesi administrare sub pœna grauis emendæ ; Non tamen intendimus viatorem honestum Sacerdotem, modico tempore ex deuotione sine quæstâ celebrare volentem, prohibere.

NE aliquem permittant extraneum Sacerdotem) Extraneum Sacerdotem hic vocamus, qui propriâ relictâ Ecclesia ad aliam diuertit, & istum nullo modo suscipi debere ab alia Ecclesia, sed cum omni necessitate cogi, vt ad propriam Parochiam reuertatur, voluerunt Patres Synodi Nicænæ primæ œcumenicæ can. xvi. pertinacem verò, ex communicationis pœnâ percellili; quod & postmodum definitur Concil. Cathaginensi 3. an. 397. can. 37. & 44. sed & Concil. Turonense 1. cui præfuit S. Perpetuus Turonensis Episcopus an. 482. c. ij. *Si quis verò clericus absque Episcopi sui permissu derelictâ Ecclesiâ suâ, ad alium se transferre voluerit locum, alienus à communionem habeatur.* Quin & Concilium in palatio Vernis habitum sub Pipino Rege an. 756. c. 12. *Qui alterius Ecclesiæ Clericum susceperit, nisi ad excusandum rationabiliter, placuit à communionem suspendi, & eum qui suscepit, & qui susceptus est, quousque Clericum qui transfatus est, fecerit ad suam Ecclesiam reuerti.*

X L.

*De Matrimoniis Clandestinè non
contrahendis.*

M tanta sit Matrimonij dignitas, vt à Deo omnium conditore, primum sit omnium Sacramentorum, in Paradyso terrestri inter primos Parentes, nondum peccati labe foedatos sed originalis iustitiæ gratiâ præditos institutum, & in officium multiplicandæ prolis, Angelorum reparandæ ruinæ gratia traditum. Dehinc patribus sanctis similiter in officium multiplicandæ prolis, refrænandæ concupiscentiæ remedium. In quorum semine benedicerentur omnes gentes; præceptum postea ab omnipotentis Dei filio vnigenito ex naturæ humanæ assumptione consecratum & in Cana Galilææ sanctificatum. Insuper à militantis Ecclesiæ sanctissimis Principibus siue Patribus, & eiusdem Ecclesiæ vniuersalis generali Concilio Spiritu sancto præside coadunato super personarum

nubiliū ætate, qualitate, conditione, in contrahendi modo, tempore, & loco, quâ forma, quibusve solemnibus & honoribus celebrandū tam ingeniosè discussum, tamque prouide, diligenter, maturè & luculenter exiit digestum, limitatum, ordinatum & constitutū. Dolentes referimus vsque adhuc toleratam pessimam illā Consuetudinem imo potius corruptelam, à iure reprobata: quæ contra omnem sanctissimam iuris sanctionem, & totius Ecclesiæ Gallicanæ approbatam Consuetudinem, in nostra Tolosana Diaecesi inoleuit. Vt pote, quòd Matrimonium contrahentes in loco priuato clandestinè per laicos, Sacerdotibus sacramentorum ministris eiectis, imo veriùs tam graue facinus fugientibus, non editis banis, per verba de præsentibus, nullo pacto per sponsalia priùs initiatum ausu temerario contrahere præsumant. Vnde Redemptor noster in Ecclesia sponsa sua contemnitur, & spernitur qui, ait. *Qui vos spernit, me spernit.* Et frequenter non connubia, aut matrimonia, sed multa incestuosa commercia, adulteria, sacrilegia, raptus fornicarij, & teste veritatis deficiente, falsa testimonia, innumera periuria, exoriti &

perpetrari videmus ; Sæpè enim verò, etia in nobiles, diuites, & viduæ suis filiabus faciliè pro sexus & ætatis fragilitate deceptis, ab ignobilibus & pauperibus, à petulcis & fraudulentis iuuenibus dolosè spoliantur & maliciosè priuantur, orphani falluntur, & multa dissidia inter contrahentium parentes nasci & prouenire perhibentur. Nos igitur sanctorum patrum vestigiis inhærentes, & pro vt in officio nobis iniuncto incumbit, tam laudabili Sacramento debitam reuerentiam exhibere, tantis nostrorum subditorum pestiferis periculis obuiare, & animarum saluti prouidere cupientes, matrimonia huiusmodi, per verba de præsentibus non editis antea bannis contracta, Ecclesiæ vniuersalis Constitutionibus sacris contraria & clandestina censentes.

Interdicimus & districtè prohibemus, non obstante quacumque consuetudine, aut veriùs perniciofa corruptela in oppositum, ne de cætero talia fiant, sub excommunicationis pœna, quam ferimus in illos, qui talia contrahent, aut contrahentibus præsentibus, associantes, aut testes aderunt. Sed volentibus matrimonialiter copulari ; Mandamus, & in virtute sanctæ obedientiæ præ-

ſpimus, vt ſecundum iuris Canonici legitimum ordinationem primum ſponſalia publicè initiēt per verba de futuro, coram Rectore ſuo, aut eius Vicario, vtriuſque Conſenſum ſtipulante, teſtibus fide dignis ad hoc vocatis. Et vterque contrahentium dicat pro forma, ſcilicet, vir accipiam, vel ducam te in vxorem meam: ita promitto & iuro. Celebratis autem ſponſalibus banna per tres Dominicas, aut tria feſta colibilia in locis vbi debent publicari, poſteā publicentur & edicantur. Et his editis contrahent Matrimonium per verba de præſenti in Eccleſia coram ſuo Rectore, aut eius vicario vtriuſque conſenſum, ſicut dictum eſt, ſtipulante, & recipiente: Et tunc vir ſic exprimat conſenſum, dicens, mulieri, Accipio te in meam vxorem: Et mulier viro, Accipio te in virum meum, & hoc facto ſtatim Sacerdos faciat benedictionem in talibus conſuetam.

Hoc mandatum ſeu ſtatutum ſub prædicta excommunicationis poena obſeruari iubemus. Iniungentes omnibus Rectoribus ac eorum vicariis, & omnibus aliis animarum curam habentibus ſub poena ſuſpenſionis, ad minus per vnum meſem, quatenus hu-

iufmodi statutum feu constitutionem publicent & declarent ; faltem femel quolibet mense in lingua vulgari fiue romancio , fuis parochianis die Dominico , ad miffatum folemnia audienda congregatis. Similiter fub eadem fufpensionis poena , fideliter denunciare habeant nobis , vicario , aut Officiali noftro , omnes & fingulos præfentis Constitutionis violatores, vel transgreffores poft illius publicationem, in nofta Synodo & fuis Ecclefiis factam & habitam.

Primum fit omnium Sacramentorum in Paradifo terreftri inftitutum) docuere id pridem nonnulli Doctores Catholici , inter quos Albertus Pighius, Alphonfus à Caftro , Ambrofius Catharinus & hi antiquior Alexander Alenfis ; attamen eorum doctrinam iure improbant recentiores Theologi, iique non infimæ notæ : Nec enim , in ftatu innocentia , naturalis , & veteris legis, matrimonium Sacramenti rationem habuit, in eo fenfu , quo in noua lege dicimus, feptem effe Ecclefiæ Sacramenta. Sed ad rationem Sacramenti eleuatum fuit à Chrifto ; ita vt , ex eius inftitutione habeat , quod gratiam conferat , vt eruditè probat Pontius cum aliis , lib. 1. cap. 5. de hoc Sacram. quando verò eleuatum fit Matrimonium ad rationem Sacramenti , non conueniunt DD. vt optimè aduertit idem Pontius, (qui ibidem de matrimony inftitutione , & qua-

tenus est contractus, & ut est Sacramentum accuratè differit,) Quidam, quando Deus homo factus est, eleuatum dicunt. Alij in nuptiis Galilææ, quibus Christus interfuit Plerique Mathæi 19. cùm Christus ad primam institutionem matrimonium reuocauit. Sic Scotus in 4. dist. 26. quæst. vnicâ. Sed res ista incerta est, illud tantum certum, Sacramentum à Christo Domino institutum esse, sicque nouæ legis esse Sacramentum & ita definiere Concil. Florent. in instruct. Armen. sub Eugenio 4. & Trident. sess. 24. can. 1. de reformat. matrim. & sess. 7. can. 1. de Sacram. Lucius 3. in cap. ad abolendam de hæreticis apud Gregorium.

Generali Concilio) Lateranensi sub Innocentio 3. cap. 51.

A iure reprobata) c. aliter & seqq. 30. quæst. 5. cap. cùm inhibito ext. de clandest. desponsat.

Contra omnem sanctissimam iuris sanctionem) Sacri scilicet Lateranensis Concilij proximè citati cap. 51. ac contra summorum Pontificum, qui illud præcesserant, nimirum Euaristi, Hormisdæ, Leonis 4. Nicolai 1. aliorumque decreta, quæ extant d. c. aliter, c. nullus, c. nostrates, c. qualis, 30. qu. 5. Sed & in Gallia nostra potissimum, exosas fuisse ab antiquo, clanculanas nuptias, nec autoritate Ecclesiæ celebratas indicat Conci. Arelatense 3. cap. 6. & habetur apud Gratianum c. nullum sine dote fiat coniugium, nec sine publicis nuptiis, quisquam nubere, vel uxorem

ducere præsumat 30. qu. 5.

Non editis bannis) id est, solemnibus denunciationibus. Bannum enim apud antiquos Francos est edictum, siue promulgatio publica. Vnde bannire, pro citare, edicere, seu edicto conuocare, apud Gregor Turon. in appendice cap. 87. Marculphum monachum lib. 1. formul. cap. vlt. Capitularia Caroli Magni lib. 3. cap. 40. & 45. quò loci, ad placitum bannire, est ad ius vocare hinc translata vox ad tria illa edicta seu proclamationes, quæ in Ecclesiis Paroecialibus, ad matrimonium inter aliquos contrahendum enunciari solent; quorum inuentum & institutum ab Ecclesia Gallicana, ad cæteras Manasse, iam antè viros doctos notasse video, & non negat Innocentius 3. Rom. Pont. in cap. cum in tua ext. de sponsal. in Collectiõne 4. veteri Decretalium edente Antonio Augustino. Has autem denunciations, seu proclamationes, fieri debere, diebus festis & non alijs, & per tres dies inuicem distantes, ita vt etiam, interuallum sit inter diem, quo contrahitur matrimonium, & diem, quo factum est vltimum bannum, disertè pronunciat hæc nostra Synodus cap. de matrimonio fol. 27. verso, quod cum consonum sit compluribus alijs Conciliorum decretis præsertim Concilij Mediolanensis 3. sub. S. Carolo Borromæotit. de ijs quæ ad Matrimonij Sacramentum pertinent annotare hæc liquit.

Sponsalia publicè inchoant per verba de futuro coram Rectore) quòd tamen hodie apud nos

meritò non obtinet, cùm præsentia parochi in matrimonio duntaxat contrahendo, non in sponsalibus de futuro, moribus nostris requiratur, nec ullo modo necessarium sit, sponsalia celebrari coram parochi, & testibus, quæ & hodie clam contracta valent ut antea valebant, cùm in his Concil. Tridentinum nihil immutauerit, ut ex ipso Concilio manifestò colligi pluribus probat Ignatius Lopes Salcedo ad præct. criminal. Canonic. Bernardi Diaz cap. 77. Quare cùm lex Tridentini noua sit, & correctoria iuris communis, extendenda non est extrà casum expressum l. præcipimus C. de appellat. & sic cùm solum irritet matrimonium clandestinum, non debet extendi ad sponsalia, sed tamquam casus omissus relinquendus est in dispositione iuris communis l. commodissimè ff. de liber & posthum. vide Sanchez de matrimon. lib. 1. disp. 12.

Banna per tres Dominicas, aut tria festa colibilia) ut scilicet, intra illud tempus, quo tria illa edicta seu denunciations publice promulgantur, qui voluerit, & valuerit, legitimum impedimentum opponat. & ipsi Presbyteri, id est, Parochi, nihilominus inuestigent, utrum aliquod impedimentum obstat, ut rectè Innocentius 3. d. cap. ult. ext. de clandest. desponsat. quod. & postmodum edixit Concil. Trident. sess. 24. cap. 1. de reformat. matrim. his verbis. *Idemò sancta Synodus sacri Lateranensis Concilii, sub Innocentio 3. celebrati, vestigiis inherendo præcipit, ut in-*

posterum antequam matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium Parocho tribus continuis diebus festiuis in Ecclesia intra Missarum solemnias, publice denunciatur, inter quos matrimonium sit contrahendum; quibus denunciationibus factis, si nullum legitimum opponatur Impedimentum, ad celebrationem matrimonii in facie Ecclesie procedatur. Hinc desumptus articulus 40. ordinat. Blesensis cuius hæc sunt verba: *Pour obuier aux abus & inconueniens qui arriuent des mariages clandestins, auons ordonné & ordonnons, que nos subiects de quel estat, qualité, & condition qu'ils soient, ne pourront valablement contracter mariage, sans proclamations precedentes des bans, faicts par trois diuers iours de festes, avec intervalle competens & le tout sur les peines portées par les Conciles.* Iustum igitur matrimonium non est, quod his caret, nec legitimi ex eo filij sunt d. c. fin. §. si quis verò ext. de clandest. desponsat. Sacerdotes verò qui passi fuerint eiusmodi matrimonia celebrari, per triennium ab officio suspenduntur d. c. ult.

Coram suo Rectore aut eius vicario) adde, & testibus, quibus constat matrimonium fuisse contractum, nec enim sola præsentia parochi sufficit, alioquin clandestinum erit matrimonium ex Trident. Quod utique de duobus accipiendum est; nam plures plena probatio non exposcit. l. vbi numerus D. de testibus c. cum esses. c. relatum ext. de testam. Ordinatio Blesensis art. 40. quatuor requirit. Concilio tamen Tridentino duo vel tres tantùm desiderantur, & hi sufficiunt

sufficiunt, cùm iuxtà Diuinum effatum, *In ore ducrum, vel trium stet omne Verbum.*

Statim Sacerdos faciat benedictionem in talibus consuetam) Parochus scilicet, ad quem pertinet celebratio nuptiarum, & solemnitas benedictio contrahentium, c. 1. 2. & seqq. xxx. q. 5. Benedictionem enim hanc, à proprio contrahentium Parocho impendendam esse, & à nullo alio, nisi de licentia Ordinarij, vel Parochi, decernit Synodus Trident. sess. 24. cap. 1. de reformat. matrim. his verbis. *Statuitque benedictionem, à proprio Parocho fieri, neque à quoquam, nisi ab ipso parocho, vel ab ordinario licentiam ad prædictam benedictionem faciendam alij sacerdoti concedi posse, quacumque consuetudine etiam immemorabili, quæ potius corruptela d. cenda est, vel privilegio non obstante;* Et hoc ius ita proprium est parochi, vt Clemens V. in Concil. Viennensi Occumen excommunicationis pœna plectat Monachos, qui sine speciali Parœcialis Presbyteri licentia, nuptias celebrate, seu solemnizare præsumpserint; cuius absolutionem ad Sedem Apostolicam duntaxat voluit pertinere; vt disertis verbis habetur in Clement. religiosi de privilegijs. Hanc autem solemnem in Ecclesia benedictionem, v. ultissimam esse, plerique viri docti obseruarunt, & multis de causis sanctitam, non modo, vt Deo sicuti par est, consecratur individuæ consuetudinis vitæ initium, verùm etiam, vt infinitis aliqui fraudibus occurratur. Hinc Concil. Arentinũ 3. cap. 6. quòd refertur in c. nullum 30.

q. 5. cùm statutum eſſet, *ut sine dote nullus uxorem ducere; vel nulla nubere præſumeret.* Adiiçitur, *non quòd sine dote matrimonium eſſe non poſſit, ſed ne sine publicis nuptiis quiſquam nubere, vel uxorem ducere præſumat.* Quòd etiam confirmatur nouella Baſilij Macedonis lib. 2. tom. 1. iuris græco romani, vbi ſtatuit, non debere nuptiarum benedictiones clam fieri. Et conueniunt ea quæ leguntur in Capitularibus Caroli Magni & Ludouici filij & nep. lib. 6. cap. 131. & lib. 7. cap. 358. de legitimo coniugio cuius contrahendi ſolemnitas ibi ampliffimè deſcribitur.

XLI.

De libro ſeu Regeſto matrimoniali à Parocho conficiendo.

RECIANT Rectores & Vicarij Regeſtum fidele tam ſponſaliorum quàm matrimoniorum in ſua Parochia contractorum, quod ab eis fideliter conſeruetur, & quoties opus fuerit, oſtendant Officiali noſtro.

REgeſtum fidele tam matrimoniorum, quàm ſponſaliorum) quod iure hic conſtitutum fuit, ne ſcilicet, matrimoniorum quæ contrahuntur, memoria facilè pereat, ſicque multis malis, quæ inde oriuntur, occurratur; Sed licet

exactly id seruetur à nostris , quoad matrimoniorum Codicem , tamen cum hodie Parochi , sponsalibus , quæ de futuro fiunt , non interfunt , ut olim vi harum constitutionum adstricti erant merito id quoad sponsalia apud nos hodiè non obtinet: Sanè & Rituale Romanum , quo utimur , & Synodus Tridentina , matrimoniorum duntaxat librum à Parochis confici debere , præcepère. verba Concil. Trident. sess. 24. c. 1. de reformat. matrim. hæc sunt : *habeat Parochus librum , in quo conjugum , & testium nomina , dicique , & locum contracti matrimony describat quem diligenter apud se custodiat.*

XLII.

Matrimonia non celebranda , nisi in Ecclesiis Parochialibus.

MATRIMONIA & Missæ , quæ celebrantur in benedictione nuptiali non alibi fiant , quam in Ecclesiis Parochialibus.

ET Missæ quæ celebrantur in benedictione nuptiali) idque ex more , ac ritu Ecclesiæ , iuxta quem , nusquam sine sacrificio nuptiæ celebræ , nec benedictio danda nisi peracto Missæ sacrificio , cuius ritus meminere Concilia ac patres locis iam citatis quin & Leo Imperator eius


meminit nouell. 118. ait enim , quando matrimonium peragitur adhiberi *εὐχὴν ἱερὰν ἢ πᾶσι* , id est , sacras preces & altaris sacrificium : Et sane apud veteres ethnicos , teste Seruio in 3. aneid vxor duci non poterat , nisi sacrificiis peractis. Hinc Vlpianus in fragm. lib. 16. tit. 55. *Farre conueiitur in matrimonium , certis verbis & testibus decem & solemniter sacrificio*. Valerius Flaccus lib. 8. *Inde ubi sacrificus cum coniuge venit ad aras* , & Terentius in phorm. *Spatium apparendis nuptiis vocandi sacrificandi dabitur*. Si igitur apud ethnicos ac paganos id factitatum , quantò magis id obseruare Christianos decet , qui magnum illud , & iuge sacrificium habent , quod secundum vaticinationem Malachia cap. 1. & typum Melchisedech Geneseos 14. Seruator noster Primus obtulit , & fieri deinceps idest , offerri in sui commemorationem , præcepit vt D. Cyprianus ait epist. 3. lib. 2. de benedictione coniugali.

Non alibi fiant , quàm in Ecclesiis Parochialibus) In quibus scilicet & Banna publicari debent , & benedictio Sacerdotalis impendi , vtimos antiquus obtinuit , & manifestò colligi potest ex ipsa Synodo Tridentinâ sess. 24. de reformat. natim. cap. 1. cuius vestigiis inherens S. Carolus Borromæus id ita fieri præcepit in Concil. Mediol. 2. decreto 18. cuius hæc sunt verba ; *Ne Parochus Vllò alio loco , quàm in Ecclesia ipsa , quæ Sacramentorum proprius locus est , sp. n. s. matrimonio iungat , nisi ex facultate ab Episcopo permissa*. Quin & explicatiùs idem S. Carolus in

Concil. Mediol. 3. tit. de iis quæ ad Sacramentum matrimonij pertinent his verbis : *Matrimonium, quod in Ecclesia celebrari debere sancitum est, altera provinciali Synodo, in ea tantum Ecclesia celebretur, quæ Parochialis est.* Sed in Gallia Canones Melodunenses an. 1579. tit. de matrim. *Fiat benedictio nuptialis in Ecclesia Parochiali nubentium : quod si diversarum sint Parochiarum, neuter illorum, ad alteram accedat benedicendus, sine proprii Curati licentia.* Sed & hac nostra Synodo sub Ioanne Dorleant. tit. de matrim. fol. 27. verio hoc verborum tenore, *Promissiones per verba de presenti recipantur solemniter per sacerdotem in facie Parochialis Ecclesia palam & publicè. &c.*

XLIII.

De Exterorum & vagorum matrimoniiis.

 **V**i sunt alienæ Diæcesis, nisi cum licentia nostra, Vicarij aut Officialis nostri, non admittantur ad benedictionem nuptialem. Iniungimus autem dicto Officiali nostro, vt diligenter inquireat, an is qui contrahit, aliam uxorem habeat in Diœcesi, vnde est oriundus, vel alibi, de qua licentia fiat Regestum per Procuratores, aut Notarios nostros, qui

(provt iuris est) recipient fideiussores, & super hoc litteræ expedientur in forma autentica cum signo dicti Officialis, & sigilli nostri appensione.

VEl alibi) aut alio Impedimento canonico obstringatur, quo ad matrimonium contrahendum reddatur inhabilis, peccat enim mortaliter Parochus, qui eiusmodi homines matrimonio iungit, absque licentia Ordinarij, & non præmissâ inquisitione, cuius hîc mentio, quæ inquisitio propriè ad parochum spectat, sanè Synodus Tridentina cùm de matrimonio vagorum sess. 24. de reformat. matrim. cap. 7. hæc statuit: *Multi sunt, qui vagantur, & incertas habent sedes, & ut improbi sunt ingenij, primâ uxore relicta, aliam, & plerumque plures, illâ viuente, diuersis in locis ducunt. Cui morbo cupiens sancta Synodus occurrere, omnes, ad quos spectat, paternè monet: ne hoc genus hominum vagantium, ad matrimonium facile recipiant: magistratus etiam seculares hortatur, ut eos sauerè cæerceant: Parochis autem precipit ne illorum matrimoniis intersint, nisi prius diligentem inquisitionem fecerint, & re ad Ordinarium delatâ, ab eo licentiam id faciendi obtinuerint. Qui Ordinarius, ipsis Parochis facultatem, ut illos vagos homines matrimonio iungant, non antè dare debet quàm norit, eos, & solutos esse, & à Catholica communione non alienos, ut definitum extat Concil. Mediol. 6. sub S. Carolo Borrom. decreto. 26.*

XLIV.

Matrimonium maximo cum honore, & sanctimonia contrahendum, ac celebrandum.

PROHIBEANT Sacerdotes, ne in benedictione nuptiali fiant risus, cachinnationes, aut strepitus; Moneant autem affidatos, seu desponsatos, quatenus, ieiuni, contriti, confessi: & cum multa reuerentia, ad hoc Sacramentum accedant.

NE in benedictione nuptiali fiant risus)
 Sancta enim sanctè, ac seriò tractanda sunt, nec tam religioso mysterio miscenda, quæ à Christianæ pietatis institutis, atque moribus, & à Matrimonij, quod celebratur, sanctitate, noscuntur penitus aliena: hinc Odo Paris. Episcopus in Synod. *Matrimonium cum honore & reuerentia celebretur: nec cum risu & ioco.* Sed & Concil. Senonense an. 1524. *Prohibemus ne in sponsalibus, aut nuptiali benedictione, fiant risus, cachinnationes, aut alia ridicula verba enuncientur.* Concil. verò Turonense an. 1583. *Rectoribus etiam mandamus coniuges monere, ut id obseruent, ne cum diuino Sacramento verba obscœna, risus, & iocos inuerecundo,*

ut saepe fit, miseri patiuntur, Non abs re igitur Concil. Prouinciali Tolosano quod hic subiicitur cautum est, ut si quid in ipsam matrimonij celebritatem, aut petulans hominum lasciuia, aut temporum iniuria, inhonestum, minusque conueniens inuenerit, id omne Episcopi, quâ poterunt cautione, & diligentia prohibendum, remouendumque curarent.

Contriti, confessi) quin & sanctissimo Eucharistiæ Sacramento muniti, ut supra à nobis animaduersum fuit ad Constit. 24. Bernardi de Rosergio. Quod autem, qui matrimonio iungendi sunt à Parochis moneri debeant, ut ieiuni ad hoc Sacramentum accedant, non solum hæc nostrâ Synodo statutum fuit, sed compluribus aliis Conciliis, cum Prouincialibus, tum Synodalibus, quæ videre est apud Bochellum in Decretis Ecclesiæ Gallicanæ: Et hinc factum, ut ab iisdem Conciliis præscriptum fuerit, ne vquam à prandio, sed manè, atque inter Missarum solemniam, celebratio Matrimonij fiat. *ut, qui in Missali Romano, celebrandi ac benedicendi matrimonij ritus, præscriptus est, omnino obseruetur. Ieiunique sponsi, non ventre pleni, piè magis, ac religio: è sanctas illas preces, & qualibet verba: tum verò magis eorum significationem, mysteriaque attendant ut recte vult. Bonhomius in decretis tit. de Sacram. matrim.*

XLV.

De Benedictione nuptiali secundò nubentibus non impertiendâ.

CONVOLANTES ad secunda vota, iterum non benedicantur, si contra factum fuerit, Sacerdotes, qui contrauerint, ab officio & beneficio suspendantur.

Si tamen bigamus, virginem ducat in uxorem, secundum laudabilem consuetudinem, fiat benedictio.

Iterum non benedicantur) Secundis etenim Inuptiis *ἱερολογίαι* impendi vetuit pridem Alexander 3. Sacerdotemque qui id attentare præsumpserit, ab officio beneficioque suspendit cap. capellanum apud Gregorium ext. de secundis nuptiis. Idem quoque prohibuit Urbanus 3. c. Vir. 3. ext. eod. tit. qui & inibi rationem reddit, cur secundis nuptiis benedictio non impertiatur, ne scilicet, iteretur benedictio in persona seu et benedicta, cum in illa, benedictio maneat, & neuter coniux absque altero benedici valeat. Dedecere siquidem videtur, ut solemnes rerum, aut personarum benedictiones, quales sunt consecratio Ecclesiæ, altarium, virginum, nuptia-

rum, in eadem persona iteretur. Nec enim solemnes Ecclesiæ benedictiones conferuntur secundo iisdem rebus. Vel etiam dicendum est id observari odio incontinentiæ, quâ Bigami damnantur, ideoque à Sacerdotij prærogativa arcentur, c. fin. 26. dist. Sed nec tantum à Sacerdotio, sed ab aliis etiam inferioribus ordinibus submouentur, c. si quis viduam, c. cognoscamus 34. dist. c. maritum 33. dist. quomodo enim potest hortator esse viduitatis apud populum, qui & ipse coniugia frequentauerit, ait S. Ambrosius in lib. de offic. & refertur c. vna 26. dist. nam etsi mortuâ primâ vxore, libertas subsit vnicuique alias quærendi nuptias, vitandæ incontinentiæ causâ. Idque licitum esse pluribus Canonibus demonstrari possit contra errores Cataphrygum, qui eas damnabant; tamen à veteribus Patribus non satis honestum id iudicatum est, quod immodicæ cuiusdam incontinentiæ argumentum esse videretur; adeò vt, non dubitauerit S. Chrysostomus apud Gratian. coniunctiones huiusmodi scortationes appellare, c. hac ratione 31. q. 1. Et hinc factum est, quòd secundas nuptias, & tertias, & vltiores, si quæ fiant, non tam probe Ecclesia, quàm concedat. Hinc D. Gregorius Nazianenus τὸ πρῶτον, &c. primum connubium lex, secundum consensu s, tertium iniquitas, quartum porcorum vita, & D. Hieronymus ad Marcellam aduersus Montanum lib. 3. epistol. *Secundas nuptias non tam appetimus, quàm concedimus.* Sed & postremò dici potest quòd se-

cundum matrimonium, quamvis in se considerata, sit perfectum Sacramentum, tamen in ordine ad primum Sacramentum consideratum, aliquem habet defectum Sacramenti, quia non habet plenam significationem, cum non sit vna caro, sicut est in matrimonio Christi, & Ecclesie, cuius hoc Sacramentum signum est, & ratione huius defectus benedictio à secundis nuptiis subtrahitur. Spectato igitur iure communi, siue sponsus, siue sponsa, secundas nuptias contrahit, si in prioribus benedictionem acceperit, hæ nuptiæ benedici non debent. Legitima tamen consuetudo multis locis recepta iam inualuit, ut quando sponsa primò nubit, nuptiæ benedicantur, etsi sponsus viduus sit, cuius consuetudinis meminere Rosella v. nuptiæ nu. 4. Couaruias 4. decret. part. 2. c. 8. §. ij. num. 2. & probatur auctoritate D. Thomæ in 4. sentent. dist. 42. quæst. 3. ad finem, cuius sententiam amplexi Præsules nostri, consuetudinem hanc, quæ, ut patet ex hoc loco multis abhinc annis viget in hac Diœcesi Tolosana, & etiamnum seruatur, suis constitutionibus, approbarunt. Quod & fecisse S. Carolum Borromæum discimus ex actis Mediol. Eccles. part. 2. tit. instit. matrimon. c. de benedict. nupt. ex quo desumptus Ritualis art. tit. de fact. matrim. sic enim loquitur. *Caveat etiam Parochus, ne quando coniuges in primis nuptiis, benedictionem acceperunt, eos in secundis benedicat, siue mulier, siue etiam vir ad secundas nuptias transeat.* Sed ubi ea viget consuetudo; ut si

mulier nemini vnquam nupserit , etiam si vir
 aliam , vxorem habuerit , nuptiæ benedicantur,
 ea seruanda est; sed viduæ nuptias non benedi-
 cat etiam si vir eius numquam vxorem duxerit.

XLVI.

*Matrimonium sine parentum consensu
 non contrahendum , neque diffe-
 rendum post sponsalia.*



RECTORES , & eorum Vicarij ,
 frequenter , quoties opus esse cog-
 nouerint præcipiant pueris &
 puellis , ne vlla verba tractatus
 habeant cum aliqua persona , siue per ver-
 ba de præfenti , siue de futuro nisi de licen-
 tia , permissione , consensu , & autoritate
 parentum suorum. Moneant etiam eos qui
 sponsalia per verba de futuro contraxerint
 ne illis contractis diu protelent & differant
 complere matrimonium : sed solemnitati-
 bus bannorum , & aliis peractis , quod in-
 ter eos ritè coeptum erit , maturè absoluant.

Consensu & autoritate parentum suorum
 Idem statuit Concil. Cameracense tit. de
 matrim. c. 3. *Moneant pastores , puberes , & aptos
 ad contrahendum matrimonium , ne pietatem erga pu-*

*rentes deserant; sed eorum arbitrio, & consilio incant
matrimonia, malintque Iacob sanctum virum imitari,
quàm reprobum Esau. Iure equidem; licet enim pa-
rentum consensus omissus à filio familias, con-
tractum matrimonij non infirmet, cum solo con-
trahentium consensu matrimonium constet, per
textum in cap. penult. ext. de raptor. in c. per-
tuas 6 ext. de condic. appof. & definitum fuit
in Concil. Tridentino sess. 24. initio decreti de
reformat matrim. contra seâtorum errorem,
qui censent, matrimonia filiorum sine parentum
consensu non esse firma & rata, sed posse à pa-
rentibus irritari, tamen certò certius est, huius-
modi matrimonia, à filiis familias absque paren-
tum consensu contracta, iure Canonico impro-
bari. c. aliter c. nostrates, c. qualis 30. quæst. 1.
c. non omnis c. honorentur parentes & c. fin 32.
quæst. 2. c. qui desponsatam 27. quæst. 2. c. vi-
detur ext qui matrimonium accusare possunt,
& D. Concil. Trident. sess. 24. de reformat
matrim. cap. 1 ubi postquam anathemate cœ-
ruit eos, qui falsò affirmant, matrimonia à filiis
familias sine parentum consensu contracta, irrita
esse, & parentes ea rata vel irrita facere posse.
Nihilominus, inquit, *Ecclisa Dei ex iustissimis cau-
si illa semper detestata est, atque prohibuit.* Sed non
solùm Canonibus sacris, sed & ipsis Franciæ le-
gibus, Regum scilicet nostrorum constitutioni-
bus, prohibita sunt huiusmodi matrimonia: nam
inprimis ea reprobarunt, Childebertus & Clo-
tarius Reges & Charibertus successor in Concil.*

Turon. 2. an. 570. c. 21. Carolus magnus lib. 7. Capitular. c. 137. & 358. Henricus 2. constitutione latâ Parisiis an. 1556. quâ concedit parentibus potestatem exhæredandi filios, qui iis inficiis & inuitis, matrimonia contrahunt. Et postremò Henricus 3. in ordinat. Blesensibus an. 1570. art. 40. his verbis : *Eniognons aut Cures, Vicaires & autres de s'enquerir soigneusement de la qualité de ceux, qui se voudront marier : & s'ils sont enfans de famille, où estans en la puissance d'autrui, nous leur defendons tres estroitement, de passer ouïtre, a la celebration desdits Mariages, s'il ne leur aparoit du consentement des Peres, Meres, Tuteurs, ou Curateurs : sur peine d'estre punis comme fauteurs du crime de rapt.* Cœterum de nuptiis iniussu parentum contractus, & quòd sint iniustæ nuptiæ & iniusti liberi, videndus Cuiac. lib. 3. obseruat, cap. 3. & ad l. 1. C. de nuptiis legendæ : & notæ Gothofredi ad l. filius 25. ff. de ritu nuptiar.

Diu protelent & differant complere matrimonium) ob multa scilicet inconuenientia & scandala, quæ inde eueniunt vt habet Synodus Carnotensis sæpe laudata, quâ idem cautum vti & Aurelianensi. Sed & postmodùm Concil. Turonensi sub Gregorio 13. cùm de hoc Sacramento.



XLVII.

De vestibus Sacerdotalibus, & ministrorum in altaris sacrificio.

VT reuerentiâ tam magnum Deo sacrificium dignè offeratur, & quia honestas exterior quandam interiorem mundiciam denotat, Sacerdos & omnes in altari ministrantes, sint pro suo officio induti & ornati. Et accedant omnes ad sanctum Altare cum omni honestate talarî & decenti veste induti, & ritè tonsurati, & nullus Diaconus aut Subdiaconus induat tunicellam seu dalmaticam super suppellicium sed super albam. Ministri verò in aliis officiis minoribus suppellicio non nimis breui vel longo sint induti. Qui autem hoc non obseruauerit, iudicio nostro mulctandus subiacebit.

Super suppellicium, sed super albam) Dalmaticæ enim vsus semper fuit super Albâ, vt rectè notat Gauantus in comment. ad Rubric. Miss. part. I. tit. 19. & constat ex ritualibus libris quos videre est apud Hittorpium.

XLVIII.

*De clericorum cum laicis conuersatione,
& de conuiujs secularium ab
iis non frequentandis.*



MNIBVS & singulis Abbati-
bus, præpositis, Decanis Ar-
chidiaconis, Archipresbyteris,
Prioribus, Rectoribus, Sacri-
stis, Vicariis perpetuis, & quibuscumque
alijs Ecclesiasticis personis, beneficiatis
Ciuitatis & Diocæsis Tolosanæ, in virtute
sanctæ obedientiæ præcipiendo mandamus,
quatenus sint in cibis sobrii, in verbis ho-
nesti, in incessu matris, in conuersatione
cum laicis & familiaritate ita se habeant, vt
neque ex nimia familiaritate nascatur digni-
tatis Sacerdotalis contemptus, neque ex
nimia austeritate superbi & elati habeantur,
mediocritatem in his seruare est optimum.
Conuiuia puerperarum, & Confratriarum
numquam frequentent, neque ad nuptias
accedant, nisi interueniente sanguinis aut
affinitatis coniunctione, aut alicuius maio-
ris amicitie causa ad celebritatem nomina-

tim inuitentur. In vestibus autem & aliis ornamentis temperati.

VT neque ex nimia familiaritate) sumpta hæc verbatim ex synodo Aurelianensi cap. de vita & honestate clericorum.

Conuiuia puerperarum & confratriarum &c.) Nec enim decet vitæ morumque magistros illo esse in loco, vbi superuacanea fiat rerum plurimum profusio, vbi fabulæ sæpè audiantur parum honestæ & verecundæ. Pectulantes sæpè ioci, imitationes ad bibendum, quæ & similia, si reprehendas, superbus atque insolens videare, si dissimules, noxâ eadem inquineris. Vnde recitât magnus Hieronymus. *Nepotianum ad Ecclesiasticæ vitæ pulchritudinem & maiestatem instuens, hoc inter alia monet: Conuiuia tibi vitanda sunt secularium, & maxime eorum qui honoribus tument.*

Neque ad nuptias accedant) Concil. Agathense c. 39. *Presbyteri, Diconi, Subdiaconi vel discipuli, quibus ducendi vxores licentia non est, citam alienarum nuptiarum euitent conuiuia, nec his cœtibus miscantur, vbi amatoria cantantur, & zurgia, aut cani motus corporum choreis & saltationibus efferruntur, ne auditus, aut obutus, sacris mysteriis deputati, turpium spectaculorum, atque verborum contagione polluuntur.* Habetur iste Canon. apud Gratianum c. Presbyteri XIX. dist. 34.

Nisi interueniente sanguinis &c.) imò, à quacumque nuptiarum conuiujs abstinere peni-

tus deberent Sacerdotes Domini, ob multa & magna incommoda, quæ huiuscemodi conuiuia pariunt. De quibus nos proximè : sanè Concil. Neocæsareense can. de his 31. quæst. 1. eos secundarum nuptiarum conuiuio interesse discretè prohibet.

X L I X.

De clericorum habitu & Tonsura.

QUONIAM habitus extrinseci decentia, intrinsecam morum honestatem ostendit, & nisi Clericus sit cæteris honestior, erit Populo fabula, Clero nostro opprobrium, & illusio his, qui in circuitu nostro sunt. Nos Constitutionibus Prædecessorum nostrorum adhaerentes, Sancimus & ordinamus, vt vestitus Sacerdotum non sit e-
 pectoratus, sed à collo desuper undecumque clausus, nec non à manicis, lateribus & retrò : vestis sit talaris, nec nimia amplitudine superflua, neque plus æquo contracta in qua Clericalis ordinis honestas & modestia deprehendatur, non autem fastus, iactantia, vel clarionis vitium. A defatione annulorum abstineant, nisi forte fuerint in dignitate constituti : Comam, aut bar-

bam non nutriant, tonsuram habeant secundum status sui conditionem honestè raram. Quicumque ergo Clericus ad Sacros promotus post dies octo à publicatione huius Constitutionis, comam laxauerit, in tunica, mantello, caputio, pilco, birreto, caligis colore rubeo, viridi vel croceo, veste partita, vel virgata vsus fuerit; Similiter qui birrum auriculatum, aut breuem præter honestatem, calceosque Lunatos comutos ac fenestratos gestauerit, camisas, vestes, collo tenuis fronsatas, aut manicas plus debitè latas siue vtrinque ad longum scissas, dissutasve portauerit, aut aliam vestem statui clericali dissonam, & insolitam in communi vsu habuerit, cum mulctari ordinamus. Et si post primam mulctam pertinaciter perseverauerit, ad arbitrium Officialis ad tempus suspendatur, habita ratione contumaciæ, & scandali.

A Collo desuper vndecumque Clausus &c.)
Iuxta Concilij Lateranensis decretum c. Clerici, ext. de vita & honest. cleric. ac Concil. Constantiense sess. 43. tit. cod. Sed & antea Concilium Eboracensi, & Oxoniensi apud Anglos in. 1196. & 1312. Iussi sunt Clerici incedere habitu clericali, & capis clausis & non manicatis, eaque ratione eodem Concilio Lateranensi cau-

tum fuit, ne Clerici palliis diffibulatis utantur in publico, sed vel post collum, vel ante pectus hinc inde connexis, id est, ut fibulis ad collum Sacerdotum vestes connectantur, dum modo non sint aureæ vel argenteæ fibulæ: fibulas vel infibulas nostri vocant agraphas. Vide supra constitutiones Bernardi de Rosergio Num. 42.

Vestis sit talatis) Ita enim iampridem definitum fuit à Zacharia Papa in Synodo Romana c. Episcopi 21. q. 4. his verbis: *Episcopi, Presbyteri, Diaconi, secularibus indumentis non utantur, nisi ut conceder, tunicâ Sacerdotali*, id est, ut ibi explicat glossa, & notat Cardinalis S. Xisti, veste ad talos demissâ, quæ hinc Græcè *τοδύνη*, latinè talaris dicta, quam & stolam vocat sexta Synodus c. nullus 21. q. 3. quo vetantur clerici domo abire absque stolis. id est, tunicis talaribus, & operimentis oblongis. Idem statuit Martinus Papa c. non liceat 132. dist. 23. cuius hæc sunt verba: *Nec oportet Clericos comam nutrire, & ministrare, sed attonso capite, patentiibus auribus & secundum Aaron talarem vestem induere, ut sint in habitu o nato.* Sed & nouissimè Xistus V. in bulla sua quam de tonsura ac vestibus à clericis deferendis an. 1589. promulgauit, sub graui pœna omnibus clericis vestem talarem indixit vide quæ hac de re sancit Concil. Prouinc. Tolosan. part. 1. cap. 4.

Neque nimia amplitudine superflua neque &c.) vel, ut loquitur Martinus 5. qui idem præcipit in Concil. Constantiensi sess. 43. *Cum magna & sumptuosa superfluitate.* Sed & Innocentius 3.

in Concil. Lateranensi d. can. Clerici ext. de vita & honest. cleric. *Clausa desirant desuper indumenta nimia breuitate vel longitudine non notanda.*

In qua clericalis modestia deprehenditur non autem fastus, iactantia &c.) *Omnis, enim, iactantia, & ornatura corporalis à sacris ordine aliena est. Ut habetur in Synodo septima c. 16. Eos ergo Episcopos & Clericos, qui se iugalis, & clavis vestibus ornant, emendari oportet. Quod si in hoc permanserint epitimò tradantur jmittitur & eos, qui Unguentis inunguntur &c. a prescis enim vsque temporibus omnis sacraus vir cum mediocri & vili veste conuersabatur. Omne quippe quod non propter necessitatem suam, sed propter venustatem accipitur, elationis habet calumniam. Quemadmodum magnus Basiliius ait in regulis scilicet breuibus c. 49. Sed neque ex sericis texturis variatum vestimentum habere debet clericus, neque in extremis eius partibus, adiecta alieni coloris additamenta. Ut dicitur in d. can. 16. qui refertur apud Gratianum c. 1. causæ 21. q. 4. vbi pro supplicio vult legitur in septima Synodo Nicæna vnde sumpsum est hoc decretum legitur epitimio; Quæ vero in d. c. 16. dicuntur de alieni coloris additamentis, de segmentis accepe vestimentorum sumbriis abieciis, vt ibi dicitur, quæ latinis limbos & mûtas, Græci *αἰζας*, & *αεπεινίαι* Leo Imper. nouel. constit. 80. *τιμωται* & Cedrenus in compend. histor. *δραμα* siue oras vel ornaturas, Gallicè *Bordeurs des vestiments*. Ballanionem iugo ad d. can. 16. Synodi septimæ.*

Nisi fuerint in dignitate constituti) uti sunt Abbates, & alij quibus propter officij munus, aut honoris gradum, est concessum. Caeteris etenim liturgis, clericisque minoribus id planè vetitum, ex decreto Concilij Lateranensis sub Innocentio 3. celebrati c. 76. qui est 15. tit. de vita & honest. cleric. ext. Unde in Concilio Basileensi, cum de modestia Sacerdotum ageretur, hanc legem patres statim ab ipso initio posuerunt; *Nullus porci annulum nisi cui competit ex officio dignitatis, & unum duntaxat, & digito dexterae manus quarto.* Vide Concil. Mediol. 4. sub Gregorio 13. tit. de vit & honest. cleric.

Comam aut barbam non nutriant) ira enim præceptum fuit in Concilio Lateranensi sub Leone X. sess. ix. bulla reform. *tam ipsi Clerici beneficiati, quam in sacris ordinibus constituti, Comam, neque barbam, non nutriant.* Sed nec Concilio Lateranensi solum, sed & antiquis Canonibus id Clericis inhiberetur. De Coma quidem c. prohibete, c. clerici, c. si quis, c. non liceat 23. dist. & c. si quis 4. c. clericus 5. c. clericis 7. c. penult. extra de vita & honestate clericorum. De Barba verò d. c. clericus 5. his verbis quæ sunt ex Concilio Carthagenensi 4. c. 4. de prompta *Clericus neque comam nutriat, neque barbam,* & d. c. clericis 7. cuius hæc sunt verba, *Clerici qui comam nutriunt, & barbam, etiam inuiti à jure Archidiaconis tondeantur.* At typographorum errore verbum *radat*, demptum fuisse à textu dicti capius 5. & similiter vocem *barbam* adiectam

fuisse textui in cap. 7. eodem titulo, existimarunt Authores nonnulli, sique grauissimi, auctoritate quorundam exemplarium fulti: sicque onus rascendi barbam numquam ab Ecclesia fuisse præceptum; quod fulere se putant, ac pene indubium reddi, quod vsus Romanæ Ecclesiæ atque orbis barbam promissam Clericis permittat, modo capilli labri superioris radantur, vt refert Nauarrus cap. 25. manualis latinum. no. vers. 33. in fine, idque motu proprio Pij V. Pontif. sub his verbis: *Tresbyteri vero a superiore labio ita barbam tondent, ne salutare Corporis & Sanguinis Christi Domini Sacramentum sumentibus impediuntum afferat*; Et sanè constitutionibus Apostolorum, vt Clemens Romanus & Epiphanius testes sunt, non licebat Clericis aut Monachis abscindere barbam, μη τέυετν τριχας δαυετ ne foeminis similes videantur, & Bala, sic enim eos propudioso vocabulo Clemens Alexandrinus designat pædag. 2. cap. 3. sed quidquid hac de re sit, certò certius est, Clerum Occidentalem ab ipsis Ecclesiæ primordiis barbam radere consueuisse, vt disertis verbis habet Gregorius Papa 7. lib. 8. reg. epist. 10. ad Iudicem Catalanum cuius integram locum hic referre superuacaneum non erit. *Nolumus prudentiam tuam moleste accipere, quod Archiepiscopum vestrum consuetudini sanctæ Romanæ Ecclesiæ, matris omnium Ecclesiarum, vestraque specialiter, obedire cogimus; sicut, vt quemadmodum totius Occidentalis Ecclesiæ Clerus, ab ipsis fidei Christianæ primordiis barbam radebat*

morem tenuit, ita & ipse frater noster Archiepiscopus, & de-
 vester raderet: Unde eminentia quoque tua præcipimus,
 ut ipsum seu pastorem & spirituales Patres suscipiens,
 & auscultans, cum Consilio eius omnem tuam potestatem
 Clerum barbas radere facias, atque compellas: resque
 omnino reuertentium, nisi demum consenserint, publi-
 ces, id est, in Curatiana Ecclesiæ tradas; & ne al-
 terius inde se intromittant constringas. Sed hac de re
 Baronium consule ad an. Christi 58. cap. cxvi.
 & seq. vbi de barba tondenda secundum anti-
 quum religionis cultum pluribus agit, & ad an.
 Christi 398. n. 73. vbi docet Ecclesiæ Clericos
 minimè gestare consueuisse promissam barbam,
 sed si non rasam, saltem præcisam, & ex parte
 aliqua decurtatam, quo omnis suspicio, impennis
 in ea nutrienda laboris, omninò cessaret.

Tonsuram habeant secundum status sui condi-
 tionem honestè rasam) Idque iuxta præscriptum
 Concilij Lateranensis sub Innocentio 3. c. 16.
 quod refertur c. clerici 15. ext. de vit. & honest.
 Cleric. ibi *Coronam & tonsuram habeant congruen-
 tem*, ac Sixti V. constitutionem quam an. 1589
 edidit, & in calce Concil. Prouincialis infra est
 inserta. Et hoc ita ut qui diuinis cultibus mancipati
 Domino consecrantur, quasi Nazareti, id
 est, sancti, Crine præcisi innouentur: ut ait Ra-
 banus Maurus lib. de instit. clericorum cap 3. vel,
 ut D. Isidori Hispalensis verbis utamur, *ut quod
 in corpore figuratur, agatur in anima; scilicet ut hoc
 signo & religione vitia resercentur, & criminibus car-
 nis nostræ, quasi crinibus exuamur, ut compunctibus*

mutuam, et spoliantes nos veterem hominem; Sed & loazè antè Innocentium 3. id cautum fuerat c. Prohibetè, & c. non liceat 23. dist. vbi. Anicetus, Papa Episcopi Gallix scribens in d. can. prohibetè, hæc habet, *Prohibete fratres per vniuersas regionum vstrarum Ecclesias, vt Clerici iuxta Apostolum Comam non nutriant, sed de super caput in modum sphaerae radant;* id est, coronæ vel circuli; ita enim à Conciliis & Patribus vocari Clericorum, aut Monachorum tonsuram, quod nimirum, coronæ figuram habeat, notius est, quam vt a me probari oporteat. Hinc Concilium Aquisgranense sub Ludouico Pio c. 1. *Quod vtò detonso capite superius, inferius circuli corona relinquatur, sacerdotium, regnumque Ecclesie figuratur =* Sed & antè Concilium Toletanum 4. can. 4. *Omnes Clerici, sicut Leuita & Sacerdotes, detonso superius capite toto, inferius solam circuli coronam relinquunt, non sicut huc vsque in Gallicia partibus, facere lectores videntur, qui prolixis vt Lucii, comis, in solo capitis apice modicum circulum tondent.* De cuius canonis interpretatione Baronium lege ad annum Christi 58. cap. 108. & seq. ne in eorum errorem impingas, qui mentem Toletani Concilij Patrum parùm affectu, Clericorum tonsuram eandem olim fuisse, ac Monachorum, perperam commentati sunt; cur verò Clericorum tonsura coronæ figuram habeat hæc assignatur ratio, vt nimirum in seipsis clerici monumentum habeant spinæ coronæ, Christi capiti impositæ; neque enim, vt ait Beda lib. de gestis anglorum cap. 22.

Ob id tantum in coronam attondemur, quia ita attonsus est Petrus, sed quia Petrus in immortalem Domini passionis, ita est attonsus, idcirco & nos, qui per eandem passionem saluari desideramus ipsius passionis num, cum illo in vertice, summam videlicet corporis nostri parte gestamus. Sed est & alia causa, nempe ut Sacerdotium regnumque Ecclesie in ea figuratur. *Tiara enim* Vt habet Isidorus iam laudat lib. 2. de orig. off. cap. 4. apud veteres constituitur, in capite Sacerdotum, haec ex bysso confecta, & turda erat, quasi sphaera media, & haec significabatur in parte capitis tonsi, corona autem, latitudo aurei circuli, qui regum capita cingit, utrumque itaque signum exprimitur in capite Clericorum, ut impleatur corpus etiam quadam similitudine quod scriptum est, Vos estis gens sancta, regale sacerdotium. Caeterum si de tonsura plura scire cupis Baronum lege ad an. Christi 58. cap. 102. & multis seq. ubi & Tonsurae Ecclesiasticae in capite ferendae morem ab Apostolis fluxisse, ex variis SS. Patrum, aliorumque scriptorum locis, ac Conciliorum decretis eruditè comprobatur, variasque causas, cur a Clericis ex instituto Ecclesiae adhibeatur fusè prosequitur. Sed & Bellarminum lege lib. 2. de monach. cap. 40. uti & Galliam Loysam in notis suis ad Concil. Toletan. 6. ac Severinum Binium in notis ad epist. Aniceti iam citatam quae apud eundem extat tom 1. Conciliorum.

Aut manicas plus debitè latas siue ad longius scissas) quod utique prohibent Concilia proxime citata, Lateranense & Constantiense locis ibidem signatis.

Aut aliam vestem statui clericali dissonam) Clerico etenim suus est habitus, quo discerni à laicis debet, hinc can. 27. Synod. VI. in Trullo *ἢ ἡ ἐκκλησιαστικὴ* &c. id est, utatur vestibus, quæ iis, qui in Clerum adiciuntur, attributæ fuerunt, inde abdicatus olim à suo etiam patre Episcopo Casaræ Cappadociæ Eustathius quod se habitum dignitati Sacerdotij non congruente vestierat: Eaque tanti momenti fuit abdicatio, ut se purgare volentem non audierit Synodus, historiam narrat. Socrates lib. 2. cap. 23. al. 43. qualis autem fuerit illa *ἡ ἐκκλησιαστικὴ* Eustathiana (quomodo Socrates appellat) ob quam Eustathius ordine suo motus fuerat explicat Quintinus ad can. 12. Synodi Gangrensis. Sanè in Exodo distinctæ sunt à cæteris vestes & ornamenta Aaron Pontificis, & filiorum eius Sacerdotum. Meritò igitur in Concilio Metensi sedentè Stephano 6. vetiti sunt Clerici, indumenta laicalia gerere, id est, Cottas vel mantellos ut ibi dicitur, sine Cappis, quas laicis non licebat habere, ut & in Concilio Matificonensi 1. circa tempora Pelagij. 2. c. 5. fancitum fuit, ut nullus Clericus sagum, vestesque, ac calceamenta sæcularia, ac Prophana induere præsumat, secus facienti, pœna infligitur, gravis illa, & acerba, nempe, ut menstruo spatio inclusus, aquâ tantùm, & modico pane dietim sustentetur; Sed & nupero Synodi Tridentinæ decreto cautum est, ne Clerici vestes etiam deficiant publicè laicales, sed proprio duntaxat congruentes ordini, ut ita, per decentiam habitus

extrinseci, morum honestatem intrinsecam ostendant, grauiſſimis pœnis contra transgressores impositis sess. 14. c. 16. vide quæ de clericorum habitu sanxit infra Concil. Prouinc. Tolosa part. 1. cap. 4. n. 3.

Caligis colore rubeo vel viridi.) Sunt etenim hi colores per sacros Canones Clericis vetiti Concilio scilicet Lateranensi, sub Innocentio d. can. Clerici xv. vers. *Pannis ext.* de vit. honest. Cleric. ac Concilio Viennensi etiam a cœnomenico sub Clemente V. cap. quoniam edito, in Clement. vbi sub graui pœnâ cautum est ne Clerici, præsertim Beneficiati, Caligis scilicet catis, Rubeis, aut viridibus publicè utantur. His addere liceat posteriores Galliarum nostrarum Synodos complures, quas videre est apud Boetium. Lib. VI. Decret. tit. 17. quæ & Crocuro quoque colorem cum hac nostra Synodo diserte damnant in Clericis.

Veste partitâ vel virgatâ.) Tali enim veste Clericis publicè vti sub graui pœna interdicitur à Clemente V. in Concilio Viennensi Clementina 2. de vita & honestate Cleric. Sed & antea Eugenius III. in Concilio Remensi c. 2. statuerat. *Vt Clericus qui bipartitis videretur vestibus, segmentatis, aut discoloribus, aut in Tonsura intuentium (quorum forma & exemplum esse debet) off. n. r. aspectum, nisi intra quadraginta dies eum habitum deponeret, Ecclesiasticis beneficiis priuaretur.* Sed cum hæc tam salubris sanctio, malè seruetur a Galliarum nostrarum Clericis eâ de re conquestus est olim

D. Bernardus ad eundem Eugenium, oratione
 anc Luculentâ, his verbis: *Leua oculos tuos, &
 vide si non eque ut prius, Pellicula discolor, sacrum
 idnem decolorat, si non eque ut prius fissura enormis
 per inguina nudat, solent dicere, num de Vestibus
 iræ est Deo, & non magis de moribus? At forma
 ac difformis, deformitatis mentium, & morum indi-
 um est, quid sibi vult, quod Clerici aliud esse, alud
 videri volunt, id quidem minus est castum, minusque
 incertum.* Hæc D. Bernardus. Iure igitur hac no-
 strâ synodo, vti & Senonensi, anno 1524. iuben-
 tur Clerici, à Partibus, & virgatis vestimentis ab-
 stinere: & Apparitores iuebantur olim ve-
 stibus virgatis, & diuerso colore indui, vt sic
 non gauderent delinquentes Priuilegio Clericali,
 etiam qui Clerici essent. Sunt autem virgatæ ve-
 stes diuersi coloris virgis variæ atque distinctæ, vt
 interpretatur Iulius Pollux de quibus Vugilius
 lib. VIII. *Aeneid. virgatis lucent sigulis.* Et Sido-
 nus Epist. 20. lib. 5. *Viridantia saga limbis margi-
 natis puniceis.* Hinc apud Silium Italicum, auro
 virgatæ vestes, id est virgis seu lineis aureis di-
 stinctæ. *De robes violees & rayés d'or.* Quod autem
 discolori veste vti soliti fuerint, qui quid publica
 auctoritate facerent testimonio sunt, Imperatoria
 Constitutionis verba in Codice Theodosiano, sub
 titulo de habitu quo intra urbem vti oportet:
 quæ ibi lege, vti apud Pithœum lib. 1. aduer-
 sit. cap. 2. vbi de discolori veste scitu digna,
 vide quoque decis. 52. & 228. Capel. Tolos &
 ibi Ausrerium nostrum.

Ac fenestratos.) Idest, modo vario perforatos, & incisos, quos vnà cum lunatis & Cornutis, iure meritò Clericis prohibent Synodi sapientatæ, Lingonensis 1404. Senonensis 1524. Carnotensis 1526. altera Senonensis 1528. Aurelianensis, Lomberiensis sub Bernardo de Ornezano aliaque. Quin & postmodù Concil. Narbonensis an. 1551. celebratum, in Decreto de Tonſura & habitu clericali. *Vestes & Caligas, ait, gerant integras, non variegatas nec incisas, &c. quæ Latinarum inconstantia & leuitati, quàm Clericorum gravitati magis conueniunt.* Sic & Concilium Prouinciale Remense sub Sixto V. habitum à quo approbatum fuit, in tit. de Clericis in genere sect. veste Ecclesiastica, eaque talari ac decenti vitentur omnes Clerici, nec sine illa Pallium breue aut longum deferant, aut vniquam procedant in publicum, nec crispatis Indusis, vel arte solis Calceis, dissolutorum Laicorum Personas referant. Sed ne Antiquos Canones prætereant longè ante Patres Concilij Carthaginensis M. c. 45. prouidâ dispositione præcauerunt, ne Clerici Calceos ad morem, & genium Laicorum compositos vsurparent, verba canonis, qui refertur c. Clericus, 41. dist. hæc sunt. *Clericus professionem suam, & habitum & incesſum probet: & ut nec vestibus, nec Calceamentis decorem quærat.* Concilio quoque Agathense an. 506. c. 20. & habetur Clerici, 23. dist. *V stimenta etiam, vel Calceamenta, nisi quæ religione doceant, vti aut habere nõ liceat.*

L.

De Clerico negotiatore.

VM à Proph. ta scriptum habeatur. Non introibit in potentias Domini, qui negotiationem cognouit & Saluator inquit: Nemo potest Deo seruire & mammonæ. Statuimus & districtè præcipimus, quod n. Illus in sacris Ordinibus constitutus, vel beneficium assecutus, per se, vel per alium, negotiationem exercent, emendo vinum,umentum, pastellum, panes, carnes, aut lud quodcumque, vt more institoris reendat. Alioquin merces, in quibus negotatur perdat, ac acerbitis castigetur secundum quod vicario aut Officiali nostro, de s cognoscenti, æquum videbitur.

VEL per se vel per alium negotiationem exercent) Negotiari enim lucri causâ instibitum Clericis e. secundum 6. ext. ne cleric. vel onach. c. fin. ext. de vit. & honest. cleric. c. nsequens 2. c. negotiatorem 9. c. si m. cau 30. 88. dist. alusque compluribus, vnde in Concil. Nicæno 1. c. 17. qui refertur à Gratiano c. 8. 34. o 4. & repetitus. Fuit in Concil. Carthag. 6. cap.

etiam 17. sancitum est, quòd Clericus aliquid excogitans turpis lucri gratiâ, abiiciatur à clero, ac communione alienus sit. Idem statutum fuit in Concil. Arelat. 2. c. 14. & Concil. Tarracoenfi c. 2. cuius verba retulimus suprâ in notis ad Constit. 35. Bernardi de Rosergio. Sed non modo Ecclesiasticis constitutionibus, verû & Cæsareis negotiatio Clericis prohibita fuit id enim pridem cauerat Valentinianus N. de episc. ind. ante valentinianum indem illud licuerat l. 8. C. Th. de Episc. & cleric. eâ tamen conditione vt quæstus, qui necessarius alimentis superarem, in vsum pauperum conuerterentur, l. 10. eod. tit. Cod. & l. 2. c. Iustin. eod. tit. huius autem prohibitionis triplex assignatur ratio à doctõribus. Prima, quòd negotiatio ordinata sit ad lucrum terrenum, cuius amor in clericis damnabilis est, cum præter Deum ambire nihil debeant, & habentes alimenta, & quibus regantur contenti esse debent, vt ait d. Paulus I. ad Timot. c. 6. Secunda, quia rarissimè hæc prophana & secularis negotiationes absque peccati labe exercentur. Tertia, quia huiusmodi negocia homines retrahunt à spiritualibus, quibus incumbere peculiare est Clericorum munus, Iuxtà D. Pauli sententiam. *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus*, ad Corinth 2. in princip. necessitatis tamen causâ licitum esse Clericis, victum & necessaria quærere ex aliquo honesto munere indicat Concilij Eliberini sanctio quâ negotiatio mercenaria permittitur Episcopo, Presbytero, Diacono,

Diacono, ad victum sibi conquirendum, modò intra Prouinciã fieret, vt est in c. 19. cui iunge Concil. Carthag. 4. c. 51. 52. & 53. quo Clericis opera & exercitia manuum, non tantùm non interdìcta, sed etiam ad vitam, si aliter non possit, sustentandã imperata videntur. Eo etenim statutum fuit, vt Clericus quantumlibet verbo Dei eruditus, artificio, vel agriculturã victum sibi & vestitum quæretet, absque tamen officij sui detrimento, ob idque qui ad operandum validi essent, artificiola, & literas discerent, cuius rei exemplum præstitit Apostoli, qui necessitatis causã quandoque pro commoditate loci, ac temporis, opificia exercuerunt, vt testatur Clemens lib. 2. constit. c. 67. & D. Paulus de se profiteretur actor. 18. & 20. 1. ad Corinth. c. 4. & 9. lege c. 1. c. 21. quæst. 1. Nec obstat eiusdem D. Pauli effatum, de quo supra, ne quis ex clero secularibus negotiis se immisceat, quia hoc respicit illos, quos carpit D. Hieronymus epist. select. lib. 2. epist. 13. qui non victum & vestitum, quod præcipit Apostolus, sed maiora, quàm sæculi homines emolumenta sectantes plenis sacculis, moriuntur diuites, qui quasi pauperes vixerunt. At profecò, vt probè author huius æui non ineruditus cuius integra verba hic subnectere abs te non erit. *Longè melius esset, cum tot vbique sunt sacerdotes sine ritibus, aut saltem eo perquam tenui qui necessarius non sufficiat & sacrificio cunctato languescunt tota die per inertiam (quæ procul dubio facit vitam plurimorum illorum inimicam familiã*

est) illos aliquo artificio tempus inter priuatos parietes fallere, vnde se aliquatenus ex vltimis habere, & pauperibus subuenire possent, quàm per nimiam egestatem contemptibiles aut v. tro nimio ad vicia prolabentes videri, nec sibi nec aliis proficientes. Quapropter (v. addit idem author.) D. Augustinus librum scripsit de operibus monachorum, cuius libri auctoritatem referens D. Thomas, refellit intelligentes Apostoli dictum, de spiritualibus operibus, asseritque hæreticos esse, qui mendicare malunt quàm artificio aliquo stipem sibi comparare, quia fortasse putant peccatum esse Sacerdoti alicui vacare arti mechanicæ. *D. Thomas quodlibeto 7. art. 18.* Itaque honestum artificio non est reprobandum in Clericis, maximè si Ecclesiasticis stipendiis desituantur, vnde se exhibere, alereque possint, idque ad nostrum vsque sæculum sanxit Colonienfis synodus an. 1536. modò nec turpis lucrì gratiâ, id faciant, quod ipsis prohibitum synodo Chalcedonenfi c. 3.



L I.

Clerici rebus secularibus ne se immisceant, neve laicis inserviant.



V M ascriptis cœlesti militiæ periculosam sit, huius sæculi negociis se involvere eâ de re, nullus Sacerdos, aut in sacris ordinibus constitutus, alicuius Domini temporalis, aut alterius laici, vel personæ sæcularis Receptor, sollicitator, procurator, quæstor, dispensator, cocus, siue negociorum prophanorum gestor existat: Neque sit Iudex, Aduocatus, aut procurator in foro sæculari, nisi forte in sua, vel suorum, aut miserabilium personarum causa, pro quibus gratis, ac sine aliquo pretio patrocinium præstet. Non sit etiam fœnerator, tabellio, seu Notarius sæcularis: publicanus, vel leuæ, pedagij, aut vectigalis exactor: Non tabernarius publicus, aliudve simile officium temporale de iure Clericis prohibitum, exerceat.

Sicut enim sæculi militibus, non conceditur

procuracionem alienorum negotiorum suscipere, & possessiones conducere, ne à signis suis auocentur l. milites C. de locato ; ita Clericis, qui cœlestis militiæ sunt milites, id non indulgetur ; nihil enim, clericali professioni tam contrarium, quàm *βίη ἀγοραπωτεία* id est, vitæ negotiationes, occupationes, prophanæque curæ, quæ tantum dedecent leuiticum ordinem, quantum assiduus eum decet cœlestis numinis cultus, cui deditus ipse est, denotusque, velut castrensi cuidam cœlestis militiæ stationi, scitum est enim Cypriani illud, qui militiam sectatur, postquam eius sacramento semel additus est, cum res non curare domesticas, de viæu quaestores prospicere : solum hunc militaris disciplinæ curam gerere, adeoque præter ducis sui militiam nihil aggredi, vt sit boni militis diffinitio. *Epist. lib. 9. de exhortatione Martyris cap. 8. ad quirinum lib. 3. cap. 17.* Ea propter in constitutionibus Apostolorum c. 6. prohibentur Episcopi, Presbyteri, Diaconi *κοσμικὰς προνοίας ἀναλαμβάνειν*, sæculares curas adsumere *ἐλάττω γὰρ ὁ κλον* &c. vulg. enim Canon, vt ibi Zonaras notat, eos diuino vacare seruitio, seque tueri & asseruare ab omni vitæ confusione. Ex quibus facile coniectari licet, quàm malè agant, qui Sacerdotes, & ministros Dei, altari eius, & Ecclesiæ vacantes, ad sæculares molestias deuocant, vt loquitur D. Cyprianus can. Sacerdotum 21. q. 1. ac non sine causa sacris canonibus, vt hic caurum esse, ne Sacerdotes & Clerici ministri laicorum fiant, neue ia

rebus eorum procuratores, aut conductores existant, c. placuit 21. quæ. 1. c. multa 1. c. Sacerdotibus 2. ext. ne cleric. vel monach. Quo ultimo canone pœna etiam constituta fuit in eos, qui rationes suas ab his tractari permiserint, ut si reliquati sint clerici, in eos actionem non habeant: indignum enim est, ut ibi dicitur, eis ab Ecclesia subueniri, per quos constat in Ecclesia scâdulum generari. Quod & iure civili obtinere in his, qui militem rerum suarum procuratorem reliquerint, patet ex l. fin. C. de locato. Sed quidquid hac de re edixerint sacra Conciliorum ac summorum Pontificum decreta, tamen, quod absque dolore dicere haud possumus, in eo quotidie apud nos peccatur, nulla enim ferè est domus Potentiorum & Nobilium, quæ Presbyterum actorem, dispensatoremque negotiorum non habuerit, habeatque in hanc diem, quod quàm dedecet sacros viros, ac divino cultui mancipatos, Edisserat Concil. Coloniese 3. habitum an. 1536. cuius verba hic referre non pigebit, sic enim loquitur part. 2. cap. 27. *Magna eorum luitas est in magnam Cleri ignominiam redundans, qui se laicis, atque a leò delectatis fœminis, ventris causâ, in Capellanos (ut appellant) atque antambulones venditant; qui enim debebant esse gregis duces, rediguntur in caudam, & sordidissimis quibuscumque negotiis alligantur. prohi nefas!*

Neque fit Iudex) Damnantur etenim Clerici, qui nomine sæcularium Potestatum & Principum ius dicere ausi fuerint, cum id sacri Ca-

ones vetent, & imprimis Alexander 3. in Concilio Lateranensi c. sed nec procuraciones 4. ext. n. Cleric. vel Monach. his verbis : *Sed nec iurisdictiones etiam seculares sub aliquibus Principibus & secularibus viris, ut iustitias eorum fiat, Clericorum quisquam exercere presumat : si quis autem ad id hoc venire tentauerit (quia contra dicit inam Apostolus dicentis, nemo militans Deo impiecit se secularibus negotiis, seculariter agi) ab Ecclesiastico fiat ministerio alienus : pro eo quod officio Clericali neglecto, fustibus seculi, ut Potestatibus placeat ; se immergit. Sed & idem Alexander 3. c. clericis 5. ext. ne cleric. vel monach. iubemus etiam sub interminatione anathematis, ne quis Sacerdos officium habeat viccomiti, aut Praepositi secularis. Si quis autem contra hoc venire presumpserit, communitus emendare noluerit, ex communicationi subiaceat.*

Aduocatus aut procurator nisi fortè &c.) hoc enim casu partem illam fori secularis eis indulget d. Concil. Lateranense 3. sub Alexandro 3. ex quo desumpta quæ hic habentur, sic autem illud part. 1. cap. 12. *Clerici in Subdiaconatu & supra, & in minoribus quoque ordinibus, si stipendiis Ecclesiasticis sustentantur, coram iudice seculari a luocati in negotiis fieri non presumant, nisi propriam, vel Ecclesiæ suæ causam fuerint profecti, aut pro miserabilibus fortè personis quæ proprias causas administrare non possunt. Idem cautum constitutionibus Innocentij 3. cap. ex parte, & Gregorij 9. cap. vlt. ext. de postulando, & Honorij 3. c. non decet de vit. & honest. cleric. in 5. compilatione à Cironio edi-*

u, quòd non solum in foro ciuili sed Ecclesiastico obtinere probatur iuribus iam citatis d. c. ex ex parte & c. non decet, quatenus verò permiffa fuerit aduocatia Clericis græcis ab Epifcopo Conftantinopolitano vide Balfamonem in Photij Nomocan. tit. 8. de precibus & ad c. 16. Carthaginenfis fynodi, atque lib. 2. Iuris orientalis duobus titulis.

Non fit etiam fœnerator) Lucra enim, quæ ex fœnore captantur damnat canon, 17. fynodi Nicænæ unde conqueritur Sifdonius epift. 8 lib. 1. *Clericos fœnerari, Syros pfallere*, ordine præpoftero, quod & arguit quoddam genus idololatrarum Tertullian. lib. de idololatria cap. 12. Ideoque clericis fœnerari iure prohibitum can. Apoftolorum 44. Concil. Nicæno c. 17. & ibi Balfamon Elibertano c. 20. Arclatenti c. 12. Laodiceo c. 5. Carthaginenfi 3. c. 16. Tاراconenfi c. 3. aliſue quæ videre eſt apud Gratianum d. ft. 47. & cauſ. 14. quæ. 4. Per totam; ſed & apud Martinum Bracarenſem in breuiculo græcar. ſynod. c. 65. fulgentium Ferrand. in breuiar. cano. cap. 115. Balfamon. in Photij nomocan. tit. 9. cap. 27. ex quibus deſlorant Carolus mag. Capit. lib. 1. cap. 5. lib. 2. cap. 37. lib. 5. cap. 36. & cap. 173. *Et ſicut non ſuo, ita nec ali. no. nomine, aliquis clericorum exercere fœnus audeat: vt præcipit Leo Papa c. ſicut diſt. 46. ind. con. emitt. eſt, vt ibi dicitur, crimen ſuum commodis alienis impendere, fœnus autem hoc ſolum aſpicere & exercere debemus, vt quod hic miſericorditer tribuimus, ab eo*

*Domino qui multipliciter, & in perpetuum mansura
tribuit, recipere valeamus.*

Tabellio seu notarius secularis) Tabellionatus officium exercere Clericis interdictum cap. sicue hoc ext. ne clerici vel monach. in quo Innocentius 3. abusum coercet, quo passim in Esculana ciuitate, Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi n. unus illud publicum exercebant, vt est in epist. integra regesti paucis abhinc annis tolosæ editi, quam vide, & ibi Bosqueti v. c. notas; indignum enim esset, eos seruos fieri, qui pro Dominis agnoscuntur; Tabellionatus officium vile est, & per seruum publicum expeditur l. non aliter ff. de adopt. l. impuberum C. de adoptionibus, qua de re lege Guid. pap. qu. 90. & ibi commentatores & Tiraquellum locis ibi citatis maxime verò in tract. de nobilit. cap. 30.

Publicanus vel leudæ, pedagij exactor) Hæc etenim officia cum secularia sint, Clericis sunt interdicta ab Innocentio 3. in Concil. Lateranensi c. 16. & habetur c. clericus ext. de vit. & honest. cleric. & postmodum à Clemente 5. in Concil. Viennensi. Clement. 1. eod. tit.

Non tabernarius publicus) id enim expressim cautum fuit à Clemente V. in Concil. Viennensi d. clement. 1. de vit. & honest. cleric. & merito id quidem, nam si vt est in canone Apostolico 54. & 9. Synodi sextæ in Trullo, *Clerico in campenam ingredi non est permittum, quo pacto totos in eo dies consumere, vitamque exigere commoranti licebit?* Qui igitur tale quid fecerit, vel cesset, vel de-

ponatur vt habet Canon; *ei detur &c.* Sed & idem dicendum est, de carnificum, laniorum, aut macellariorum ministeriis publicis, hæc enim in sæda ac sordida sint, & à dignitate ordinis p^enitus aliena, iure in Clericis damnantur: quare si nominatim & tertio moniti non sapiunt, eaque officia non relinquunt privilegio clericali, quamdiu præmissis instituerint, eo ipso excidunt, vt est in d. clement. 1. de vit. & honest. cleric.

L I I.

A sententia sanguinis abstineant Clerici, neque arma deferant.

PRÆTEREA sententiam sanguinis, neque dicet, neque scribat, neque proferat, propter periculum irregularitatis in quam incideret, si ex ea sequeretur mors vel membri mutilatio; neque deferat arma neque apud se habeat. Illique sufficiat armatura Dei, videlicet, mundæ preces ad Deum, puritas vitæ, & conscientiæ, & lachymæ, nisi fortè ob necessitatem, & alias in casibus à iure exceptis.

Sententiam sanguinis neque dicet, neque scribat }
 Stat } Sumptum hoc ex Concil. Lateranensi sub
 Innocentiõ 3. celebrato quòd refertur c. senten.

tiam 9. ext. ne cleric. vel monach. sic autem habet: *Sententiam sanguinis nullus clericus dicet aut proferat, sed nec sanguinis vindictam exerceat, aut ut exerceatur intersit. Si quis autem huiusmodi occasione statui, Ecclesius vel Ecclesiasticis personis aliquod praesumpserit inferre dispendium, per censuram Ecclesiasticam compescatur: nec quisquam Clericus literas dicet, aut scribat pro vindicta sanguinis destinandas: Unde in Curia principum hac sollicitudo non Clericis sed laicis committatur.* Meritò id quidem, cum & his, a quibus Domini Sacramenta tractanda sunt, iudicium sanguinis agitare non liceat, ut in Concilio Toleranensi antea definitum fuerat c. saepe 29. c. his 30. 23. quæ 8. c. clericis 5. ext. ne cleric. vel monach. *Reos tormentis afficere, vel supplicis extorquere, censura Curia est, non Ecclesie disciplina.* Aut Hildebrandus epist. 30. qua de re Rossellum legitur in histor. pontif. iudic. lib. 4. cap. 2. n. 5.

Neque deferat arma) idem cautum supra à Bernardo de Rosergio tit. de clericis arma potantibus, ubi diximus.

Videlicet mandæ preces &c.) Clericorum arma orationes & lachrye c. fia. 36. dist. c. porro 16. quæ. 3. c. conuenior c. non pila cum aliis 23. quæ. 8.

Nisi fortè ob necessitatem) qua de re lege gloss. v. *clerici* in cap. clerici 2. eccl. de vit. & honest. cleric. & ibi Baldm n. 2. & Abbate n. 8. Menochiu quoque de arbitrat. casu 394. num. 58.

LIII.

De Ludis & tabernis Clericis prohibitis.

RÆTREA clericis in sacris ordinibus constitutis, interdicens, ne ipsi publice & frequenter ludant pilâ, aut aliis ludis maximè cum laicis. Aludo autem alearum chartarum, & similibus, qui à sorte pendent, sic abstineant, ut neque etiam ludentibus fautores, aut testes sint. In tabernis publicis non comedant nec bibant, nisi fortè dum peregrinantur, vel ob aliam probabilem, vel necessariam causam. Illi etiam, qui post huius statuti publicationem in synodo factam, Deum & Sanctos eius blasphama- bunt, quique tabernas & cauponas, præter honestatem frequentabunt, qui etiam in Ecclesia, aut locis publicis ad taxillos, alias tesseras, & chartas ludent, aut ludentes in domo sua frequenter sustinebunt, aut præ- sentes erunt inspectores: iuxta Canonicas sanctiones per Officialem rostrum puni- entur: Quod si post recidiverint, graviori poena eos castigare & puniri volumus.

NE ipsi publicè ludant pilâ) Eadem prohibet, iisdemque ferè verbis Concil. Prouince Seuonenſe habitum an. 1528. ſub Clemente VI in decretis morum cap. 25. vti & Synodus Aurelianenſis cap. de vit. & honeſt. cleric. è quibus complura mutuaſte authorem harum conſtitutionum ſæpe monuimus: Quæ autem hic de pila dicuntur intelligenda cenſeo non ſolùm de folli ludo, id eſt, pilæ maioris, quàm vulgo palmariam dicimus, quæ in ſphæriſteris exercetur vb. & veſtes ponendæ ſunt, & clamores tolluntur, & curſus, rapidique motus corporis, & omnium artuum flexiones parùm honeſtæ viſuntur. Sed & de parua pila, ſi publicè & cum laicis ludant, vt hic rectè dicitur; nam eo quoque caſu, id eis vetat S. Carolus Borromæus in Concil. Mediolanenſi 1. ſub Pio IV. tit. de armis, ludis, ſpectaculis & cuiſmodi à Clerico vitandis, maxime, ſi pecunia intercedat in ludo, aut quidquam quod faciè pecunia æſtimari poſſit. Nec refragatur quod diuinus pædagogus Clementis Alexandrini permittat hominibus *σπαίειν τῆ μικρῆ παιζῆτι*, vertens, paruo globo ludere, nam eo loco non de ſacris hominibus diſputat author. Sed de illis, qui in communi ſunt vita, quibus etiam ad corporis exercitationem, luctam concedit. Sanè de prohibitione ludi, pilæ extat conſtitutio Caroli V. Galliæ Regis an. 1369. ac nonnullâ ſuprematum Galliæ Curiarum placita, quæ videre eſt, apud Petrum Leguenois & Bochel-

lum in collat. ordin. reg. aliove Arrestorum collectors.

A Ludo autem alearum &c. abstineant) sunt eiusmodi lusus prohibiti, non solum Pontificio iure, c. Episcopus 35. dist. c. clerici ext. de vit. & honest. cleric. cap. inter dilectos XI. ext. de excessib. prælat. Sed & Casareo l. solent §. de aleæ vsu & aleat. & authentica alearum vsus C. de religios. & sumpt. funer. Authentic. interdicitur C. de Episcopis & cleric. l. 1. & 2. C. de aleat. Quin & Regum nostrorum constitutionibus, & in primis quidem Capitul. Carol. mag. addit. 3. xxvii. ac sanctione Ludouici 9. an. 1254. cuius hæc sunt verba : *Inhibemus, ut nullus omnino ad taxillos ludat, siue ad a'eas & schalos, & scholas ditionum, etiam prohibemus, tenentes eas districtius puniantur: fabrica etiam deciorum prohibeatur.* Quod & postmodum innouauit, ac sanxit Carolus V. an. 1369. Amboꝝumque exemplo Carolus ix. in publicis comitiis Aureliæ habitis art. 101. Sed & Concilio Eliberitano hi ludi vetiti, ita enim loquuntur eius Concilij Patres c. 79. *Si quis fidelis alea, id est, tabulâ luserit, placuit eum abstinere, & si emendatus cessauerit, post annum poterit communionem reconciliari.* Cui & adiiicere liceat Concil. Trident. sess. 22. de reformat. cap. 1. & sess. 24. cap. 12. Is autem ludus aleæ, è quo tot scelera nasci putat S. Antoninus Archiepiscopus Florentinus, quod in taxillis puncta numerantur, vulgò *ludas tabulâ* vocitatur, propter alueolum quo lu-

dentes vtuntur , D. Augustinus *mensam iustitiam* nuncupauit , S. Cyprianus de aleat. *alea tabularum* Græci *τάβλαν*. Vnde quando Iustinianus nouel. 123. Episcopis cæterisque Clericis prohibet *ταβλίξειν* , *ad tabulam ludere* , aleam vetat. Quod autem Clerici ita ab alearum ac taxillorum ludo abstinere debeant , vt nequidem his , ludentibus aliis , interesse possint , dudum constitutum fuit ab Innocentio 3. in dicto c. clericus ext. de vit. & honest. cleric. & iure Ciuili in Authentica de Episc. & Cleric. §. interdiciamus coll. 9.

In tabernis publicis non comedant nec bibant &c.) Clerici non nisi coacti , id est , nisi peregrinationis vel itineris necessitate compulsi , tabernas ingredi debent , ex præscripto Concilij Lateranensis sub Innocentio 3. c. clericus ext. de vit. & honestate cleric. ibi. *Et tabernas prorsus euitent , nisi forte causâ necessitatis in itinere constiterit* , quod & antea Cautum fuerat canone Apostolico 54. his verbis : *Si quis Clericus in caupona comedens deprehensus fuerit , segregetur , præterquam si in publico diuersorio in via propter necessitatem diuerterit* , Sed & compluribus aliis Conciliorum decretis , cauponam ingredi Clericis inhibicum ; Synodi scilicet Laodicensis c. 24. synodi sextæ in Trullo c. 9. Carthaginensis 3. c. 37. Rhemensis c. 25. Turonensis c. 21. ac nouissime synodi Trident. sess. 24. cap. 12. de reformat. aliisque passim. Gratianum lege dist. 44.

. Deum & sanctos eius blasphemabunt) de clerico blasphemus , eiusque pœna vide c. si quis per

capitulum 22. quæ 1. Concil. Lateranense sub Leone 10. sess. 9. cap. de reformat. curiæ & aliorum. Constitutionem Iulij 3. Papæ ann. 1554. ac p. streino Bullam Pij V. summi Pontificis editam ann. 1566. quæ incipit cum primum Apostolatus officium.

L I V.

De Choreis, saltationibus, turpibus, & amatorijs cantilenis, Ioculationibus, aliisque Clericis vetitis.



Non immisceant se choreis publicis, tripudiationibus, saltationibus, nec turpes, amatorias, aut lasciuas decantent cantilenas, aut cantantibus faueant, aut adsint, ne corrumpant bonos mores colloquia praua. Quæ cum omnibus Sacerdotibus sint indecora; illis tamen præcipuè, quibus, vel cura animarum commissa est, vel qui administrationi Sacramentorum sunt deputati; Nec sint vagi oculis, non dicaces, non ioculatores, vel histriones.

Non se Immisceant choreis publicis &c.) id
Nenim ipsis disertè prohibet Concil. Agathense c. presbyteri 19. dist. 34. ne scilicet, ob

motus obscænos , oculi eorum contaminentur ; sed nec à publicis modò , sed à priuatis quoque abstinere debet Clericus. Choreæ siquidem clericis absolutè prohibitæ sunt antiquis Canonibus , quos renouat Concil. Trident. sess. 22. c. 1. de reformat & sess. 24. c. 12. de reformat. vnde S. Carolus Borrom. in Concil. Mediol. 1. sub Pio IV. tit. de armis , ludis , spectaculis , & eiusmodi à clerico vitandis , *Choreas priuatas aut publicas non agent , nec spectabunt.*

Amatorias , aut lasciuas decantent cantilenas) de quibus ita monet Valerianus centelienfis antistites hom. 6. *Nemo insidiosis cantibus credat , nec ad illa libidinose mentis incitamenta respiciat , quæ cum oblectant , seuiunt , cum blandiuntur , occidunt :* Vnde non immeritò idem Concil. Agathense loco proximè signato , postquam nuptialibus conuiujs Clericos interesse vetuit , nec his quoque cœtibz misceri voluit , vbi amatoria cantantur , & turpia , aut obscœni motus corporum choreis , & saltationibus efferuntur , ne auditus aut obtutus sacris mysterijs deputati , turpium spectaculorum atque verborum contagione polluantur.

Aut Cantantibus faueant aut Interfuit) verba sunt Synodi Carnotensis ann. 1526. celebratæ è qua verbatim omnia quæ hic habentur excerpta.

Nec vagi oculis) vagos oculos , seu vt alij dicunt , errantes , curiosos & vndique circumspicientes improbat in Clericis Canon his igitur 23. dist. ac Concil. Moguntinum , cùm de vita cleric

cleric. cap. 1. Et sanè hanc oculorum licentiam, stultorum esse propriam, clarè perspiciuèque iamdiu asseruit eruditus à Deo Salamon, prouerb. 17. 22. sic enim loquitur in prouerbiis, *Oculi stultorum in finibus terræ.* Sçylo hebræo ita nominat oculos vagos, qui vix vnuquam hinc apud se, forissemper, & huc illuc se temerè & inconsideratè iuiciant, a Mose dicuntur num. 15. 39. *Oculi peris & varius fornicantes.* In lib. Numerorum.

Non dicaces) Dicacitatem in Clericis damnant quoque synodi sæpè citatæ, Carnotentis scilicet, & Aurelianensis, & meritò, ioca etenim, tamen si honesta & suauia, *Tamen ab Ecclesiastica abhorreere regula monet S. Ambrosius lib. 1. offic. cap. 23.* sed & S. Hieronymus epist. 2. *omnes delicias, & lepores, & visu dignas urbanitates, & ceteras ineptias amatorum, in comædiis erubescimus; in seculi hominibus detestamur; quanto magis in Monachis, & in Clericis, quorum, & sacerdotum proposito, & proposito ornatu sacerdotio.*

Non ioculatores, vel histriones) Hos siquidem, cum Clericalis ordinis dignitati non parum detrahant, si per annum artem illam ignominiosam exercuerint, ipso iure, si autem tempore breuiori, & tertio moniti non resipuerint, omni privilegio Clericali carere vult Bonifacius 8. in cap. vnic. de vit. & honest. cleric. in 6. Sic & aenea, Clericum scurrilem, & verbis turpibus ioculatorem ab officio remouendum censuere Patres Concilij Carthaginensis IV. cap. 60. vt habetur apud Gratianum c. Clericum 46. dist.

& in Concilio Lateranensi sub Innocentio 3. celebrato c. 16. præceptum Clericis, ne mimis, loculatoribus, & histrionibus intendant: dicuntur autem Ioculatores, qui iocis ac fabulis alios oblectant, seu, vt habet gloss. in cap. vnic. de vit. & honest. cleric. qui publicè histrionatum exercent & spectaculum sui corporis faciunt, quasi ioculatores in publicum, gallicè *matasins* & *basileur*, Iocularios dixit Isidorus in gloss. sed & in veteri glossatio quod apud me extat ioculator gall. *ian-geur plein de bourdes*, Ioculatrix, *iangleresse* alias *iangleur*. *Goliardos* & *Bisfones* vocat quoque idem Bonifacius 8. in d. cap. vnic.

L V.

De Crapula & ebrietate à Clericis vitanda.



ONS VETVDINEM bibendi, aut prouocandi ad certamen potuum æqualium, iure dudum improbatã prohibemus renouari. Crapulam aut ebrietatem abhorreant, in quibus est fomes libidinis & mentis hebetatio. Venientesque ad synodum, in domos honestas diuertant, in quibus libidinis, vel alterius delicti nulla sit suspicio.

Conſuetudinem &c. iure dudum improba-
 ram) Concilio ſcilicet Lateranenſi Occu-
 monico, ſub Innocentio 3. c. 15. ex quo deſump-
 ta quæ hîc habentur : eius autem tenorem ne
 chartas impleamus, omittere mens fuerat, ſed
 quia, vt audimus peruerſus ille mos comporan-
 di ad æquales hauſtus nonnullis in locis apud nos
 inoleuit. Et Barbaricæ illæ Imitationes, ad bi-
 bendum, quæ paribus poculis ſunt, à quibus-
 dam adhuc parum piè, ac magno totius clerica-
 lis ordinis dedecore frequentantur, abs re alie-
 num non erit, Concilij Lateranenſis verba ſanè
 luculenta, vt omnibus innotescant; hic tranſcri-
 bere, ſic autem ſe habent. *A crapula, & ebrietate
 omnes Clerici diligenter abſtineant; Unde Vinum ſibi
 imperent, & ſe vino, nec ad bibendum quiſquam in-
 cietur; cum ebrietas, & mentis inducat exilium, &
 Uidnas prouocet incentiuum. Unde illum abſum pe-
 minus decernimus abolendum, quo in quibusdam parti-
 bus, ad potus æquales ſuo modo ſe obligant potatores,
 & ille iudicio tantum plus laudatur, qui plures inebriat,
 & catenas fecundioris exhaurit. Si quis autem
 ſuper his ſ. cu. pabilem exhibuerit: riſu à ſuperiore com-
 munitis ſat. ſ. curit, ab officio, v. l. beneficio ſuspenda-
 mur. Sed & antea Concilio Nannetenſi apud Gra-
 nianum c. nullus presbyterum diſt. 44. qui repe-
 ritus fuit diſt. 9. de conſecrat. can. 35. cautum
 fuit, ne vltus Presbyterorum quando ad anni-
 uerſariam, diem trigeſimum, vel ſeptimum, vel
 tertium alicuius defuncti, aut quacumque voca-
 tionis ad collectiam presbyteri conueniret, ſe*

inebriare vllatenus præsumat: nec precatur ut amore sanctorum, vel alicuius animæ bibere, vel alios ad bibendum cogere, vel se alienâ precatione ingurgitare. Idem inter milites feruari iubet Carolus magnus in capitul. lib. 3. c. 72. *De non cogendo bibere in hoste* id est, in exercitu lib. 2. feudor. tit. 4. & passim in legibus vultigothorum, aliorumque.

Crapulam aut ebrietatem abhorreant) seu, ut habet Concil. Lateranense, cuius integrum decretum proximè retulimus. *A crapula & ebrietate diligenter abstineant*, aliàs si non abstinuerint, & a superiore communiti non satisfecerint, ab officio & beneficio sunt suspendendi c. a crapula 14. ext. de vit. & honest. cleric. Sanè vinolentum Sacerdotem, & vetus lex prohibet, & Apostolus damnat c. vinolentum 35. dist. qui & in Diacomo, non dissimilem temperantiam petit, quos vult esse pudicos, *Et non multo vino deditos*, ac ne quis existimet, hanc esse tantum vnius Apostoli sententiam, sunt. canones duo, 42. & 43. quos Heroes illi nostri, de communi consilio prodiderunt, quibus iubentur Episcopi, Presbyteri, aliique omnes ad mystagogiam adleu, qui ebrietati vacarent, desistere, aut gradu suo deici, vel segregari. Simile quiddam in eorum Constitutionibus retulit Clemens constit. Apost. lib. 8. cap. 44. ubi vetantur Ecclesiastici *παρρηϊκῶς*, *inebriari*, ac complura postmodum de macula illa prohibenda edita fuere Conciliorum Decreta. imo in Laodicensi can. 24. & Carthaginiensi

42. & 33. à nobis suprà citatis, damnantur Clerici, qui vel solùm in popinam ingrediuntur, adeo patres obstruere omnem aditum labi illi voluerunt atque dedecori: vt autem vitanda Clericis ebrietas, cum omnium vitiorum fontes ac nuxit, quæ panâ ferendi, qui turpiter illi vitio indulgent. legenda quæ ex Concilio ac Patribus scripsit Gratianus 35. dist.

LVI.

De Clericis Concubinas, aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspicio, domi detinentibus, aut alias incontinentèr viuentibus.

Nihil est, quo magis Sacerdotis nomen illustrari possit, quàm si a carnis contagione se immaculatum seruet. Quo enim frequentior imminet pugna, eo victoria celebrior reperitur. Nihil contra, quòd viliores ac contemptibiliores reddat, quàm si is impuris sordibus indormiat, & tabescat, in quibus ipse bona temporalia, tempus, corpus, rectam mentem, charitatem Dei, & dilectionem proximi malè perdit. Itaque sciunt se obligat os

ad continentiam. Nos itaque præsentium lecturá , canonicè & peremptoriè monemus omnes, & singulos Dominos Abbates, Præpositos , Decanos , Archidiaconos , Priores , Canonicos , Archipresbyteros , Rectores , Sacristas , Vicarios & alios beneficiatos , cuiuscumque status , præemi-
 nentiæ , gradus , aut conditionis existant, similiter Presbyteros alios non beneficia-
 tos, Subdiaconos, Diaconos, Religiosos, & alios quoscunque in sacris Ordinibus constitutos, concubinas focarias, pedisse-
 quas, aut alias quasçunque mulieres, de quibus suspicio & scandalum sit secum tenentes, similiter filium aut filios, filiam vel filias ex illis aut aliis mulieribus ex illicito concubitu ante, vel post ordinem susceptum retinentes : quive turpissimum lenocinij crimen (quod non solum Clericis sed omnibus detestandum censetur) exercuerit : ut dictas concubinas focarias, pedissequas, aliasve mulieres suspectas, & prolem ex prohibito coitu genitam ita à se removeant : quòd de illis amplius sinistra suspicio, aut scandalum non possit haberi, nec ulterius prædictas personas, aut alias verisimiliter suspectas reatumere, aut acci-

pere præsumant , nec in domibus suis aut alibi per se , vel alios lenocinium fieri permittant. Alioquin tales Ecclesiasticos monendos canonicâ monitione præmissa , si per octo dies in dicto concubinato manserint , & huic monitioni non paruerint : ex tunc lapso termino præfato , beneficiatos a perceptione omnium fructuum suorum beneficiorum , trium mensium spatio suspendimus : & his scriptis suspensos declaramus. Quos fructus in fabricam suam Ecclesiarum , aut in alios pios vsus (ubi videbimus expedire) conuertemus. Non beneficiatos verò , eisdem temporis trimensis spatio ab officio suspendimus. Quòd si ultra animo obdurato (quod Deus auertat) cum effectu persistere voluerint , & nostram monitionem eis nominatim , particulatim aut priuatim fiendam expectauerint , pro tenore sacri Concilij Basilcensis , eos officio & beneficio suspensos seu priuatos perpetuò decernimus. Prohibentes etiam & monentes vt penitus abstineant Sacerdotes , a frequentatione locorum suspectorum , conuersatione secretâ cum mulieribus : vel etiam confabulationibus & iocis , ex quibus possunt (quæsitâ occasione) faciliè in tentationem incidere.

Focarias) Concubinas appellat Imperator n. mine scilicet verissimo focarias in l. 2. c. ce donat. inter virum & vxor. id est, Culinaria, seu *μαγεισσίας* vt docet Turnebus lib. 8. adue. s. cap. 9. sic autem appellantur, quòd plerumque habeantur per causam, speciemque culinæ, nam & *μαγεισσίας* D. Hieronymus interpretatur focarias 1. Samuelis cap. 4. vnde in veteri glossario focaria, *cuisine ou concubine* vulgò *à pot & à feu*.

Aut alias quasunque mulieres de quibus suspitio) etiam si ea mater sit, amita, aut soror, nam si incontinentiæ suspectæ sint, eas à se remouere debet Clericus, quia instigante diabolo, vt ait concilium Moguntinense, & *in illis factis perpetratum reperitur, aut etiam in pedissequis earum.* dem c. 1. ext. de cohabit. cleric. ac mulier.

Ita à se remoueant) verba sunt Alexandri 3. c. clericos & c. sicut de cohabitatione cleric. & mulier, ext. quibus præceptum Clericis sub grauissimis pænis, ne cum muliere incontinentiæ suspecta conuersationem ineant: alioqui excommunicandi, si contumaci spiritu eam frequentauerint c. 2. ext. de cohabit. cleric. quanto magis suspectam domi fouere eis vetitum erit, Sanè extraneas mulieres, quas Nicænum Concil. subintroducitas vocat, Clericis in domo sua habere, dudum sacris Canonibus interdictum fuit, & quidem Concilio Nicæno 1. ann. 325. c. 3. Arclatenfî 2. an. 390 c. 3. Agathensî an. 506 c. 10. Aurelianensî 3. cui S. Albinus notæ sanctitatis antistes interfuit an. 540. c. 4. Auchanensî 5.

an 552. c. 3. Turonensi 2. an. 570. c. 10. Toletano 4. an. 630. c. 41. Toletano 8. an. 653. c. 5. Cabilonensi an. 664. c. 3. Aquisgranensi an. 836. c. 11. Moguntiaco an. 888. c. 10. ac variis iuris locis de quibus c. interdixit 32. dist. c. oportet 23 c. volumus 24. c. cum omnibus 27. c. Archidiaconum 29. c. quidam 30. c. faminas 31. dist. 81. apud Gratianum & apud Gregorium toto tit. de cohabit. cleric. & mulier. Sed non tantum synodorum decretis, sed & Imperatorum Christianorum constitutionibus ab extranearum mulierum consortiis arcentur Clerici 1. cum qui C. de episc. & cleric. Extraneam autem mulierem hic vocamus, quæ Mater non est, aut avia, aut soror, aut filia aut neptis, aut matertera seu amita, nam & cum de his nominibus, nefas sit aliud, quam natura constituit suspicari, ideo Clericis cum illis viuendi liberam habere potestatem iuriam citata concedunt, sed nec cum his quidem, si incontinentiæ arguantur, ut iam diximus, & firmari potest ex Concl. Nannerensi an. 85. celebrato; Pœna autem Clerici qui legitime monitus, à suspicio contubernatio mulieris non abscedit est excommunicatio c. 2. & 3. de cohabit. cleric. & mulier. ext. & Conclius proximè citatis vnde Galo Cardinalis Apostolicæ sedis legatus & Episcopus Parisiensis an. 1105. constit. c. 7. *Excommunicamus omnes Saerdotes & Clericos quoscunque, qui post legitimam admonitionem fornicas, vel mulieres alias, de quibus mala suspicio & oriri potest, in d. mibu proptas, vel aliis, vnde po-*

pulus scandalifetur , duxerint retinendae. Quin & ante , Concil. Tolofan. an. 1056. Presbyteri , qui a mulieribus non abstinuerint , à proprijs Episcopis excommunicentur. Sed sunt , & aliæ pænæ canonicae de quibus nos infra dicaturi sumus. Quod verò , ne huiusmodi mulieres solùm , sed prolem ex eis susceptam , à se remouere debeant Clerici habetur in Concil. Basileensi decret. de concubin. sess. 20. quod extat in pragmat. sancti. cod. tit. 5. qui etiam vide supra constitutiones Bernardi de Rosergio num. XLIII. & ibi notas.

Pro tenore sacri Concilij Basileensis) sess. scilicet 20. ex qua deprompta quæ hic circa Clericos Concubinarios sancuntur , quin imo , & si peccandi libidine excæcati , ne suspensionis pænâ quidem , à misera viuendi consuetudine non recedunt , eos excommunicationis vinculo subiacere vult Alexander 3. c. Clericos 3. de cohabit. cleric. ext. hinc Concilium in Alemama habitum an. 1225. c. 2. *Si quis autem Cleric ruz deinceps fuerit deprehensus , incontinentiâ vitio labrare , detinendo publicè concubinam , nisi post admonitionem canonicam , illam à se prorsus expulerit , ex tuam beneficio , quàm offi. io spoliatur : si verò nec sic factorem suæ libidinis curauerit evitare , quia crescente contumaciâ , crescere debet & pœna , a uerbematis sententiâ feriatur.* Sed nec excommunicatione modo verùm & depositione plectuntur Clerici huius criminis conscij ab eodem Alexandro 3. c. 4. & 6. de cohabit. cleric. & mulie. ext. suffragatur Innocentius 3. in Concil. Lateranensi generali c.

4. cuius hæc sunt verba , *Ne verò facilitas venia
incentuum tribuat delinquendi : statuimus , ut qui de-
prehensi fuerint incontinentiæ vitio laborare , pro ut ma-
i aut minus peccauerint , puniantur secundum Ca-
nonicas sanctiones quas efficacius , & districtius præci-
pius obseruari , ut quos diuini timor a malo non re-
puit , temporalis saltem pena , à peccato cohibeat.
Si quis igitur hac de causa suspensus diuina celebrare
presumpserit , non solum Ecclesiasticis beneficiis , verum
etiam pro hac duplici culpa perpetuò deponatur. Quas
penas postmodum innouauit Concil. Lateranen-
se sub Leone 10. habitum sess. 9. ac Synodus Tri-
dentina decreto illo , quod in Clericos inconti-
nentes seu concubinarios edidit. sess. 25. cap. 14.*

Conuersatione secretâ cum mulieribus veſ
etiam confabulationibus) quæ omnia Clericis ac
Monachis prohibita c. clericus 20. c. in omni-
bus 26. c. clerici 32. dist. 81. c. disinimus 21. 18.
q. 2. c. si quisquam 2. ext. de cohabit. cleric. &
mulier. Concilio Turonensi 1. an. 482. c. 3. An-
degauensi an. 453. c. 5. Agathensi an. 506. c. 10.
ac demum Synodo Tridentinâ sess. . 5. cap. 14.
de reformat. ibi , *aut cum iis , mulieribus scilicet ,*
vllam consuetudinem habere audeant.



LVII.

*Ne Clerici Larvati incedant , neque
pileos & cornetas in Ecclesia , aut
alibi Sacerdotes deferant.*



ARVATI, aut (vt vulgo dici solet) mascarati , seu deguisati , die vel nocte , numquam incedant , vel deferre pileos vel cornetas Sacerdotes assuescant , nec illis utantur , præcipuè in Ecclesia , in vrbe , aut aliàs in vsu publico & quotidiano cum populo conuersando & frequentando , sed solùm congrua ac honesta & ordini ac statui suo conuenientia portent camælia , seu caputia , pænâ graui contra facientibus imminente , nisi iusta de causa excusentur , aut super hoc cum illis benignè dispensatum fuerit.

LArvati numquam incedant) personatos dicit Concil. Bituricense sub Gregorio 13. tit. 25. c. 6. quo id ipsum clericis prohibitum vti & Concil. Burdigalensi sub eodem Gregorio 13. sed & antè, Concil. Narbonense 1551. sub Iulio 3. c. 19. *Clerici Larvas non gerant , neque eas gestantibus comites se præbeant.* Sanè Concilio Nanneteni

is inhibicum fuit ne laruas dæmonum vulgò Talamaschas (quas vocant) ante se fieri consentiant, & ratio subditur, quia hoc diabolicum est, & a sacris Canonibus prohibitum vti habetur c. nullus dist. 44. qui repetitus fuit de consecrat. dist. 5 c. 35.

In vrbe, aut alias in vsu publico) quoddam vti que olim strictè seruatū legitimus, exceptis casibus de quibus infra in Concil. Prouinciali Tolosan. part. 1. cap. 4, nuni. 6. hodie tamen secus moribus nostris obtinet.

L V I I I.

*Quali habitu & decentiâ standum in
Choro vel in Ecclesia, tempore diuini
seruitij, & sacramentorum admini-
stratio peragenda.*



CLERICI qui solent administrare Sacramenta in Ecclesijs Parochialibus, vel audientes Confessiones, aut Missas ordinarias, siue extraordinarias decantando, aut alias lucrum capiunt in Ecclesia, nunquam tempore diuini seruitij, saltem in festis annualibus, Virginis Mariæ, Dominicis &

aliis festis diebus stent in Ecclesia, nisi superposito super pellicio; Et si tunc cantentur horæ, vel Missa alta, ipsi se immisceant & psallant simul omnes, nisi causa legitima præpediti fuerint, neque interea fabulentur vel deambulent.

Nisi superposito superpellicio) Et absque Quadrato birreto, & quidem de ministrantibus sacramenta expressè cautum id fuit Rituali Romano variis locis; De diuinis verò officiis interuentibus pluribus conciliorum decretis Basileensi sess. 21. cap. 3. Rothomagensi an. 1586. Bituricensi 1584. Tolosano, 1590. infra part. 1. cap. 3. num. 14. vide Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 12.

Ipsi se immisceant & psallant simul omnes) Concil. Basileense sess. 21. tit. quomodo diuinum officium sit in Ecclesia celebrandum. *Horæ canonicas dicturi, cum psallendi gratiâ ibidem conueniant, iuncta, ac clausa labia tenere non debent, sed omnes, præsertim, qui maiori funguntur honore in Psalmis, Hymnis, & Canticis Deo alacriter modulentur.*

Neque interea fabulemur) in re, id est, tempore diuini seruitij vt antè dictum, id enim districte inhibitum ab Innocentio 3. in Concil. Generali Lateran. cap. 17. quod refertur cap. dolentes de celebrat. missar. apud Gregorium & à Clemente V. in Concil. Viennensi cap. 1. in Clement. eod. tit. sed & Concil. Basileensi sess.

xxi. cap. 3. cuius hæc sunt verba. Horas canonicas d' huri, cum in clero fuerint gravitatem seruent, quam, & locus, & officium exigunt, non insimul, aut cum aliis consabulantes seu colloquentes, aut literas, seu scripturas alias legentes. Lege Nicolaum 1. ad consulta. bulgatorum c. 74. & Honorium 3. c. si diligenti de vit. & honest. cleric. in 5. compilat.

Neque deambulent) Concil. Basileense sess. 21. cap. 3. Quiunque in Ecclesia beneficiatus, præsertim de maioribus, diuinorum tempore per Ecclesiam, vel foris circa ipsam deambulando, aut cum aliis colloquendo, vagari visus fuerit, non solum illius hora, sed etius diei præsentiam ipso facto amittat, qui si semel correptus, non desiterit, per mensem distributionibus careat, vel grauiori (si pertinacia exegerit) pena subiacet, ita vt tandem desistere cogatur.

LIX.

*De vsu diœcesis in diuinis Officiis, Mis-
sarumque celebratione, ac Sacra-
mentorum administratione à Páro-
chis seruando.*

RÆCIPIMVS omnibus Recto-
ribus, & Vicariis curam anima-
rum actu habentibus, & exer-
centibus in nostra Diœcesi,
quatenus infra mensem à die publicationis

præsentium statutorum ipsi in canonicis horis dicendis, administratione Sacramentorum, in missæ, & alij diuini seruit. j. celebratione assumant vsus nostræ Diocesis.

Assumant vsus nostræ Diocesis) ita scilicet, vt nullos alios ritus adhibeant, quàm, qui præscripti extant in Rituali codice in vsus huius Diocesis iam pridem exarato, qui Manuale, seu Ordinarius liber dicitur suprâ num. 7. & alibi sæpè, *officialem libellum* appellat Concil. Tolosanum IV. c. 25. *Quem præbyteri, qui in Parochiis ordinantur, à sacerdote suo accipere debent, vt ad Ecclesias deputatas sibi, instructi accedant, ne per ignorantiam etiam in ipsis Sacramentis diuinis Christum offendant: vt quando ad litanias, vel ad Concilium venerint rationem suo Episcopo reddant, qualiter suum officium celebrent vel baptisent.* Vide Amalarium fortunatum de Ecclesiast. offic. lib 4. cap. 29. verùm hodie antiquati sunt veteres illi rituum libri seu manualia, quibus vsa est diu hæc nostra Prouincia Tolosana, aliis probatoribus sanè, & emendatioribus in eorum locum successis, Cærimoniali nimirum, ac Rituali Romano Summorum Pontificum iussu editis & promulgatis, à quorum legibus & sancitis recedere fas non est.

L X.

De studio, lectione, & scientia Sacerdotum curam animarum habentium.

COGNOSCENTES autem, quantum & quam ingens sit periculum, si ignari & imperiti ad administrandum curam animarum temerariè se ingerant. Hor-

tamur omnes Sacerdotes quatenus ipsi, cum summa diligentia dent operam cognitioni sacrarum literarum, ne ipsi cœci alios secum in præcipitium trahant. Nihil autem delectabilius Sacerdoti esse debet studio tali, quo evitatur otiositas (vitiarum mater omnium) anima reficitur, ac in Deum tota erigitur, ignorantia (omnium errorum parens) procul pellitur. Compareant igitur sibi libros sua professione dignos & in primis Statuta hæc nostra Synodalia, Manipulum Curatorum, Baculum pastorum, Rationale divinarum officiorum, quos omnes præcipimus emere, legere, scire, & intelligere.

Cognitioni sacrarum literarum) Iuxta præscriptum Concilij Toletani 4. c. 24. quod refertur apud Gratianum c. 1. dist. 38. ac Conc. Arelatensis 4. cap. 4. Graue illud admonitum S. Hieronymi epist. 2. *Divinas scripturas sapius tange, immò nunquam de manibus tuis sacra lectio detrahatur. Disce quod doceas.* Quod cum ad omnes pertinere possit, qui sacris functionibus adlecti, tum verò imprimis ad eos spectat, qui sanctuarij sunt Principes, & curam animarum habent, Curiones, Episcopi, aliique sacròrum Antistites.

Comparent sibi manipulum curatorum, baculum pastorum &c.) Probata illa quidem pro tempestate opuscula, licet non ita accuratè conscripta, multis siquidem scatent mendis, ac plerisque in locis veniunt castiganda; maxmè post sacrosancti Concilij Tridentini decreta. Quare seligendi potiùs ac comparandi libri illi à Parochis, quos posterioribus suis constitutionibus Antistites nostri, ab ipsis habendos, ac sæpè perlegendos decreuère, & imprimis Concul. Trident. Concil. Prouinc. Tolosan. statuta synodalia Diœcesis Tolosanæ, Rituale Romanum, Catechisimum ad Parochos, monita ad eosdem Parochos Archiepiscopi Cozentini, Possesinum de offic. Curati, Theologiam pastorum Binsfeldij, Instructionem Sacerdotum Cardinalis Toleti vide infrà Statuta synod. Cardinalis à Ioyosinum. r.

LXI.

De Clericis venatoribus.

CLERICOS qui venationibus clamosis, falconibus, accipitribus, aut similibus passim tempus conteruat, magnopere improbamus, præsertim ubi tempore di-

mini seruitij, aut diebus festiis venatum quoquo modo eunt: patrimoniumque Iesu Christi (quod in pauperes impartendum fuit) in huiusmodi fruolis & prohibitis male consumunt.

Clericos qui venationibus clamosis) Venationes Clamosæ, & sylvaticæ euagationes, quæ cum auibus, accipitribus, falconibus, canibus peraguntur, Pontificum sanctionibus clericis sunt interdictæ c. Episcopum cum seq. ext. de censibus c. 1. ext. ne clerici vel monachi Concil. Lateran. sub Innocentio 3. cap. 15. Trident. sess. 24. cap. 12. de reformat. idem cauetur, lib. 5. capitul. Carol. magni cap. 2. & 13. & addit. 3. c. 4. quod si quis in hac voluptate sæpius decenter fuerit, si Episcopus est, tribus mensibus a communione, si Presbyter duobus; si Diaconus, ab omni officio suspendatur, ut vult. dictus

canon Episcopum de clerico venatore. Sed id quoque Monachis vetitum cap. 1. §. Porro §. si qui verò de statu monachor. in clement. & in Concilio Rauennatensi 4. sub Ioanne Papa 22. rubr. 17. venatoria enim exercitia athletica sunt & militaria, quæ procul abesse à cœlesti militia debent, cum nec militare Clericis permittatur; quinimo neque inter seculares valde probata fuit in sacris litteris venatio, vt pote, quæ cum sit belli species, crudelitatem doceat & sanguinem, reddatque homines temerarios, & ad latrocinia pronos, vnde venatoris nomen pro impio & crudeli sumptum, & ars venatoria nequissima dicitur, & venatores homines nequissimi c. qui venatoribus 8. & 9. 86. dist. quo nomine & in illis male audiêre Cain, Lamed, Nembroth, Ismael, Esau, qui inter venatores robustos id est, hominum oppressores, & tyrannos referuntur. Accedit iactura temporis, quæ maximè Clericis vitanda; negotiorum neglectus etiam suorum, ac Ecclesiæ, cui inseruit, cum venatio ita rapiat & alliciat, vt rerum omnium quantumuis sacrarum obliuionem inducat, vt liquet ex illo Horatij.

Manet sub Ioue frigido

Venator teneræ coniugis immemor

Et quòd peius est, à cultu & obsequio diuino abstrahat c. an putatis 86. dist. Sequitur & inde, artium vitæ vtilium neglectus, quæditorum vel à maioribus relictorum consumptio, cum venatio sumptus ingentes pariat, ad canes accipitresque

is , reliquaque habenda cap. 1. ext. de cleric. venat. pauperum contemptus , translatis granis in alimoniam canum & auum, quæ in pios vsus ac pauperes subleuandos conuertenda erant , c. donare & seq. 86. dist. vt non ineleganter fixerint Poëtæ Actæonem magnum illum venatorem in Ceruum conuertum , nempe quòd canes eius substantiam deuorauerint , & venatores ; Atque ita , bonis absumptis , tamen interierit, quæ de re apud Otuidium lib. 3. Metamorph. & in commentariis Apollonij lib. 4. Sed quamuis venatio Clericis inhibita sit , non tamen hinc inferri debet , quòd nunquam ipsis aucupari aut venari licitum sit , nec enim venatio secundum se illicita est , nec de omni genere venationis intelligendi veniunt canones iam citati , sed de Clamosa & sylvatica , quæ magno sit armorum canumque strepitu , quæ sola damnatur in Clericis , vt iam dictum est Secus verò statuendum est de illa , quæ oblectamenti , exercitationis , aut confirmandæ valetudinis causâ fit aliquoties à Clerico , sine pompa , sine strepitu , sine scandalo , hanc enim Clericis permissam esse , meritò abstruunt Archidiaconus in d. canon. qui venatoribus 86. dist. Panormitanus in titulum de cleric. venat. ext. Cardinalis in Clement. ne in agro §. Porrò 2. de statu monachor. Siluester in sua summa verbo venatio aliq. Piscatio verò , quæ species venationis est , Clericis permissa est , tum quia cessant rationes omnes propter quas eis venatio prohibita est : tum etiam quia piscatio

exempla habet Apostolorum, quos piscatores Servator noster ad se vocavit, & retia tendi iussit Lucae cap. 10. & cap. vlt. ideoque hanc clericis minimè interdictam probat Raynaldus Corsus lib. 3. indagationum iuris cap. 14.

LXII.

De horis canonicis singulis diebus attentè & deuotè persoluendis.



D horas Canonicas dicendas tenentur, qui vel obtinent beneficium, vel sunt in sacris constituti, quas enunciaturi colligere debent omnes spiritus, sibi Deum solum præ oculis mentis statuentes, in eumque totam mentem erigentes. Non enim probat Deus eam orationem quæ est in solo sermone & multiloquio; malumque est Deum labiis venerari, animo aliò vagante. Ipsi ergò non discurrendo, neque decurtando, sed disertè, pedetentim, attentè, ac dilucidè singula verba pronuncient, diligenter que animum ad ea vertant, contineantque interea mentis habenas, vigilant vt interior cogitatio cum pronunciatione exteriori conueniat ac Deum contempletur.

Qui vel obtinent beneficium vel sunt in sa-
 cris constituti) De beneficiariis extat con-
 stitutio Concilij Lateranensis sub Leone X. sess. 9.
 cap. 9. *Statuimus*, inquit Synodus, *ut quilibet*
habens beneficium, cum cura, vel sine cura, si post
sex menses ab obtento beneficio, officium non dixerit,
legitimo impedimento cessante pro rata omissionis te-
mporis, fructus beneficij suos non faciat, sed eos tan-
quam iniuste perceptos, in fabricas ipsius beneficij, vel
pauperum elemosynas, erogare debeat. Quam qui-
 dem constitutionem Pius V. verè Pius Pontifex
 innouavit, & ampliauit constitutione suâ editâ
 Romæ an. 1571. 12. Kalend. octobr. quæ extat
 in magno bullario. Accedat, quòd beneficium
 datur propter officium, quare, qui non persoluit
 officium, indignus est beneficio c. si quis Sacer-
 dotum, can. eos etiam qui dist. 81. cap. fin. de
 re scriptis apud Bonifacium. Quo ad verò eos,
 qui sacris initiati sunt, certò certius est eos ad
 horas canonicas iure Ecclesiastico, & antiquâ ac
 generali Ecclesiæ consuetudine adstringi, etiam
 si beneficium non obtineant: de Presbyteris qui-
 dem expressum id est, in can. Presbyter 91.
 dist. cap. 1. cap. dolentes ext. de celebrat. mis-
 sarum. De Diaconis verò, ac Subdiaconis con-
 cors est Theologorum, ac Canonistarum sen-
 tentia, eos ad recitationem precum canonicarum
 obligari, ut legere est apud eos, qui de
 horis canonicis quidpiam scripsere, & firmati po-
 test, ex Concil. Basileensi ut. qualiter horæ ca-
 nonicæ sint dicendæ extra chorum. *Quosunque,*

inquit Synodus, *etiam alibi beneficiatos, seu in sacris constitutos, cum ad horas canonicas teneantur admoneri hæc sancta Synodus &c.* alij verò Clerici, qui in minoribus ordinibus constituti, nullo fruuntur beneficio Ecclesiastico, communi doctorum calculo, & generali Ecclesiæ consuetudine, ratione sui gradus minimè ad preces canonicas obligantur, tum quòd nulla constitutio extat, quæ eos obstringat, tum quòd non sunt plenè diuino cultui dicati, & in sortem Domini electi. Eis enim liberum est, inire coniugium, omniaque laicorum munia implere & exequi.

Non enim probat Deus eam orationem, quæ est in solo multiloquio) Nec enim verbis tantum, sed corde orandus est Deus. *Numquid multitudine verborum flebit Deus, ut homo, potest.* Inquit S. Hieronymus c. non mediocriter 24. de consecrat. dist. 5. qui & hæc subdit, *melior est quinque psalmorum decantatio cum cordis puritate & serenitate, & spiritali hilaritate, quam totius psalterii modulatio cum anxietate cordis & tristitia.*

Malumque est Deum lab. is venerari, animo, aliò vagante) nam, ut aiunt Patres Concilij Treuerensis? *quid est voce quidem psallere, mente autem domum, aut forum circumire, nisi homines fallere, & Deum Irrideri? Nec clamans sed amans cantat in aure Dei, audit enim ille vocem cordis, sine qua sonum oris contemnit, quomodo enim, qui ore quidem orant, sed mente foris vagantur, putant à Deo precem, exaudiri, quam nec ipsi, qui fundunt, audiunt. Præclare in hanc rem S. Cy*

privatus ; *Quomodo te à Deo audiri postulas, cum teipse non audias ? Vis esse Deum memorem tui, cum rogas, quando tu ipse memor tui non sis ! non igitur vocis tantum modulatione, sed devotione cordis debitum suæ servitutis pensum absoluant Clerici quibus divini officij celebrandi curam incumbit, ut rectè Concilium Moguntinum an. 1549. c. 53. & ad divina officia peragenda, corpore pariter & mente, se componant ; quo simul & Deo gratum cultum exhibere, & populo consideranti devotionem augere valeant.*

Non discurrendo) id est, non cursim ac festinanter & prolatione non præcipiti, sed distinctâ, attentâque quoque mente, seipsum, ac verba student componere, ut loquuntur Patres Concilij Basiliensis : seu, ut habet Concil. Senonense, reverenter, verbisque distinctis, diurnum nocturnumque officium peragant, quod sumptum ex eod. Concil. Basiliensi Quòd autem hic discurrendo ponitur, transcurrere dicit Concil. Viennense, clem. 1. de celebrat. missar.

Aut decurtando) Concilium Treverense an. 1549. *Caveant qui extra chorum horas privatim legunt, re, omnivolentè, aut truncatis verbis, aut intra saucos compresso spiritu preces demurmurare valeant, sed articulate, distincte, disertè, & cum attentione, integre omnia pronunciant.*

Contineantque mentis habenas) toto enim corde orandus est Deus, non mente, hac illucque temerè aberrante, sed in illum unum intentâ, neque usquam aliò, ut rectè S. Basilius consistit.

monastic. cap. 2. Tunc porrò toto corde clamatur quando aliunde non cogitatur, ut ait S. Augustinus ad Psalm. 118. Cum igitur psalmis & hymnis Deum oramus, hoc verberetur in corde, quod profertur in ore ut inquit idem S. Augustinus in tertia regula sed & D. Hieronymus ad Rusticum monachum can. nunquam de consecrat. dist. 5. *Dicatur ad verbum oratio sine intermissione, vigilans sensus, nec vagis cogitationibus patens corpus, pariterque animus tendat ad Dominum.*

Ut interior cogitatio cum pronuntiatione exteriori conveniat) & hoc est, quod aiunt Patres Concil. Aquisgranensis c. 132. psallentium in Ecclesia Domino mens concordare debet cum voce, ut impleatur illud Apostoli 1. Corinth. 14. psallam spiritu, psallam & mente. Rectè equidem orandi etenim pertinacia, ita demum meret esse fructifera, si quod ore precamur, hoc etiam mente meditemur, neque alio clamor labiorum, quàm cogitationum scindatur intuitus &c. ut inquitur S. Beda super Matheum c. 15. immolantes igitur hostiam laudis iungamus sensum verbis, affectum sensui, exultationem affectui, ut ait S. Bernardus super cant. serm. 1. & ut S. Cyrillus verbis utamur serm. 6. de orat. dominic. quæ habentur c. quando 70. de consecrat. dist. 1. *Quando stamus ad orationem, vigilare & incumbere ad prec. s. toto corde debemus: cogitatio omnis carnalis, & secularis abscedat; nec quicquam tunc animum, quàm id solum cogitet, quod precatur. Ideò & sacris ante orationem prefatione præmissâ parat fratrum*

*mentes dicendo (sursum corda) ut dum r. spondet plebs
habemus ad Dominum) admonetur , nihil se aliud,
quam D. minium cogitare debere.*

LXIII.

*De Scholis publicis in singulis
parochiis.*

IN qualibet Ecclesia parochiali, ubi
desunt Scholæ publicæ, vel priuatae,
ad quas possint proficisci in-
fantes, sit semper, aut Sacerdos, aut Cle-
ricus sufficienter eruditus, qui possit pueros
docere, illisque familiariter interpretari pri-
mas literas. Orationem Dominicam, Sym-
bolum & alia, quæ alphabeto continentur.
Præcepta Decalogi, atque iam ab ea ætate
eos doceat diligere Deum, vitia fugere,
Christianæque religionis iugum subire.

AU^t Sacerdos aut clericus qui possit puere
docere) Præscripserat id antea Concil.
Nannetense c. VIII. apud Burchardum lib. ij.
cap. LVI. & Iuonen part. VI cap. CLII. quod re-
fertur iisdem verbis à decretalium collectore ex
Concilio Matiscensi in cap. ut quisque Presby-
ter ext. de vita & honest. cleric. ibi enim edic-
tur. *ut qui qu. Pre b, s r, qui plebem r g, t, Clericum*

habeat qui secum cantet, & Epistolam, & lectionem legat, & qui Scholam possit tenere, & admonet suos Parochianos, ut filios suos ad fidem discendam, mittant ad Ecclesiam, quos ipse cum omni castitate erudiat. Nec enim solum in Episcopis aut Monasteriis scholæ olim fuerunt, ut per se notum, sed in singulis Plebaniis & Ecclesiis Parochialibus, puerorum scilicet fidei & literarum rudimentis in-
 buendorum causâ. Hinc Theodulphus Aurelianensis Episcopus, in Epistola ad Presbyteros Aurelianenses, postquam edixit pueros ad Scholam mitti, seu in Ecclesia sanctæ Crucis quæ Matrix erat Ecclesia & Episcopalis sedes, seu in Monasterio S. Aniani, aut S. Benedicti, aut S. Liffardi, præcipit insuper, ut Presbyteri per vicus & villas scholas habeant in quibus pueros doceant, idque gratis ab iis præstandum vult. Ibidem idem Theodulphus excepto quod eis parentes charitatis studio sua voluntate obtulerint. Has autem scholas prope sacras ædes fuisse collocatas vulgò notius, quàm ut probari egeat. Causam autem, cur ita olim factitatum fuerit, indicat Eumenius Rhetor in oratione ad Præsidem Galliarum sub Constantio Imperatore, quòd nempe, *ibi maximè & opteat & fas sit, exercere iuuentutis ingenia, ubi tam propinqua sunt Numina amica doctrinæ, ubi ex proximo iuuat mens Diuina sapientiam.* Lege Filefacum de sacra Episcoporum authoritate cap. 15 §. 2. art. 3.

L X I V.

*De Inventario rerum Ecclesie à benefici-
ciatis conficiendo.*

MONEMVS quoscumque qui in
nostra Diœcesi suat beneficia-
ti, sub debito iuramenti, quo
Ecclesiarum suarum bona con-
seruare obligantur, vt Inuentarium, seu de-
clarationem bonorum & titulorum suarum
Ecclesiarum faciant. Illudque in certo co-
dice integrè in forma probante describi fa-
ciant.

VT Inuentarium seu declarationem bonorum
& titulorum suarum Ecclesiarum faciant)
Idem cautum Synod. Parisiensi sub Odone Se-
nonensi 1524. Carnotensi 1526. apud Bochellum
lib. 4. decret. Eccles. gallic. tit. xvi. cap. 32. 39.
40. ac postmodùm Concil. Tolosan. infra part. 4.
cap. 3. num. 10, & seq.



L X V.

*De Literis Originalibus documentorum
& instrumentorum Ecclesiarum in
Archivio reponendis & aliò non tran-
ferendis.*

R E C I P I M U S Originalia literarum de bonis, redditibus, iuribus, privilegiis, unionibus, & aliis quibuscumque dictarum Ecclesiarum & beneficiorum, diligenter, in arca clausa sub clauē, in loco tuto reponenda conseruari, districtè vetantes præfata originalia transferri, nisi fortè cum consilio peritorum, ex causa omnino necessaria, sed sumi ab eis exemplaria, extractus seu transcripta, pro dictorum iurium prosecutione, aut alias ubi opus fuerit.

Diligenter in arca clausa sub clauē) idem habent ac præcipiunt Synodi Senonensis ac Carnotensis proximè citatæ è quibus transcripta quæ hic habentur, sed & postmodum idem quoque sancit Sixtus V. in sua constitutione edita an. 1587. relata à Quaranta v. Archivus cui suffragatur Concil. Tolosan. infra part. IV. cap. III. num. XI. & XII.

LXVI.

*De cultu & veneratione Ecclesiarum,
& de his quæ in Ecclesiis, ac Cæme-
teris fieri prohibentur.*



V M domum Domini deccat sanctitudo, sitque locus orationi dedicatus. Ea propter in Ecclesiis cessent vaniloquia, luxuriosa colloquia, contabulationes, deambulationes, discursus vniuersitatum, aut societatum consilia, contractusve prophani. Illi: tantum audiantur, sermo Diuinus, concentus psalmodum, orationes ad Deum fundantur, cesset strepitus, clamor, fastus, omnisque irreuerentia, ceteraque omnia, quæ, vel Diuinam maiestatem offendere possunt, aut scandalo esse aliis, aut quoquo modo seruitio Diuino esse offenciculo.

EA propter in Ecclesiis cessent vaniloquia) desumpta quæ hic, ac sequenti s. habentur ex Concil. generali Lugdunensi sub Gregorio 10. quod refertur c. cum decet de Ecclesiis, immunitate in 6. ac Concil. Basileensi etiam generali sess. 21. tit. de spectaculis in Ecclesia non facien-

dis in pragmat. sanct. Quibus addere liceat posteriora Conciliorum, ac Summorum pontificum decreta, quæ eadem in Ecclesiis fieri districte vetant; & imprimis Concilium Trident. sess. 23. in decret. obseruand. & vitan. in celebrat. missar. cap. 9. Concilium Tolosan. infra part. 3. cap. 1. num. 4. 5. 6. 7. & 9. ac bullam Pij V. editam an. 1566.

Illic tantum audiantur) D. Augustinus epistola 109. *In Oratorio præter orandi, & psallendi cultum penitus nihil agatur; ut nomini huic & operi iugiter impensa concordent* c. in oratorio 42. dist.

Aut quoquo modo seruitio Divino esse offendiculo) seu, ut habet Concil. Lugduncense supra, *quacunq; alia quæ diuinum possunt turbare officium.* Hinc nec nuptias celebrare in Ecclesia licet, nec Ergasteria vlla facere, nec equos introducere, ut loquitur Imperator in l. basilicam C. de operib. public.

II. **I**N Ecclesiis aut Cœmeteriis cessent Conuiuia, comessationes, ludi, lusus, cantilenæ, comedix, & spectacula, negotiationes, fora, nandinæ, mercatus, iudicia secularia.

Conuiuia comessationes) id; enim & Episcopis & Clericis, & laicis prohibet canon Concil. Carthaginensis 3. c. nulli 42. dist. sed & Synodus Laodicensis can. 28. *ὡς δὲ ἀγαπᾷς ἐν τοῖς κυριακοῖς ἢ ἐν τοῖς ἐκκλησιαῖς ποιεῖν*, non oportet

ut Agapas in Dominicis, vel Ecclesiis facere quæ verba reperuntur in can. 74. ex Trullanis, qui sub nomine sextæ Synodi circumferuntur.

Ludi) Theatrales præsertim, in quibus prophane repræsentationes exhibentur, hos enim in Ecclesia fieri verat quoque Innocentius 3. cap. cum decorem ext. de vit. & honest. cleric. ac Concil. Tolosan. provinciale infra part. 3. cap. 1. num. 9.

Lusus, Cantilena, Comædiæ &c.) de his præter concilia proximè laudata vide Concil. Senonense sub Antonio à Prato cap. §16. Coloniense 3. part. 3. cap. 24. 25. 26. Mogunt. 4. cap. 74. & Narbonense celebrat. 1551. can. 46. & 47. aliaque.

III. **C**oemeteria sic vndique claudantur ut brutis ad ea nullus accessus esse possit.

Claudentur) Idem cautum Synod. Senonensi proximè citatâ, Carnotensi 1526. ac Concil. Tolosan. infra part. 3. cap. 1. num. 9. adusque.



LXVII.

*De Mulieribus à viris in Ecclesijs
segregandis.*

NIVNGIMVS, vt mulieres in templis extra chorum sedcant, maneantque, separatae à viris, in posteriori parte Ecclesiarum, quoad commodè fieri poterit.

MAneantque separatae à viris) Vti primis Ecclesiae temporibus facilitatum fuisse, probat Ioannes Stephanus Duranti lib. 1. de Eccles. rit. cap. 18. idque tum ex S. Clementis constitutionibus Apostolicis lib. 2. cap. 57: tum ex variis SS. Patrum, Augustini, Ioannis Chrysoستي, Cyrilli, aliorumque testimoniis, sed nec foeminis solum à viris, sed ipsis etiam deuotis Virginibus, quae domi scilicet, virginitatem colebant, locus fuit in Ecclesia seorsim à foeminis, Tabulato interiecto dispositus, vt ex D. Ambrosio vult. Alteserra dissertation, iuris Canonici lib. 6. cap. 18.

LXVIII.

*De Clericorum & Laicorum sessionibus
in Ecclesiis.*

LAICI non occupent locum deputatum Sacerdotibus ministrantibus, & seruitiam Ecclesiæ celebrantibus, sed proximum locum altaris relinquunt vacuum & liberum dictis Sacerdotibus & Clericis.

DEputatum Sacerdotibus) Nec enim laicis patere debet aditus ad altare intra sacra septa, nisi communicandi causa, quinimò sicut Clerici à laicis, numero & officio differunt, ita & loco distinguendi sunt, ne confusio Clericorum & laicorum in Ecclesiis Diuini cultus confusionem pariat, cap. vt laici ext. de vit. & honest. cleric. can. Sacerdotum 30. de consecrat. dist. 2. can. 69. Synodi 6. in Frullo c. 44. Synodi Laodicenæ & ibi Balsamon.

LXIX.

De Immunitate Ecclesiastica.


DE SACROSANCTARUM immunitate Ecclesiarum, Cœmeteriorum & rerum ad eas pertinentium, & de his, qui ad Ecclesias, confugiunt: vel ibi ex-

clamant, & ne inde aliquis extrahatur, tam
 Diuinis, quàm Canonicis & humanis legi-
 bus & Conciliis, tam sanctè, ac copiose
 statutum ac prouisum extitit, vt hic super
 hoc aliquid transcribere, vel statuere nobis
 superuacaneum visum fuerit, Sed ea, quæ
 circa præmissa prius à Iure & à Prædecesso-
 ribus nostris statuta fuerunt & ordinata, in
 suo robore permanere, ac obseruari præci-
 pimus, & mandamus inconcussè, sub pæ-
 nis à iure indictis.

QUæ circa præmissa prius à Iure) toto tit.
 ext. & in 6. de immunit. Eccles. passim 17.
 q. 4. & sub tit. C. de his qui ad Eccles. confug.

LXX.

*De quæstoribus sine literis Episcopi non
 recipiendis.*

- I.  **A**M ad id prolapsa est quæsto-
 rum conditio & status, vt qua-
 stus tantùm gratiâ, non ob Dei
 honorem, vel religionis zelum
 per Diœceses & Parochias vagentur: sint-
 que homines, vt plerumque, Illiterati,
 leues, impudici, vagi, verbosi: quorum

vita scandalo vt plurimum est reliquis Christianis. Ob id prohibemus, ne recipiantur prætextu quarumcunque literarum, nisi prius ostendant literas nostras: aut vicariorum nostrorum, sanas, integras, subsignatas a Secretario, sigillique nostri appensione munitas, non raras, sed omni suspitione falsi carentes, easque legant & videant Rectores, aut eorum vicarij: intelligentes quòd si dictos Quæstores, agentes contra nostra Statuta tolerauerint, graui emenda plectentur. Si autem ipsi prohibere non possint, nec stet per eos, statim vicariis nostris, aut Officiali nostro id significent.

Nisi prius ostendant literas nostras, aut vicariorum nostrorum) idem cautum à Bernardo de Rosergio supra constit. 48. vbi diximus, & à Synodis Senonensi 1524. Carnotensi 1526. & Aurelianensi cap. de quæstoribus è quâ verbatim exscripta quæ hic, ac sequenti paragrapho adstruuntur.

II. **N**E autem plebi sollicitudini nostræ commissæ per varias fraudes & quæstorum figmenta illudatur. Prohibemus ne Rectores, Vicarij eorum, aut alij viri Ecclesiastici permittant dictos Quæstores exhibere populo venerandas aliquas reli-

quias, crucem, brachia, aut sanctuaria (compertum est enim eos in graue status Ecclesiastici decus, & populi Christiani scandalum, multa ficta & varia, & falsis titulis prænotata, coli & venerari fecisse) nisi fortè hæc in literis nostris nominatim continerentur.


Ne autem plebi &c.) sunt verba Synodi Aurelianensis loco proximè signato.

Exhibere populo venerandas aliquas reliquias) idem quoque prohibent synodi proxime laudatæ Senonensis, Carnotensis, Aurelianensis, sed & postmodum Parisiensis an. 1557.

Nominatim continerentur) vide cap. cum ex eo ext. de pænit. & remiss.

LXXI.

De Quæstoribus & Operariis seu Luminariis, aut vt vulgo dicitur Bassinariis Ecclesiarum.

- I.  N qualibet Ecclesia Parochiali & Confratria, eligantur quolibet anno duo Operarij seu Baniuli, vel plures, ex consensu Rectoris aut Vicarij, & parochianorum seu confratrum, qui in manibus Rectoris

aut eius Vicarij iurabunt fideliter recipere, & in scriptis quolibet die Dominico & festo, in quo faciant quæstam, scribere quidquid recipient pro dicta Ecclesia, aut confratru, siue sit in obliis, redditibus, elemosynis, quæstis, vel legatis. Et quod de illis omnibus receptis, fidele compotum & rationem reddant, in fine anni sui coram suo Rectore, aut eius vicario & Consulibus, seu aliis Parochianis & Contratribus. Et tunc nouis Operarijs seu baiulis realiter tradant reliqua, sine aliqua fraude vel dolo; & ita etiam reddant rationem coram Nobis vel vicario nostro, quicumque fuerint super hoc moniti. Hoc statutum volumus anno quolibet per Rectores publicari, & per Operarios & Baiulos obseruari inuiolabiliter, sub pœna excommunicationis.

EX consensu Reſtoris aut Vicarij Idem habent iisdemque ferè verbis Synodi Lombæriensis an. 1537. sub Bernardo Dornezano cap. de quæstoribus; & Riuenſis 1624. sub Ioanne Ludouico de Bertier cap. 18.

Fidele compotum & rationem reddant coram suo Rectore) eadem habent synodi proximè citatæ, Lombæriensis & Riuenſis, compluresque aliæ Ecclesiæ Gallicanæ constitutiones veteres & nouæ, quibus idem cautum; sed & postmodum

Concil. Tridentinum sess. 22. cap. 9. & sess. 25. cap. 8. de reformat. idem decernit ex clement. quia contingit §. vt autem de religios. domib. vide Concilium Colonienſe ſub Adolpho 1549. tit. cenſuræ & decreta art. 12.

II. **S**Tatuimus & ordinamus, quod per Eccleſias Parochiales noſtræ Ciuitatis & Dioceſis Tolofanæ, non habeantur quæſtæ ordinariæ, niſi quatuor. Prima ſcilicet, pro luminari Corporis Chriſti, & virginis Mariæ. Secunda pro fabrica ſeu reparatione illius Eccleſiæ parochialis. Tertia pro animabus purgatorij. Quarta pro Patrono Eccleſiæ ad luminare, & ornamenta manutenenda. Et præter has quatuor non ſint aliæ, niſi à Nobis certum obrinuerint mandatum. Nulli prædictorum habeant facere quæſtam, cum dicitur Miſſa Parochialis uſque poſt offertorium, & monitiones ſiue præcepta à Rectore fieri ſolita. Hæc autem obſeruari volumus, ſub pænâ excommunicationis.

Niſi quatuor) ſimilis extat infra conſtitutio inter Synodalia ſtatuta Cardinalis à Ioyola num. 4.

LXXII.

*De extraneis Presbyteris in aliena Paro-
chia non admittendis seu
recipiendis.*



ET quoniam omnium malorum radix auaritia, seu Ecclesiasticis personis præcipuè reprobata ambitio, quosdam Presbyteros nostræ Ciuitatis, & Diœcesis ita exerceant, vt in pluribus & diuersis Ecclesiis & Parochiis, purgatoriorum fructus & emolumenta percipere, aut verius extorquere, vsurpareque non erubescant, cum in vna Ecclesia Missas, & alia diuina Officia sibi incumben-
tia vix dicere seu persoluere valeant. Et Insuper plerique alij Presbyteri, suis finibus ac terminis non contenti, per multas ac diuersas Ecclesias & Parochias discurrendo & diuagando, tanquam ciuitatem permanentem non habentes, plurium ac diuersarum, tam purgatorij, quam tabularum aliarum, siue **Ban**corum, vt vulgo dicitur, emolumenta & redditus, aut illorum quotam partem accipere, & sibi appropriare mo-

liuntur, & fatagunt de facto, vsurpando in graue aliorum Presbyterorum ibi continue residentium & deseruentium præiudicium, opprobriumque totius Cleri, ac Ecclesiarum scandalum non modicum, cum quilibet suis terminis debeat viuere contentus, viuendo ex altari, cui deseruit. Idcirco statuimus & ordinamus, vt nullus presbyter extraneus, in aliena parochia admittatur, seu recipiatur, ad aliqua Diuina officia celebranda, nisi de suis promotione, vita, honestate, moribus, ac ordinibus, prout supra ordinatum fuit, fidem fecerit, nullaque purgatorij, vel alterius tabulæ alienæ parochiæ percipiat emolumenta, nisi prius semestri spatio in eadem parochia continuam fecerit residentiam, Diuinis officiis processionibusque deseruendo, ac continuè interessendo iuxta nostras Synodales constitutiones. Promittatque vterius in futurum velle ibidem residere, honestè viuere, & diligenter Diuinis officiis interesse, & legitimè deseruire, aliter non admittatur, & si admissus legitimá cessante excusatione residere, aut deseruire, per vnum mensem cessauerit, omni purgatorij priuetur emolumento, absque alia monitione præcedente,

quæstoribus ne aliquid huiusmodi presbytero distribuunt Inhibendo.

PROUT supra ordinatum fuit) constit. scilicet 39. & 40. supra ubi diximus.

LXXIII.

De Confratris, earumque reformatione.

VERISIMILE est Confratrias ab antiquo originem à charitate & deuotione fidelium duxisse hodie autem (quod dolentes referimus) hominum charitate refrigerante, omnia in deterius relabuntur, & quæ ad salutem populorum rectè inuenta & instituta fuerant, facta sunt in ruinam & scandalum. Cùm ergò & iure communi, & consuetudine immemorabili, cognitio talium ad nos spectet, sitque in variis Ecclesiis nostræ Ciuitatis & Diœccesis effrœnatus & intolerabilis numerus Confratriarum, quæ factæ sunt instrumentum & occasio (maximè rusticis) se ingurgitandi & inebriandi, ludis prohibitis sua deperdendi, monopolia faciendi, & quæ ab antiquo in usum pium legata sunt, conuertendi in usus quorundam priuatorum, qui earum admi-

nistrationem affectant, eâ occasione vtente ad occupandum per sacrilegium bona & redditus illarum. Ordinamus & statuimus, quatenus infrâ sex menses à die publicationis horum statutorum Synodaliû, confratres Baiuli vel Syndici, Superintendentes, aut Regentes dictarum Confratriarum, afferant & exhibeant nobis, aut saltem Vicario vel Officiali nostro, fundamentum, vel institutionem dictarum suarum Confratriarum, & statuta (si qua habeant) in suis confratris, ac instruant Nos, de modo & forma, quam in eis seruant, de quantitate reddituum, & in quos usus conuertantur: vt sic possimus eas, in quibus notoriè & passim in nostra Diœcesimalè peccatur, ad sobrietatem ac modestiam reuocare, alioquin lapsis sex mensibus prædictis, Interdicimus omnem Baiulorum creationem, & prædictarum Confratriarum continuationem: Iniungentes omnibus Sacerdotibus nobis subditane ipsas comitentur, aut illis deseruiant easdem omninò abolentes.

COgnitio talium &c.) Quæ nimirum natiua, quam sacrorum causam habent, vt sunt fraternitates & Sodalitia, quæ ad cultum religionis deuotio Christianum insiluit; ea siquidem, & in ditione ac potestate Episcopi sunt, cuius Diœcesi consistunt, & erigi eo inconi-

non debent, ut mox dicemus, & probatur, ex cap. 3. ext. de relig. domib. vnde & Visitatio cuiuscumodi Fraternitatum seu Sodalitiorum, non minus quam Hospitalium, & aliorum locorum priorum Episcopis competit, cum antiquis Gallie nostræ Synodis, tum Concilij Tridentini decreto sess. 22. cap. 8. de reformat.

Monopolia faciendi) Quæ in Confratris erant que vix Concil. Prouinc. apud Cognac. 1238. Synodus Senonensis 1524. Aurelianensis, Parisiensis 1557. Concil. quoque Remense sub Gregorio 13. & alia.

II. **I**N istis comessationes, Choreæ, Tripudia, Histiones, Mimi, ludi cessent. Delationes autem imaginum, creatio nesque regum, ac habituum dissimulationes, seu mutationes, supersticiosasque demoniorum cursitationes, & insolentes pompas, reliquasque nouitates in huiusmodi confratris fieri solitas temperare institui mus, & spectacula in Ecclesiis penitus fieri inhibemus, prohibentes omnino, ne Imagines, calices, cruces, & reliqua dictarum confratrarum localia, & vasa sacra remaneant in domibus Laicorum, sed statim referantur in Ecclesiam.

Comessationes, tripudia &c.) Quæ vti que Comitia, non solum hac nostrâ Synodo, sed & aliis pluribus Conciliorum decretis, sub graui


pæna, prohibita leguntur, maximè diebus festis illarum Confratrarum, & quidem comessationes, Concilio Nannetenſi sub Formoso Papa an. 895. c. 15. Senonenſi 1528. decret. morum cap. 30. Rothomagenſi 1581. Reimenſi 1583. Bituricenſi 1584. Tolofano infra part. 3. cap. 17. num. 9. ac denique Narbonenſi sub Paulo 5. cap. 34. alisque. Choreæ verò, seu tripudia & cætera id genus, ad Bacchanalia magis, quàm ad Christianam religionem spectantia, Synodo Carnotenſi 1526. Aurelianenſi, alisque; ac demùm Concilio Bituricenſi sub Gregorio 13. habito, tit. 6. can. 6.

Delationes autem imaginum) Quæ scilicet in baculis deferuntur, ut habet synodus Aurelianensis, ex qua verbatim exscripta ferè, quæ hic continentur; Synodus Carnotenſis an. 1526. celebrata rem totam aperit, in hæc verba. *Quia sicut in plerisque locis nostræ Diœcesis deferri baculi ipsarum Confratrarum, precedentibus mimis & lusoribus tympanis, quod maximè dedecet honorem Dei & sanctorum non enim debent ante eorum imagines baculi confratrarum infixas, præcedere instrumenta illa musica, ad choream & tripudia potius, quàm ad devotionem audientes excitantia. Idcirco prohibemus districte, ne post hæc tales baculi deferantur publicè per vicus bustrionico ritu, & modulatione musicæ choreis accommodatâ. Præterea prædictos Confratrarum baculos deferre per vicos, & publicè solent Laici & Mulieres, Capis Ecclesiasticis induti: quòd summo perè indecens & indecorum, cum in Canonis sanctis prob.*

beantur, tam Viri laici, quàm mulieres, in anibus contingere Vestes sacras, atque contractare: quanto magis easdem Induere, sibi superponere, ac circumferre? quomobrem prohibemus posthac observari hunc execrabilem morem in nostra Diœcesi, sub gravi pena transgressoribus infigenda. Pœnam autem excommunicationis eis indixit synodus Parisiensis habita an. 1557. cuius hæc sunt verba: *Insuper baculorum cum imaginibus conductum ad domos laicorum, cum turba sacerdotum, mulierum, & mimorum, districtè sub pena excommunicationis & emenda arbitraria Inhibemus, & præcipuè Clericis, ne talibus sese immisceant, aut assensum quovis modo præstent: Sed nec solum his Synodis vetita harum imaginum baculis impositarum delatio, sed & postmodum contumpluribus Galliarum nostrarum provincialibus Conciliis à sede Apostolica approbatis, Senonensi 1528. Rothomagensi 1581. Bituricensi 1584. aliisque.*

Speëtacula in Ecclesiis penitus fieri inhibemus) uti de iure prohibita extant, cap. cum decorum 12. ext. de vit. & honest. cleric.

Remaneant in domibus laicorum) idem cautum hædem verbis, à synodo Aurelianensi suprâ laudatâ cap. de confratris.



LXXIV.

De Confraternitatibus sine Episcopali
licentia non erigendis.

NOVAS confratrias instituere prohibemus, sine permissione nostra, vel Vicariorum nostrorum: quibus etiam Inhibemus ne novas erigi patiantur: nisi cum graui & magna causa.

Sine permissione nostra) idem habent synodi
Lingonensis 1404. Carnotensis 1526. Aurelianensis loco proximè designato; sed & Concilium Senonense an. 1528. in decret. mor. c. 30. sub pena excommunicationis inhibemus & ne aliqui, cuiuscumque status extiterint, confratrias erigere, & de nouo instituere, sine Episcoporum expresso consensu & approbatione audeant. Concilium Remense sub Gregorio 13. an. 1583. tit. de diebus festis cap. 8. Nulla deinceps fraternitates sine Episcopi licentia instituantur: quæ autem sunt instituta hætenus, aut approbentur ab eo, aut aboleantur, Hanc autem Episcopi licentiam scripto dandam esse disertè pronunciat Concil. Rothomagense sub eodem Gregorio 13. an. 1581. habitum. Sed his addere liceat insignem Constitutionem, quam in hanc rem postmodum edidit Clemens VIII. 26. Decemb.

1604. quam refert Piaſecius in praxi Epifcopali part. 2. cap. 3. art. 5. num. 8. per quam, vt paucis perſtringam, Statuit, ne vllæ eiufmodi Confraternitates erigantur, niſi præuio conſentui loci Ordinarij, & cum eius teſtimonialibus literis. Vt Confratrum ſtatuta non edantur, niſi ea prius ab Epifcopo Diœceſano examinata, & pro ratione loci approbata fuerint, quæ nihilominus eiufdem Epifcopi decretis, ac moderationi & correccioni in omnibus ſemper ſubiecta remaneant: Et indulgentias concedendas prius cognoſcat, & promulgandas decernat: Et Eleemoſynæ & collectæ, non niſi arbitrio eiufdem in proſuſus Confratres erogent; vt Confefſarij confraternitatis, ab Ordinario approbentur; qui nec a caſibus reſeruariſ abſoluerè poſſint.

L X X V.

De Matriculariis, ſeu Operariis Eccleſiarum, & Confraternitatum earumdem Baiulis.

MANDATUR, & præcipitur quibuſcunque Operariis quaruſcunque Eccleſiarum, & Baiulis confraternitarum earumdem, vt in principio nouæ ſuæ inſtitutionis, creationis, & receptionis ſui

officij, teneantur coram Rectore suo parochiali, aut eius Vicario, præsentibus Baudis, seu Operariis antiquis, Consulibusque, & prouidis viris eiusdem Parochiæ, corporale præstare iuramentum, quod benè, diligenter, ac fideliter regent & administrabunt, & legaliter officium eis commissum exercent: Et in fine administrationum eorundem habeant comptum reddere, de per eos receptis & expositis, durante eorum administratione in scriptis, & per partes minutas, siue articulatim, & reliqua præstare de receptis & administratis per eos, eorum successoribus, vocato & præsentem Rectorem seu Vicario, & hoc sub pæna excommunicationis.

Operariis) Seu fabricæ Præfectis, qui vulgè, Operarij, aut etiam Matricularij dicuntur, *ouvriers & Marguilliers*, Thesaurarios parochiales vocat Forgetus in tract. de person. Eccles. cap. 21. num 9. Prouisores, Gagiatores, siue Oeconomus Ecclesiarum parochialium Synodus Aurelianensis sæpè laudata.

Corporale præstare iuramentum) ad instar tutorum & curatorum vt supra cautum fuit constit. lxxi. & infra variis nostrorum Antistiticum Ordinationibus, ac Curiarum Ecclesiasticarum decretis, quibus adde synodum Aurelianensem proximè citatam cap. de confratriis, aliasque

comptures, quas breuitatis causâ, lubentes omit-
timus.

Habeant compotum reddere) Administrato-
res, tam Ecclesiastici, quàm Laici Fabricæ cu-
lus Ecclesiæ etiam Cathedralis, Hospitalis &
Confraternitatum, & huiusmodi priorum loco-
rum, singulis annis Ordinatio rationem reddere
tenentur, consuetudinibus, & priuilegiis qui-
buscunque in contrarium sublatis, nisi secus in
institutione, & ordinatione talis Eccl. siæ, seu
fabricæ expressè cautum esset : Et si ex consuetu-
dine, & priuilegio, aut constitutione aliquâ loci,
aliis ad id deputatis ratio reddenda esset, tunc
cum illis, & Ordinarius debet adhiberi, & al-
iter factæ liberationes, administratoribus minimè
suffragantur, vt statuit Concil. Trident. sess. 22.
cap. 8. de refor. vide supra constit. 71. & quæ
ibi annotauimus.

LXXVI.

De Sepulturis.

QUOMPTIA funeris & exequiarum,
superflua, ac inanes sumptus re-
stringendi sunt. Et potius in pau-
peres, aut alios vsus pios con-
uertendi. Idque moneant Rectores & Vicarij
suos parochianos, ne superfluam curam ta-
lum gerant: eosque doceant, mortuis posse

viuos subuenire , vel oblatione Sacerdotis ,
vel præcibus , ac orationibus propriis , aut
sanctorum , aut charorum elemosynis , aut
ieiunio cognatorum.

Pompa funeris & exequiarum) c. animæ cum
can. seq. XIII. q. 2. Concil. Coloniense 2.
sub Paulo 3. part. 2. cap. 21. Rothomagensis sub
Gregorio XIII.

Ne superfluam curam talium) Pomposorum
scilicet , ac sumptuosorum apparatusum ultra ho-
minis conditionem , qui valent ad ostentationem
potius opum , quàm , vt defuncto suffragentur , vt
habet Concil. Coloniense proximè citatum seu ,
vt loquitur d. can. animæ , qui magis viuorum so-
lacia sunt , quàm subsidia mortuorum , nec ideo
tamen , vt ibi subditur , contemnenda & abin-
cienda sunt corpora defunctorum , maximèque
iustorum ac fidelium : vbi & illud salubriter dis-
citur : quanta possit esse remuneratio pro eleemo-
synis , quas viuentibus & sentientibus exhibemus ,
si neque hoc apud Deum perit , quod exanimi
hominum membris officij , diligentiaque perso-
luitur , vnde Concil. Remense sub Gregorio XIII.
*Quantum attinet ad Christianorum sepulturam , quam
nec superbam , nec neglectam esse decet , aut despectam
Paraci , in hanc officij sui partem diligenter incumbant
vt piorum funera Christiana simplicitatis , ac modis
limites non excedant . Id autem fiet , si ipsi primùm mer-
cede consueta & honesta contenti : deinde superfluas
pensas quæ propter ambitionem , ac fastum sunt , de-*

heredibus relinqui, vel pauperibus erogari suadeant, Synodus Carnotensis 1526. Moneant sacerdotes parochianos suos, ne superfluam diligentiam gerant de pompa funeris, aut sumptuosarum exequiarum, talia enim sunt qualiacumque solatia viuorum, non adiutoria mortuorum Synod. Parisiensis 1557. superflua funeris & exequiarum pompa videtur, quæ ad viuorum potius, quàm defunctorum sularum inuenta est.

Aut charorum elemosynis, aut ieiunio cognatorum) Verba sunt d. can. animæ XIII. q. 2. quibus iunge canonem sequentem, ex magni Augustini oraculis depromptum, ac Concil. Trident. sess. 25. in decreto de purgatorio.

II. **P**rohibemus ne non vocato, & præsentente Rectore Parochiali, aut Vicario, cadauera mortuorum extra suas Ecclesias parochiales (nisi aliter auctoritate iustitiæ ordinatum sit) extrahantur.

Vocato & præsentente Rectore.) Idem cautum supra a Bernardo de Rosergio constit. 26. ubi diximus.

III. **I**n his autem locis sepeliendi sunt mortui videlicet, primo, in loco quem ipsi elegerint. Si autem moriens, locum sepulturæ suæ non designauit, apponatur in sepulchro Maiorum; si hæc desunt, in Cœmeterio illius Ecclesiæ tumuletur, ubi vi-

vens domicilium habet. Si autem acciderit aliquem, dum rus inuisit, vel alias peregre profectus est, extra domicilium ab hoc saculo migrare, in alterum præfatorum locorum reportetur, si id commode fieri possit. Quocunque loco quis sepeliatur, Canonica portio Ecclesiæ Parochiali, in qua domicilium tempore mortis habuit debetur: iustum est enim, ut temporalia metat. qui spiritualia docuit viuentem.

A Pponatur in sepulchro Maiorum) c. 1. & ibi Innocentius ext. de sepulturis c. 3. in v. *sed in sua parochiali* eod. in 6. A qua tamen lege excipienda est vxor, quæ si sepulturam non elegerit, sepelienda est in sepulchro viri, ut quos coniunxit vnum coniugium, coniungat & sepulchrum. c. Ebron & c. vnaquæque XIII. qu. 2. & si forte plures ea maritos habuerit, cum viro vltimo, cuius domicilium retinet & honorem, tumulanda est, c. 3. §. mulier eod. in 6. Cæterum Maiores dicuntur Pater, Auus, & alij superiores l. Iuriconsultus 10. §. Parentes 7 D. de gradibus, l. quæcunque §. parentes D. de in ius vocando hîc verò Maior propriè dicitur Pater & Auus. Oldradum lege consil. 25.

In alterum præfatorum locorum reportetur)
C. is qui de sepult. in 6.

Canonica portio Ecclesiæ parochiali debetur)
In compensationem scilicet, vel iniuriæ, quæ Curionibus, seu ipsorum Ecclesiæ fit, per ele-

tionem sepulturæ in aliena Ecclesia, vel laboris, quo præ ceteris in administratione Sacramentorum afficiuntur, ut iuxta Apostolum sint consolationum socij, qui fuerunt passionum, ut rescipit Leo 3. cap. nos instituta ext. de sepulturis. Et hæc quidem variè, & à variis Pontificibus assignata fuit, aliquando dimidia, à Leone in cap. relatum ext. de sepult. modo tertia in cap. l. cod. postea quarta ab Urbano 3. ut refert Clemens 3. in c. certificari 9. ext. de sepult. & habetur c. cum super 8. c. in nostra 10. ext. de sepult. c. cum quis eod. in 6. Clement. dudum de sepulturis, Concil. Trident. sess. 25. cap. 13. Ideoque, Quarta mortuorum, seu quarta funeralium dicta, quòd ex relictis alicui Ecclesiæ, monasterio, aut loco pio, in quo quis sepeliri voluit, instar falcidiæ deducatur. Canonica vero ut ostendatur, vnumquemque ita deuotè Patriæ suæ, ut sine iniuria, alio post mortem suam traduci non debeat. Hanc autem portionis Canonice legem, Parochialibus Ecclesiis soluendæ, confirmauerat postmodùm Bonifacius 8. in Bulla, quæ incipit *super cathedram* quâ nimirum lites, quas Parochi, & ordines Prædicatorum & Minorum inter se mouerant, salutari concordia finire tentauerat, ac componere. Verùm Benedictus XI. & ipse Monachus, Bonifacij Diploma, contrario abrogauit oraculo, & quartam oblationum, quæ funeris causâ sunt, eripuit Sacerdotibus, vnde sæuior tempestas & atrocius malum in Ecclesiæ pacem grassabatur, donec Clemens 5. an-

tiuatam & extinētam Bonifacij Constitutionem reuocauit. Vt videre est in clementina dudum de sepulturis, de qua plura nobis hic dicenda forent, sed cum hæc quartæ exactio apud nos pene exoleuerit, & in huiusmodi canonicæ præstatione, quam iustitiam vocat Clemens 3. in d. c. certificari, attendenda sit locorum consuetudo alius enucleanda relinquimus.

IV. **S**epultura, preces & cætera, quæ solemniter in his fieri consueuerunt, liberaliter impendantur: & etiam alia sacramenta à Sacerdotibus, nullâ pretij iniecta mentione: sed post præstitum obsequium, poterunt vel viui, vel hæredes defunctorum, aut executorum compelli officio Iudicis secundum antiquam, ac laudabilem consuetudinem,

Sepultura) id est, tumulus, seu sepulturæ locus, pro quo quidpiam exigi, vti pro precibus vetant Canones, non solum antiqui, sed & recentiores, ne de alieno luctu compendium queratur c. quæstia est cum 3. seq. 13. q. 2. c. abolendæ ext. de sepult. Inoleuerat enim olim nimium foeda consuetudo apud Montem pessulanum in Galba Narbonensi, vt defunctis non prius effoderetur sepultura, quam pro terra, in qua sepeliendi erant, certum Ecclesiæ pretium persolueretur, quam damnauit Innocentius 3. d. cap. abolendæ de sepult. Sed & ante Innocen-

tium 3. infamis hæc nundinatio in Ecclesiam irrepserat, vti manifestò liquet ex Concil. Tribuniensi: c. 16. cuius locum integrum exscribere hic non pigebit. *Abhorrendus, & Christianis omnibus deuitandus mos iniquus subrepsit, sepulchram mortuis debitam, sub pretio vendere, & gratiam Dei venalem facere: cum hoc nusquam sub euangelica gratia meminimus nos inuenisse, vel ligisse.* In Ecclesiastic. namque libro scriptum est, *mortuo non prohibeas gratiam, sciens, quia omnes moriemur, & item, & omnia quæ de terra sunt, in terram conuertuntur. Quid terra terram vendis? memento quoniam terra es, & in terram ibis, & quoniam mors tibi futura est, appropiat & non tardat, recordare quoniam non hominis est terra, sed vt psalmista commemorat, Domini est terra, & qui habitant in ea, si terram vendis inuasit ne aliqua rei reus teneberis, gratis accepisti à Deo, grati da pro eo. Quare interdictum sit omnibus omninò Christianis terram mortuis vendere, & debitam sepulchram denegare; nisi forte proximi & amici defuncti, propter nomen domini, & redemptionem animæ viri, gratis aliquid donare velint. Quin & longè ante, id ipsum docuit Gregorius magnus lib. 7. regest. Epist. 55. ad Ianuarium, *Græue, inquit, est, & procul minus à Sacerdotis officio, pretium de terra cuncta putredini querere, & de alieno velle facere lucrum & pendium &c. Unde hoc avaritiæ vitium, ne vel in alienis denuo tentari præsumatur admonco: Sed si quando aliquem in Ecclesiâ vestra sepeliri conceditis, si quidem parentes ipsius proximi, vel hæredes, pro luminariis sponte quid offerre voluerint, accipi non vetimus,**

peti verò, aut aliquid exigi, omnino prohibemus. Ne quòd valde Irreligiosum est, aut venalis fortasse (quòd abfit) dicatur Ecclesia, aut vos de humanis videamini mortibus gratulari, si ex eorum cadaveribus, studeati querere quolibet modo compendium.

Liberaliter impendantur, & etiam alia sacramenta) Concil. Lateranense sub Innocencio 3. cap. 66. c. ad Apostolicam 42. ext. de simonia Concil. Mediol. 4. sub Gregorio xij. cap. de sepult. vide supra constit. 1. & quæ ibi ex variis iuris locis annotauimus.

Compelli Officio iudicis secundum antiquam & laudabilem consuetudinem) Iuribus proximè citatis, ex quibus Odo Parisiensis in synodo: Prohibetur districtè sacerdotibus, ne pro interragio corporis sepeliri differatur, sed post sepulturam exigant laudabiles consuetudines. Concil. Rothomagente an. 1581. Decernimus insuper, ut contra heredes, ex laudabili consuetudine sepulturarum agat, post quàm sepultura officia impenderit & suffragia publica & assuetæ exoluerit, quos ad solutionem viâ iuris compellat, nisi paupertas obstiterit.

V. Sicut autem nonnulli quibus Dene-
Sganda est Ecclesiastica Sepultura.

1. Excommunicati, aut ab homine, aut a iure, nisi priùs absoluti fuissent, ab his qui absoluendi ius habent.
2. Iudæi, hæretici, & qui in notorio, aut manifesto peccato mortali obeunt mor-

tem, ut sunt ij, qui sibi ipsis mortem inferunt, qui in furto, vel latrocinio occiduntur, vel ebrij pereunt.

3. Doli capaces, qui obeunt mortem, non facta peccatorum confessione, & eorum absolutione obtentâ.
4. Qui eo anno quo decedunt, non accesserunt ad Sacramentum Eucharistiæ, vel Confessionis,
5. Peregrini & viatores incogniti, nisi testimoniales literas suorum Rectorum habeant, quod Christiani sunt, & nullo vinculo excommunicationis innodati.
6. Quicumque lauacro Baptismi non sunt regenerati.
7. Usurarij manifesti. Qui pugnantes in Duello moriuntur. Raptores. Incendarij. Monachi, qui morientes deprehenduntur habere proprium.

Quibus ac similibus canonica interdicitur sepultura, nisi emendati, & peracta pœnitentiâ obeant, vel per nos aut vicarium, Nostrumve officialem ex causa fuerit dispensatum.

Excommunicati) Maiori scilicet excommunicatione, etiam iniustè; si in eorum obitu ab ea non fuerint absoluti, quia, quibus etiam non

communicamus viventibus , cum eis nec mortuis , communicare debemus , c. sacris 12. ext. de sepult. c. ad hæc 5. ext. de priuilegijs, Clement. 1. eod. tit. Quòd ita tamen intellige , si notorij sint, & denunciati , aliàs secus , & nisi in articulo mortis pænitentiae signa dederint : quo casu denegandam eis non esse Ecclesiasticam sepulturam declarauit. *Sacra congregatio Cardinalium super negotijs Episcoporum , & Regularium praepositorum in vna nolana sub die 19. Julij 1619.* quæ refertur à Barbosa de offic. & potest. Parochi cap. 26. num. 40. Idem dicendum de interdictis notorius & denunciatis d. clement. 1. de sepult. Nam & generaliter per omne interdictum , siue locale , siue personale, vsus Ecclesiasticæ sepulturæ prohibetur ; cap. cum & plantare §. quod si templarij de priuileg. nisi Clerici sint , qui mortui fuerint , in quibus adhuc est distinctio seruanda , & modus cap. quod in te xi. ext. de pænit. & remiss.

Judæi) ita synodi Prætaviensis 1387. Carnotensis 1526. Aurelianensis Aliæque, apud Bochellum lib. 3. decret. Eccles. gallican. tit. 18. ex quibus , sed præsertim ex synodis Carnotensi & Aurelianensi descripta ad verbum , quæ hic habentur. Quibus iunge Rituale Rom. iussu Pauli V. editum, cum de funeribus & exequijs.

Hæretici) Eorumque receptatores , defensores & fautores c. sicut ait c. excommunicamus 13. §. credentes ext. de hæreticis cap. quicumque eod. tit. in sexto. Vnde Concil. Bituricense sub Gregorio XIII. *Hæretici , ne in iis quidem Ecclesijs ,*

quas fundauerunt, sepeliantur, neque etiam in-
genitorum, aut imaginum in eis depingendarum, ius
sibi vindicent.

Aut manifesto peccato mortali obeunt mor-
tem) c. quibus c. pro obeuntibus xiii. q. 2.

Qui sibi ipsis mortem interunt) C. placuit
xiii. q. 5. Nicolaus Papa ad consulta Bulgaro-
rum c. 98. in eos qui seipfos occidunt, ex pro-
posito scilicet, & spontè, secùs si casu, ex furo-
re, vel insania c. de occidendis 23. q. 5.

Qui in furto vel latrocinio occiduntur) C.
fures 31. xiii. q. 2. c. 2. ext. de furtis.

Ebrii pereunt) Ebrietate scilicet culpabili,
vñ dicitur, in margine harum constitutionum
iussu & auctoritate Cardinalis à Ioyosa Gallicè
versarum, cum tales, in manifesto & notorio
peccato mortali pereant, ex Iuribus, ac synodis
proximè citatis.

Dolicapaces, qui non faciã peccatorum con-
fessione) Sicque impœnitentes ex hoc mundo
discedunt d. can. placuit 23. q. 5.

Qui eo anno quo decedunt.) C. omnis vtrius-
que sexus ext. de pœnit. & remiss. quod ita in-
telligè, si certum sit & manifestum, quòd se-
mel in anno non receperint Sacramentum pœni-
tentiæ, vel sanctissimæ Eucharistiæ in Pascha, &
absque vllò signo contritionis obierunt. Si verò
dubium est, vel occultum, quòd non recepe-
rint ea Sacramenta, non debet eis denegari Ec-
clesiastica sepultura, vt probè adstruitur in In-
struct. S. Caroli Bortom, actor. part. 2. tit.

instruct. ad funera ducenda art. quibus non liceat concedere Ecclesiasticam sepulturam.

Peregrini & viatores incogniti) Verba sunt synodorum Carnorensis & Aurelianensis proximè citatarum , quibus idem cautum.

Quicumque lauacro baptismi non sunt regenerati) vti sunt Pagani & infideles c. Ecclesiam 27. cum c. seq. de consecrat. dist. 1. proinde partus mortui, seu abortus, non sunt sepeliendi in Cœmeterio, quia pro paganis habentur nondam baptisati. Vide Angelum à Clauasio in summa in v. sepultura nu. 31.

Vsurarij manifesti) Nisi restituerint, vel idoneam dederint de restituendo cautionem c. quia in omnibus ext. de vsuris cap. quamquam eod. tit. in 6. clement. 1. eod. tit.

Qui pugnantes in duello moriuntur) Concil. Trident. sess. 25. cap. 19. de reformat. adde cap. 1. & 2. ext. de torneamentis : & hoc vtique procedit, etiam si ante obitum, penitentia signa dederint ; Rituale Rom. tit. de exequiis. S. Carol. Borrom. actor part. 2. tit. instruct. ad funera ducenda art. quibus non liceat concedere Ecclesiasticam sepulturam.

Raptores) Manifesti nempe, nisi prius ablata restituant, vel de restituendo caueant, iuxta cap. 2. ext. de raptoribus.

Incendiarij) cap. pessimam 31. XXI II. qu. VIII. c. v. ext. de raptor.

Monachi qui morientes deprehenduntur habere proprium) c. monachi 2. c. super quodam 4-

e cum ad monasterium s. quod si proprietas ext.
de statu monachorum.

VI. **R**ectores seu Vicarij faciant Rege-
stum eorum qui in suis Ecclesiis
moriuntur, quod continebit nomen, &
cognomen defuncti, patriam, domicilium
annum, & diem.

Faciant regestum eorum) idem cautum syno-
dis Carnotensi & Aurelianensi suprâ memoratis,
ac postmodum synodo Parisiensi 1557. ac pluri-
bus Gallix nostræ Conciliis Prouincialibus : sed
& hoc fuisse vetustissimum institutum Ecclesiæ,
ne mortuorum memoria extingueretur, luculen-
ter comprobatur ex testimonio Bedæ lib. 4.
histor. Eccles. cap. xvi. cum de Osualdi Regis
Nordanhumbrorum interitu. Hunc autem codi-
cem, seu regestum, martyrologium vocasse ve-
teres indubium est, quod testimonij & memoriæ
mortuorum tuendæ causâ prescriberetur; sic &
apud veteres Romanos funerum ratio habita est,
quam rationē libitinæ vocat Suetonius in Nero-
ne cap. xciii. *Pessilentia unius anni triginta fune-
rum milia in rationem libitinæ venerunt.*



LXXVII.

De festorum obseruatione.

I. **T**ESTA quæ sub præcepto Ecclesiæ continebuntur districtius seruari præcipimus. Abominandû siquidem & impium est, si illis diebus, qui Deo & sanctis dedicati sunt magis peccetur, aut Christus offendatur. Itaque monemus omnes subditos nostros, illis diebus seipsos feruentius ad orationem, & Dei seruitium excitare & stimulare, in Ecclesia conuenire cum multa reuerentia, sacro adesse, & concionibus verbi diuini, totosque illos dies Diuino mancipare seruitio.

II. **C**essent illis diebus iudicia, causarum cognitiones, venditiones, mercatus, comestationes, ebrietates, ludus, nundinæ, Præcipientes Procuratoribus nostris, Rectoribus, aut vicariis Ecclesiarum Parochialium contrafacientes citare, coram Nobis, aut Officiali nostro.

Cessent illis diebus Iudicia &c.) verba sunt synodi Carnotensis an. 1526. celebratæ, vni legere est apud Bochellum lib. 4. decret. Eccles. gallican.

gallican. cap. 44. ex qua Synodus Aurelianensis & nostra. Sed longè ante id cautum fuerat c. 1. & vlt. ext. de feriis. Concil. Atelatenſi 4. sub Leone 3. & Carolo magno cap. 16. Turonenti sub iisdem c. 40. Rothomagenſi sub Gregorio III. tit. de cultu diuino in genere §. 4. & ſeq. Tolofano infra part. 2. cap. 14. num. 2. quibus adde l. vlt. C. de feriis, ac Regum noſtrorum conſtitutiones, Aurelianenſem art. 24. 25. & Bleſenſem art. 38. & 80.

Citare coram Nobis, vel Officiali noſtro)
Ad eum ſiquidem, & uſu noſtro forenſi vetuſtiſſimo, & antiquis Canonibus hæc cognitio pertinet. Concil. Aurelianenſe 3. an. 540. c. 27. *ſi inuentus fuerit quis in operibus ſuprà ſcriptis, quæ interdita ſunt, ſe exercere: qualiter emendare debeat, non in laici diſtinctione, ſed in ſacerdotis caſtigatore conſiſtat.*

III. **F**artores, Tabernarij, vel quicumque
uendunt victualia, durante Miſſa
Parochiali, veſperis, aut Concione verbi
Diuini, omninò ceſſent à venditionibus, &
omni negociatione, aliàs ſtatim in ius tra-
hantur, niſi ex cauſa neceſſaria. Volumus
etiã quòd ſi in ædibus alicuius, diebus feſtis
exerceatur aliquis ludus, vel palmæ, vel
alius, præcipuè durante Miſſa magna, Con-
cione verbi diuini, & Veſperis: quòd ſtatim
magiſter domus, nec non luſores in ius


trahantur. Iniungimus autem Procuratoribus nostris, Rectoribus, & Vicariis Ecclesiarum Parochialium, contra tales diligenter inquirere, & culpabiles statim citare, aut in ius vocare, ut dignâ mulctâ ipsi puniantur.

Durante Missâ parochiali) Idem cautum Concil. Tolosano infra, ac Ordinationibus Regum nostrorum, locis proximè designatis, quibus addi possunt, complura Conciliorum decreta, è quibus tamen duo potissimum seligenda duximus: Rothomagense sub Gregorio 13. tit. de Curatorum & aliorum Presbyterorum, ac Parœcianorum officiis. *In prono pro excommunicatis eos denunciet, (Curatus) qui post admonitionem ausi fuerint, Dominicis & festiuis diebus, tempore seruitii, Taraciano in domum suam ad potandum, ludendum, aut aliud non necessarium agendum recipere, mercaturam, aut velluras non necessarias, aut aliud opus exercere: non desistentes personaliter increpet, & postea non obediens, nominatim in prono excommunicatos proclamet, nec ad Ecclesiam, nec ad sacramenta admittat.* Concil. Turonense habitum sub eod. Gregorio 13. à quo confirmatum fuit tit. de festorum cultu, *Cum iuxta Dni Pauli præceptum, qui Christi sunt, sobrietatem semper sectari debeant, diebus Dominicis præsertim, & aliis festis, comestiones, conuiuia publica, tripudia, saltationes, strepitus, & choreas fieri, Venatu, & aucupatu tempus terere, in hospitibus, seu cauponis aliamquam peregrinis, cibaria & Vinum ministrari, ludis*

palmarios & alios (maxime, dum sacra conficiuntur, laudesque Deo decantantur) aperiri: comœdias, ludos scenicos, vel theatrales & alia eiusdem generis irreligiosa spectacula agi, sub anathematis pena prohibet hæc Synodus; præcipitque omnibus, & singulis parochiarum & Choribus, eos apud Episcopum deferre, qui huic Decreto non paruerint, vel illius ordinatione nominatim excommunicati d. nunciuntur & pulsentur: vide Codicem Henricianum lib. x. tit. xl.

LXXVIII.

De Synodi Euocatione, Introitu, & solemnibus.

I.  VPIENTES quæ hætenus confusè, inordinatè, ac sine deuotione in Synodo fiunt, in meliorem ordinem, ac statum, ad honorem Dei emendare, de prudentium hominum Consilio, Statuimus & ordinamus, vt die Synodi adueniente: qui in Synodis nostris comparere tenentur, adsint in nostra Ecclesia Metropolitana, siue Archiepiscopali Capella, hora septimi de mane pulsata, in synodo æstiuuali seu Paschali. In hyemali autem, seu diuini Lucae

horà octauâ. Statimque pulsentur Campanæ, quibus ab antiquo solet euocari Synodus, quibus pulsantibus, omnes, qui comparere tenentur, Induant se superpelliceis, secundum quod est obseruari solitum.

Induant se superpelliceis) vide suprâ constit. 45. Bernardi de Rosergio, & quæ ibi diximus.

II. **V**olumus autem & mandamus, omnes Laicos, ab huiusmodi Synodi ingressu & celebratione, penitus arceri, & per importunitatem, fortè ingressos, per Seruientes Curiatum nostrarum, eici ac expelli, & solos Sacerdotes, ac Clericos duntaxat admitti, ipsosque ibidem à principio vsque ad finem Synodi, quietè ac honeste permanere sub excommunicationis, & alia nobis arbitraria pæna, saluâ tamen legitima excusationis causâ, coram Nobis, seu Vicariis nostris, ante exitum à Synodo proposita per exire volentes, & admissâ.

Omnes laicos) idem cautum pluribus Galliæ nostræ Synodis, Parisiensi sub Odone, Trecenti, Senonensi, Carnotensi, aliisque.

Ipsosque ibidem à principio vsque ad finem Synodi) Synodus Lingonensis 1404. *Nullus de viris synodalibus recedat à Synodo, quousque fuerit data licentia recedendi: nisi ex causa necessitatis, petita ab Episcopo, & obtenta recedendi licentia, Synodalia*

Trecensis Ecclesiæ, e Synodo nullus exeat, quousque Episcopus, vel eius locum tenens (nisi Urgent & inenarrabilis cogat necessitas) exierit. Synod. Parisiensis 1557. à Synodo, citra Urgentem necessitatem, neminem recedere vel lumus, priusquam chorum, in quo celebratur Synodu., egressi fuerimus.

Sub excommunicationis pena) Quod utique antiquis Canonibus planè consonum est c. si quis autem c. si Episcopus cum can. seq. 18 dist. hunc Concil. Aquense sub Gregorio XIII. tit. de synodo Diœcesana. à Synodo penâ excommunicationis proposita nullus discedat, nisi eâ finita, & de more benedictione ab Episcopo data. Cui suffragantur alia Concilia, ac Piascius quoque praxis Episcop. part. 2. cap. 2. de synodo cuius hæc sunt verba: inhiberi solent sub pena excommunicationis, ne quis illicitatus discedere audeat, nisi finita Synodo, & benedictione accepta.

III. **A**Ntiqua Prædecessorum nostrorum insequentes vestigia, Statuimus & Ordinamus duas Synodos quotannis fore celebrandas, quarum una post Paschatis solemnia, videlicet die Martis occurrente immediatè post Dominicam, qua in Sancta Matre Ecclesia cantari solitum est Evangelium *Ego sum pastor bonus*. Altera autem in mense Octobri, die vero Martis beati Lucæ Evangelistæ festam proxime subsequente celebrabitur.

Duas Synodos quotannis fore celebrandas)
 Congruit hæc constitutio antiquæ Ecclesiæ poli-
 tiæ, quâ binos conuentus quotannis ab Episco-
 pis indici dudum præscriptum fuit. Canones
 Apost. cap. 36. Concil. Nicænum 1. cap. 5
 Chalcedon. c. 19. Horfimilda Papa an. 517. epist.
 ad vniuersos Episcopos Hispaniæ c. 3. *Ob hoc Pa-
 tres, providentiâ, quâ Spiritus Sanctus cultores suos
 compungere dignatus est incitati, bis in anno per Para-
 ohas singulas, Concilia haberi debere docuerunt et
 c.* Concil. Arelatense sub Carolo magno c. 4.
 ex lib. 1. Capitular. Car. magn. *Et per singulos
 annos Synodus bis fiat.* Vnde Concil. Parisiense
 an. 829. lib. 1. c. 26. *ed quod Episcoporum Concilia
 bis in anno, sicut mos Canonicus docet, non sunt, mul-
 torum impunitas nascitur flagitiorum.* Et quamquam
 hi Canones, si rectè perpendantur, de Conciliis
 Prouincialibus duntaxat intelligendi veniant, ta-
 men ad Synodos Diœcesanas, magno Ecclesiæ
 bono, à maioribus nostris, non solum hæc no-
 strâ Synodo, sed totius Galliæ ferè constitutioni-
 bus Synodalibus protrahos fuisse, nemo est, qui
 diffiteri audeat. Sanè mos iste celebrandæ binæ
 Synodi in anno apud nos perdurauit vsque ad
 annum millesimum sexcentimum vigesimum
 vt perspicuum fit, ex Regestis Synodalibus huius
 Diœcesis, qui vtinam nostrâ tempestate postli-
 minio reuocetur. Sed quidquid hac de re sit, sal-
 tem semel in anno ab Episcopo cogendam syno-
 dum Diœcesanam, manifestè probatur ex c. annis
 singulis, 18. dist. c. quando 38. dist. c. Episco.

pus 35. qu. 6. cap. sicut olim ext. de accusat. ac
Concil. Tridentino sess. 24. de reformat. c. 2.

IV. **Q**ui comparebunt in Synodo affe-
rant & habeant præ manibus, in
dicta Ecclesia, seu Capella nostra, (cùm euo-
cabuntur) hæc Statuta Synodalia sub pena
gravis emendæ, & euocatis eis, qui sunt
infra metas Archiepiscopatus, legeatur duo
aut plures Articuli, qui videbuntur esse ne-
cessarij, & quibus frequentius contrauen-
tur, ad arbitrium præsentis in synodo,
quorum fiet declaratio & interpretatio, ad
Instructionem subditorum nostrorum.

In synodo afferant & habeant præ manibus)
Idem cautum supra Synodo Rosergiana constit.
65. vbi diximus.

V. **O**mnes qui administrationem curæ
animarum habent, die Dominica,
quæ præcedit diem Synodi, inquirent pu-
blice an sint aliqui infirmi in suis parochiis,
& eos etiam non requisiti visitent, instruant,
& doceant, quæ ad salutem animarum eo-
rum pertinent. Et nihilominus deputent
aliquem Sacerdotem, qui eis absentibus,
possit & valeat, periculis præter spem eue-
nentibus providere. Alioquin per vicinum
presbyterum, hominem idoneum & ab ei.

approbatum. Idque populo publicè denunciare habeant, vt sciat populus, quem querere debeat necessitate occurrente. Idem obseruent quoties eos proficisci aliquò congerit.

Omnes qui &c) Eadem habet iisdem verbis Synodus Lomborientis sub Bernardo Ornezano cap. de statutis recipiendis : vti & Synodi Senonensis 1524. & Carnotensis 1526.

L X X I X.

De Examine, Approbatione, & Iuramento præstando ab iis, qui animarum Cura præficiuntur.

I. **N**EMINI deinceps expediatur, aut sigilletur commissio curæ animarum, nisi ei, qui fuerit examinatus & approbatus per Nos, Vicarium, aut Officialem nostrum : neque per errorem, aut importunitatem, aut aliàs non præcedente examinatione & approbatione impetratâ vti audeat, ac in vim illius administrare sub pænâ arbitraria.

II. **N**on licet Rectori vel Curato deputare in sui absentia vicarium in Ec.


clesia sua Parochiali ad administrationem curæ animarum, nisi fortè ad paucos dies : vt puta ad summum per duodecim aut quindecim dies, sine litteris nostris de non residendo, & de regimine, vel commissione nostra, aut vicariorum nostrorum. Pœna in contra facientem hæc erit, quòd fructus ex beneficio interea percepti, vel in Ecclesie fabricam, vel in pauperes erogabuntur, & præterea arbitrariâ alia pœnâ castigabitur, secundum qualitatem facti.

III. **N**Vlli tribuatur commissio curæ animarum, nisi qui iurauerit solemniter se non esse exemptum à Iurisdictione nostra ordinaria, & quòd durante suâ dictâ commissione conseruabit in quantum erit ei possibile, nostram iurisdictionem spirituales, & contra eam nullo priuilegio exemptionis, vel exceptione declinatoriâ vtetur.

Se non esse exemptum à Iurisdictione nostra)
Idem quoque sancitum Infrâ à Concilio prouinciali Tolosano part. 1. cap. 3. §. 9.

LXXX.

De prædicatione verbi Dei.

I.  **S**CRIBIT Paulus ad Timotheum: qui benè præsunt presbyteri, duplici honore digni habentur, maximè, qui laborant in verbo & doctrinâ; per hoc ostendit Paulus, eum digniorem inter cæteros, qui legem Domini docet, & populum instruit: quoniam (vt est scriptum apud Danielem) qui multos ad iustitiam erudiunt, fulgebunt et stelle in perpetuas æternitates. Et vt testatur Salomon. Eruditus in verbo reperiet bonas: hæc sunt talenta quæ superlucratu est seruus bonus & fidelis, quem Dominus gaudens intromittit in gaudium suum, id est, in vitam æternam. Itaque filij & fratres in Christo dilectissimi secundum eiusdem Apostoli doctrinâ, hortamur atque obtestamur, per aduentum Iesu Christi, qui iudicaturus est viuos & mortuos, & regnum eius. Prædicate verbum, instate opportunè, importunè, arguite, obsecrate, increpate, in omni patientia & doctrina.


II. **Q**Uemadmodum autem non possumus satis laudare eos, qui & sciunt & docent, quæ Dei sunt. Sic etiam monemus indoctos, ac simplicitate nimia præditos viros, ne temerarie se immiscere audeant, ad docenda ea, quæ non intelligunt, ne cæcus cæco ducatum præstet, & vna ambo in foveam cadant. Satius est enim silere, & sua simplicitate contentum esse, quàm docti officium usurpare, & docere velle quod non didicit, & loqui quod nescit, cum suo, & aliorum periculo.

III. **I**N docenda autem plebe & instruenda, ante omnia considerare debet qui prædicat verbum Dei, vt vtilia, & conuenientia, ac propria, auditoribus doceat. Dat Paulus nouiter instructis lac potum, non escam. Et Christus docet Discipulos suos in monte, tamquam sublimioris disciplinæ capaces. Cùm autem vult docere turbas, descendit de monte, videlicet, ab altioribus & maioribus, ad leuiora, humilia & facilia. Et huiusmodi statutum ab omnibus religiosis in suis sermonibus, volumus, & mandamus diligenter obseruari.

Conuenientia ac propria auditoribus doceat.)
c. oportet. 8. qu. 1. vide Concil. Trident. sess. 5.
in Decret. de purgatorio.

LXXXI.

De proponendis Populo in palo per
Sacerdotem Parochialem.

I.  **R**DINAMVS VT IN Ecclesijs Parochialibus fitis ruri, siue in campis, per singulos menses ad minus vnâ die Dominica presbyter in Palo vel Pronis, annunciet alta voce & intelligibili, decem Præcepta Decalogi, & Articulos fidei verbis maternis. Instruens pueros & puellas, vt discant omnes, ea quæ sunt fidei, & præcepta memoriter scire & intelligere.

VNâ die Dominicâ) verbis scilicet maternis, nam aliàs singulis diebus Dominicis inter missarum solemnia id præstare tenetur Parochus, ex præscripto Ritualis Romani, quo vtmur: Sed nec solum è suggestu, ea quæ ad salutem necessaria sunt, recitare, sed & ea populo explanare, ac pueros suæ Parochiæ fidei rudimenta, ac doctrinam Christianam edocere: vt expresse statuit Concil. Trident. sess. 5. de reformat. cap. 2. & sess. 24. cap. 4. versic. *idem etiam*. cui suffragatur Concil. Prouinciale Tolosanum infra part. I. cap. 3. de parochis, sed & Concil. Turonense sub Gregorio XIII. tit. de Paroecis. *Ne vero sit inutilis ac otiosa, & sine fructu eorum residentia, sollicitè sacramenta suis Paroecianis administrant, fidei-*

ter populum sibi commissum, tum verbo, tum exemplo doceant: in pronis tum prima, tum Masoris Missarum Parochialium, Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum fidei, Confessionis methodum, & Decalogum cum Ecclesia præcepis, nec non sacramentorum numerum, nomina, eorumque vim & effectum sigillatim linguâ vernaculâ populo declarent, & disertis verbis, ac distinctâ pronuntiatione efferant. Et uos utriusque sexus Parœtianos commonefaciant, ut cum illa leguntur, iis audiendis sint attentis, eaque tum in Ecclesia, tum domi, suis paruulis frequentius repetent, ut memoriâ teneant.

II. **A**dmonent frequenter Rectores parochialium Ecclesiarum suos parochianos frequentare & visitare suam parochialem Ecclesiam diebus Dominicis & solemnibus festis maximè, integraliter, ac deuotè audire propriam Missam: ad omnia illa, quæ in pronis siue palo, singulis diebus dominicis præcipiuntur & denunciantur diligenter attendere: ne per ignorantiam contingat eos peccare? Quod si (legitimo cessante impedimento) per tres dies Dominicos neglexerint suam parochialem Missam: statim procuratoribus nostris denuncient, ut secundum contemptum & qualitatem delicti vel negligentiae puniantur,

Frequentare & visitare suam parochialem Ecclesiam) Quod hæc Parochis iniungit nostra



Synodus, id etiam Episcopis postmodum præscripsit, sacrosanctum Concilium Tridentinum, quod ea de re sic statuit sess. 22. de observand. & vitandis in celebr. Missæ. *Moneant etiam (Episcopi) eundem populum, ut frequenter ad suas parochias, saltem diebus Dominicis, & maioribus festis, accedant. Hac igitur omnia &c. atque ad ea inviolate servanda censuris Ecclesiasticis, aliisque penis, quæ illorum arbitrio constituentur fidelem populum compellant, non obstantibus privilegiis. & exemptionibus, appellationibus, consuetudinibus quibuscunque.* Et sess. 24. de reformat. cap. 4. *Moneat Episcopus populum diligenter teneri unumquemque parochiæ suæ interesse, ubi commodè fieri potest ad audiendum verbum Dei.* Sed nec tantum hæc nostrâ Synodo illud Parochis præscriptum fuit quinimo pluribus aliis Galliæ nostræ Synodis, quas legere est apud Bochellum in sua Cōciliorum Galliæ Rapsodia; quibus Guilielmus Episcopus parisiensis suis constitutionibus an. 1240. editis, illud adiecit, ut Parochi eos a sacris arceant, quos per tres dies dominicos hunc officio defuisse comperti fuerunt; sic enim loquitur num. 10. *Præcipitur quòd Presbyteri parochianos suos, qui tribus dominicis continuis se ab Ecclesia sua absentaverint, sine causa iusta & necessaria, interdiciant, & ad Episcopum mittant interdictos.* Extant hæc constitutiones tomo 6. Biblioth. SS. Patrum. Quin & antea variis conciliorum decretis de quibus nos plena manu infra excommunicationis pœnâ plectuntur, qui à publico conuentu, id est, ab Ecclesia parœciali tribus diebus Domi-

nici abfuerint : ex quibus colligere facilè quis potest, cui & quanto peccato obnoxij sint, qui in hæc decreta peccant ; Sanè si veteris Ecclesiæ nostræ Gallicanæ instituta licet obseruare , ea fuit gallorum nostrorum pura , proba , ac minime tucata religio , vt piaculum , & capitale videretur , si quis absque causa graui & legitima, à Missa Parochiali abfuisse ; vt testis est locupletissimus Pacatus Drepanius Gallus Orator in panegyrico ad Theodosium magnum.

Audire propriam missam) Parœciale nimirum , vbi legitimus est populi , ordinariusque conuentus, ex sententia Concilij Agathensis c. 21. sic & Ecclesiam propriam, pro parochiali vsurpatâ sæpe legimus, & qui illi præest Parœcus nẽpe, Proprius Sacerdos, à sacris canonibus nuncupatus.

Ad omnia illa quæ in pronis præcipiuntur & denunciantur) Cuiusmodi sunt festi dies & facti, quos inter Missarum solemnia Parœcus annunciare debet, vt & ieiunia , de quibus Concil. Moguntinum , & Capitul. lib. 1. & adnotauit Gratianus de consecrat. dist. 3. cap. 1. ac nostra Statuta Synodalia eum de Eucharistia ; excommunicationes etiam , ac matrimoniorum proclamationes , multaque alia huiusce generis, quæ Parœcianos ex ore Parœci edicentis rescire æquum est, quæ sciens omitto.

Statim Procuratoribus nostris denuncient) Fiscalibus scilicet, seu Promotoribus, vt explicent aliæ Galliæ nostræ synodi Senonensis 1524. Carnotensis 1526. Parisiensis 1557. & c.

III. **A**ppropinquantibus autem Litaniarum siue Rogationum diebus volumus & mandamus Rectoribus nostræ ciuitatis & Diœcesis Tolosanae, seu eorum vicariis, quatenus ipsi in palo festa mandando præannuncient, dicant, & declarent populo suæ curæ commissio, qualiter est duplex Litania Maior videlicet & Minor. Maior est in die festi sancti Marci, Minor verò Litania (quæ Rogationes seu Processiones vocari consueuerunt) fit tribus diebus dominicam Ascensionem Immediatè præcedentibus. Et huiusmodi Litanix propter pestem inguinariam, mortem subitanam, terræ motus periculosos, famem, pestilentiam, bella, tempestates, sterilitates, pluresque aliàs ac diuersas ob necessitates & causas, olim à sanctis Patribus inuentæ ac ordinatæ fuerunt. Et his diebus secundum Aurelianense Concilium ieiunandum est, vel cibus quadragesimalibus vtendum in signum pœnitentiæ. In Litanis quoq; debent omnes à seruilibus operibus vacare, & donec terminetur processioni adesse, vt sicut omnes peccauerunt, sic & omnes pro venia supplicent, omnes ad Deū corda cum manibus eleuent, & præcipuè in Missa & processione, quas
singul s

singulis annis per omnes & singulas Parochias prædictis quatuor diebus publicè & solenniter dici & fieri iubemus. Diligenter itaque exhortentur ac moneant plebem suam : vt dictis diebus cum omni honestate, humilitate, deuotione, & puritate diuinis officis, processionibus, sermonibus verbi Dei, vt præmissum est, & alias iuxta Ecclesiæ vniuersalis constitutionem & consuetudinem intersint & compareant, bona quæ sic interessentibus, mala vero quæ adesse negligentibus obtingere possunt demonstrando. Omnibus autem & singulis prædictis diebus (vt præmissum est) processionis & missæ deuotè, & in statu gratiæ interessentibus pro quolibet dictorum dierum, decem dies, de iniunctis sibi pœnitentiis in Domino misericorditer relaxamus.

Maiores videlicet & minores) de his S. Gregorius lib. II. cap. 2. Ordo Romanus, & alij, qui de diuinis officis multis ab hinc sæculis scripserunt quibus iunge Durandum in rationali lib. 6. cap. 102. Baronium in notis Martyrologij 25. aprilis. ac postremò Gauantum in Rubric. missalis.

Propter pestem inguinariam) quâ multi etiam occidendo & sternutando repente obibant, quæ uel se e omnem populum Romanum, & ipsum quoque summum Pontificem Pelagium 2. extinxit

an. 589. in cuius locum , statim subrogatus est Gregorius primus , dictus magnus , commun consensu omnium , ex leuita eueatus in sedem , qui supplicationem & septiformem Litaniam , ce qua in ordine Romano , ac in Sacramentario ord. nauit , vti refert Paulus Diaconus loco mo citando ; Et licet in hisce narrandis Scriptore non nihil discrepent , in hoc tamen omnes conueniunt , Gregorij & Populi supplicantis preces , non incassum esse missas : quia pestilentia tenuim remittens , breui extincta est. Quæ causa fuit , car idem Gregorius postea præceperit , eandem supplicationem singulis annis fieri per totum orbem , vno die , hoc est , sexto Kalendas Maij. Lege Paulum diaconum lib. iij. histor. de origine & gest Longobardorum cap. ij. ac ipsum Gregorium in Regesto loco proximè signato. Litanias vero minores , quæ proximè Domini in calos Ascensû antecedunt , quæque hodie sunt imprimis ad conferuandas fruges , S. Mamertus siue Mamercus ciuitatis Viennensis in Gallia Episcopus institutum vrbs illa , multis terretur prodigijs , de quibus Gregorius Turonensis lib. 2. histor Francor. cap. 34. Adonis Chronicon anno Christi 396. & 452. Sidonius Apollinatis , Aruernum Episcopus , qui eius vixit ætate , lib. 7. epist. 1.

Sécundum Aurelianense Concilium) Primus scilicet sub Symmacho Papa , ac Clodoueo Francorum Rege an. 511. cap. 29. cuius verba referuntur à Gratiano c. Rogationes , de coniect

dist. 3. cui adstipulatur idem Sidonius Apollinaris lib. 5. epist. 14. sed quia ieiunium horum trium dierum Consilij fuit, non præcepti, in desuetudinem abiit, Ecclesia siquidem, nullum ieiunium præcipit inter Pascha & Pentecosten, propter lætitiā Resurrectionis Christi: unde idem planè iudicium est de litania maiori, siue publica supplicatione & ieiunatione in festo S. Marci Evangelistæ. Bellarminum lege tom. 3. lib. 2. de bon. op. in part. cap. 21. & Henriquez: Licium tamen est Episcopis indicere extraordinarias supplicationes cum ieiunio, quoties id evidens aliqua necessitas postulat.

Debent omnes à seruilibus operibus vacare)
Ex eiusdem Concilij Aurelianensis decreto, quod tamen hodiè non obtinet.

IV. **E**T quia valde periculosum est in mortali peccato diutius torpescere, prout quotidiana docent exempla; Statuimus, ut qui animarum curam gerunt, hortentur & moneant suos subditos, ut frequenter sua peccata confiteantur: Et ut populus ad id faciliùs inducatur, in quolibet festorum solennium vel alio tempore, Quadraginta dies indulgètiarum verè poenitentibus & confessis in Domino misericorditer impartimur.

Moneant suos subditos ut frequenter) idem habent Synodi Parisiensis sub Odone, Senont-

lis 1524. Trecentis, Carnotensis, Aurelianensis, aliæque apud Bochellum lib. 2. decret. Eccl. gallic. tit. 7.

V. **M**oneant etiam eos, ut tempore infirmitatis, aut pestis, & ubi neque verisimile periculum mortis imminet, neque quia fortè sunt mare navigaturi, per periculosa loca transituri: quam citò & opportunè fieri poterit, confiteantur, non expectantes tempus gravioris infirmitatis, aut presentis & instantis periculi. Monebunt similiter mulieres prægnantes propter periculum puerperij, ut præveniant tempus partus.

Quàm citò fieri poterit confiteantur) Ex eadem synodis, Senonensi præsertim, & Aurelianensi.

VI. **T**empore quadragesimali sæpissime admoneant illos, præcipue qui per annum integri distulerint confiteri ut tempore debito confiteantur, non differentes (ut faciunt plerique) usque circa finem hebdomadæ sanctæ: ne propter eorum moram, diuinum impediatur officium aut minùs debitè compleatur: eis comminando, quòd si qui reperiantur, qui usque a præfatos dies confiteri distulerint, non admittentur ad poenitentiam, nec ad Sacra

mentum Eucharistiæ, nisi post festum Pat-
chæ, quod facere poterunt Rectores & co-
rum Vicarij, cessante tamen periculo, &
omni scandalo.

Tempore quadragesimali) verba sunt synodi
Carnotensis an 1526. celebratæ, vti legere est
apud Bochellum loco suprâ designato.

VII. **I**Nstruant frequenter suos Parochia-
nos, vt filios suos cum primum ad
annos discretionis peruenerint, in fide Ca-
tholica, & in his, quæ ad salutem animæ
pertinent, fideliter & diligenter erudiant,
ac erudiri faciant: eos educantes in Dei ti-
more & dilectione. Addiscant inprimis ora-
tionem Dominicam, Salutationem Ange-
licam, Articulos fidei, Præcepta Decalogi,
& Ecclesiæ. Et cum prima ætas sit prona &
facilis ad delinquendum, & plerumque in
peiora ruat, nisi lora retraxerit vsus: mo-
neant parentes, vt quando filij & filiæ sunt
correctionis patientes, eos doceant & cor-
rigant, arguant & corripiant: ne sicut Hely
summus Sacerdos, qui filiorum suorum
excessus non corripuit, diuinæ animaduer-
sionis vindictam excipiant.

Instruant) vide Concilium Lateranense sub
Leone x. sess. 12.

VIII. **I**Nhibeant etiam omnibus subditis suis, ne ab alio, quam à proprio Rectore, aut ab eo deputatis percipiant Sacramenta, sub poena excommunicationis, absque legitima excusatione, & antè petita à nobis, vicario nostro, aut ab ipsis licentiâ.

Inhibeant omnibus) Idem habet, iisdemque verbis Synodus Aurelianensis sæpè laudata tit. de proponendis populo per Sacerdotem Parochialem. Et Lomberiensis sub Bernardo de Ornezano eod. tit.

IX. **D**oceant plebem sibi commissam attentè & deuotè se habere in Ecclesia, maxime cum sacra celebrantur officia: non deambulare per Ecclesiam, non confabulari. Dum sacrum legitur Euangelium, omnes consurgant attentè: masculi discooperto capite. Et vbi nominatur nomen Iesus omne genu flectatur, non solum corporis, sed mentis. In elevatione pretiosissimi corporis & sanguinis Christi, manibus iunctis, & genibus flexis, tam excellentissimo Sacramento deb tam exhibeant reverentiam, cæterisque Ecclesiæ Sacramentis.

Doceant) vt ex eadem synodo Aurelianenti

loco proximè citato. Vide supra constit. 66. & ibi annotata.

X. **E**Xhortentur sapius, & sub diuini Iudicij obtestatione instantissimè admoneant, omnes mulieres cuiuscunque conditionis vel status existant, quatenus secundum statum suum moderato, decenti, & honesto habitu vestiantur, & utantur; sumptuosis vestium, habituumque & ornamentorum pompis superfluis, ac nouis vestium dissolutionibus & vanitatibus depositis & cessantibus (& iuxta Pauli Apostoli dictum) velato capite Ecclesias intrent, Deum deuotè (pro vt decet foemineum sexum) orent, à vanis & lasciuis colloquiis cessent, omnem superbiæ ornatum auferentes, ne postquam eleuatæ fuerint & ambulauerint extepso collo, & nutibus oculorum, compositoque gradu incesserint, & per hoc multas varias concupiscentiæ occasiones & mala pectorum incentiua dederint irascatur dominus: & in furore suo (quod tamen auertat) decaluet verticem, & crinem denudet, & auferat Dominus ornamentum calceamentorum, Lunulas & torques, armillis & discriminalia, annulos, & gemmas in fronte pendentes. Sitque eis (vt ait Esaias Pre-

pheta) pro suaui odore foetor, pro zona suniculus, pro crispante crine caluitium.

XI. **P**ublicari insuper & Inuiolabiliter obseruari mandamus & ordinamus, in omnibus & singulis Ecclesiis, exemptis & non exemptis, nostrae ciuitatis & dioecesis, statutum in generali Concilio conditum, prout not. c. decet de Immunita. Eccles. lib. VI. quatenus iuxta illius formam & tenorem, & sub poena in eodem contenta, omnes ytriusque sexus dirigantur & informentur, vt eis sit ad Ecclesias humilis & deuotus ingressus, sit in eis quieta conuersatio, Deo grata, inspicientibus placita, quae considerantes non solum instruat, sed reficiat: attendantur in locis eisdem intentis praecordiis sacra solennia, deuotis orationibus insistatur, nullus in locis eisdem in quibus cum pace ac quiete vota conuenit celebrari, seditionem excitet, conclamationem moueat, impetumvè committat. Cessent in Ecclesiis, Coemeteriis, Claustris, & aliis locis sacris, & Deo dedicatis, vniuersitatum & societatum quarumlibet Concilia, conciones, & publica parlamenta. Cessent vana & multò fortius foeda & profana colloquia, confabulationes

deambulationes. Et generaliter omnia alia, quæ diuinum possunt perturbare officium, aut oculos diuinæ Maiestatis offendere, ab Ecclesiis & locis sacris sint extranea, ne ubi est peccatorum venia postulanda, ibi detur peccandi, occasio, aut deprehendatur peccata committi. A Rectoribus autem, & diuini verbi Concionatoribus, huiusmodi tam salutare statutum populo frequenter annunciarî, & planè ac sanè exponi iubemus.

Statutum in generali Concilio conditum) Lugdunensi nimirum, sub Gregorio X. habito, è quo verbatim exscripta quæ hic habentur. Vide quæ supra diximus ad d. constit. 66.

XII. **S**ALTEM semel in mense moneantur Executores testamentorum, vltimas testantium voluntates fideliter & diligenter implere infrà tempora à iure statuta, & maximè quantum ad restitutionem vsurarum, aut aliàs malè ablatorum, quantum ad legata Ecclesiis, pauperibus, & ad alias pias causas relicta. Quod si qui negligentes reperiuntur, statim procuratori nostro denuncientur, vt per Nos, aut Officialem nostrum, compellantur prædicta testamenta adimplere.

Infrà tempora à iure statuta) Executores te-

stamentorum, debent intra tempus à testatore definitum, defunctorum vota adimplere; quod currit, non à die facti testamenti, vel mortis testatoris, sed à die aditæ hæreditatis, l. statu liber. 3. §. si quis hæredi ij. ff. de statu liber. quòd si aliter testator non cauerit, prouisione legis datur; extruccionibus quidem piarum domuum quas ædificari iussit, si sint oratoria, quinquennium, si Prochia, Xenodochia, aliave eius generis, annus ex nouella 131. c. 10. Verum non obstat. e iuris ciuilibus dispositione, etiam ad construendam Ecclesiam aut monasterium, hæredibus aut executoribus testamentariis, anni spatium Iure Pontificio præfinitur; eoque elapso, ius exequendi deuoluitur ad Episcopum, cap. nos quidem 3. ext. de testam. & ult. volunt. Ad soluenda verò legata, quæ in pias causas relicta fuerunt, sex menses dantur à Iure, à die insinuationis testamenti numerandi, ex eius nouellæ 131. c. 12. §. si autem legatum; qua de re lege Panormitar. ad d. cap. nos quidem, ac Cuiacium cap. 18. de præscriptionibus.

Vt per Nos aut Officialem nostrum compellantur) Iuxta iuris præscriptum c. tua nobis 17. & c. Ioannes 19. ext. de testam. Spectat siquidem, vt iam diximus, ad Diocesana, id est, Episcopum, vt loquitur d. cap. Ioannes, testamenti executionem procurare cap. nos quidem 3. & cap. si hæredes 6. eod. l. nulli & constit. Græca 45. C. de sacros. Eccles. quamuis id veteri testator d. c. tua & nouella 131. c. xi. versu *hæc*

præcipue quod ius apud Paganos locum habuit, & Pontifex maximus ad executionem eorum quæ pia erant, hæredem compellebat l. hæreditas ff. de petit. hæredit. vide quæ statuit nouissimè Concil. Trident. sess. 22. cap. 8. de reformat.

XIII. **Q**uoniam ex indiscreta & facili votorum emissionè, plurima sequuntur incommoda, & scandala: vt quotidie videmus. Monebunt sæpissimè Rectores & eorum Vicarij suos Parochianos, maximè iuuenes, simplices, rusticos & mulieres, vt vota indiscreta a modò non faciant, sed cum matura deliberatione, & prudentum virorum voueant consilio.

Monebunt) idem habent synodi Parisiensis sub Odone, Senonensis 1524. Aurelianensis sæpè laudata iisdem verbis, ac altera Parisiensis an. 1557. compluresque aliæ.

XIV. **Q**uoniam libertatis Ecclesiasticæ infractores, eiusdemque Iurisdictionis ac bonorum vsurpatores, ipso iure excommunicationis sententiam incurere dignoscuntur: eorum periculis animarum obuiare volentes, antiquam nostræ Diœcesis consuetudinem insequentes, districte præcipimus & mandamus, omnium Parochialium Ecclesiarum Rectoribus, qua-

tenùs frequenter diebus Dominicis denunci-
 cient excommunicatos à canone omnes,
 Ecclesiasticam iurisdictionem impediētes,
 & eiusdem libertatis & iurisdictionis viola-
 tores. A qua sententia absolui non pote-
 runt, nisi satisfacto prius omnibus quorum
 interest, & refulis omnibus expensis &
 damnis.

Antiquam nostræ Diœcesis consuetudinem
 Cuius quoque meminit suprâ Bernardus de Ro-
 sergio in suis constitutionibus n. 38.

Excommunicatos à canone) C. non minu 3
 ext. de immunit. Ecclesiar. quòd desumptum est
 ex Concilio Lateranensi generali c.19. cap. quo-
 niam eod. in sexto, aliisve suprâ ad d. const.
 Bernardi de Rosergio citatis, quibus iur.
 Concil. Tridentini decretum sess. 25. cap. 20. et
 reformat. ac Concil. Prouincial. Tolosan. in 1
 part 4. cap. 2. num. 1. & seq.



CONCILIVM
PROVINCIALE
TOLOSANVM.

*QVOD ILLVSTRISSIMVS
ET REVERENDISS. FRANCISCVS
DE IOYOSAS. R. E. tituli Sanctissimæ
Trinitatis in monte Pincio Presbyter Cardinalis
habuit, Anno Domini 1590.*

Postremæ huic editioni accesserunt Scholia
& Notæ D. SIMONIS de PEYRONET.



TOLOSÆ,

Apud ARNALDV M COLOMERIV M, Regis &
Academiæ Tolosanæ Typographum.

M. DC. LXVI.



FRANCISCVS

DE IOYOSA S. R. E.

tituli Sanctissimæ Trinitatis in
 monte Pincio Presbyter Cardi-
 nalis , Archiepiscopus Tolosa-
 nus, Prouinciæ nostræ fidelibus,
 Salutem in Domino.



*V*O tempore grauissimum
 hoc Archiepiscopalis curæ
 onus , Diuino ita dispo-
 nente consilio , humeris
 meis fuit impositum , in
 ipso aditu non leui sanè
 multarum difficultatum cogitatione sum per-
 cussus. Verùm quæ me , licèt indignum , ad
 illud vocauerat Diuina clementia , eadem
 me semper & consolata est, & ad colligendos
 animos confirmauit. Et profectò non poteram
 aut gratiori aut commodiori loco talentum
 mihi creditum exercere , aut vberiore ex

ex alia quacunque, quàm ex hac una Prouin-
 cia messeri expectare, in qua omnes omnis ge-
 neris homines, in unum Summi Dei cultum,
 videbantur mutuo conspirasse. Hic Senatus il-
 le mihi occurrebat integerrimus, Ecclesia pro-
 pugnator certissimus, hereticorum vindex pu-
 nitórque accerrimus, eoque nomine & Diuina
 benedictione & secundarum rerum felicitate
 Curias omnes alias facilè superans, tandiuque
 superaturus quandiu propriis rebus omnibus
 religionem, ut speramus, anteponet. Hic Po-
 pulus auita fidei obseruantissimus, & obe-
 dientia clarissimus. Hic ea doctissimis piissi-
 misque viris referta Academia, ex qua tot
 doctrina & integritate celebres viri sperari
 poterant, qui in hac excolenda vinea promp-
 tissimi utilesque mihi cooperatores esse pos-
 sent. Hic Clerus ille denique, cum quo in-
 staurandi mihi in hac Prouincia spiritualis
 aedificij, fundamenta locare foret facillimum.
 Et in eo Canonici optimi, & optimi Recto-
 res, qui in hanc nostræ sollicitudinis partem
 libentissimè venirent. Quibus omnibus ita
 commonebar, ut nihil mihi prius videretur,
 quàm eam videre regionem ad quam me &
 naturæ propensio & officij ratio aduocabat:
 ad quam profectò nulla mora interposita

conuolassent, nisi eo in loco fuisset, in quo
 ille est, cui obsequi, Christianorum omnium,
 præcipuè verò Episcoporum, & maxime Car-
 dinalium primum est debitum; nisi que eo
 tempore fons ille malorum erupisset, ex quo
 tanta in uniuersam Galliam clades derivata,
 in omnes eius Prouincias postea promanauit.
 Huic obsistere cum mei muneri esse ducerem,
 omnes industria neruos contendere æquum
 videbatur, ut aliquod saltem tantis malis
 temperamentum inuenirem. Sed uicii mali
 uolentia, humanòque consilio curari se ne-
 gauit, & quam peccata nostra concitauerant,
 solis precibus uitæque mutatione Diuina in-
 dignatio uoluit placari. Sicque cum uniuersæ
 Gallia non possem, huic Prouincia subuenire
 conatus sum, ad quam non prius accessi, quam
 omnia tentauerim conciliandi nobis Diuini
 numinis remedia, ex quibus tandem hoc
 unum mihi uisum est, & ad salutem uilium,
 & ad imminentes calamitates paratius, quam
 nobis Deus reliquit Ecclesiam, eam tanquam
 matrem agnoscere, ei coniungi, ei per omnia
 obsequi, ut omnes omnium, qui in ea sunt,
 fidelium præses participantes, Diuina mis-
 ricordia gratiam facilius consequeremur.
 Atque ita sacrosanctis eiusdem legis mo-
 niti, Tridentinum Concilium recepimus, ab

huius executione Decreti obedientiam testan-
 tes quo Concilia Prouincialia celebrari iubet.
 Quorum en vobis primum (sily dilectissimi)
 quod vobis offerimus, ex quo & benè vinen-
 di, & ritè Deo inserviendi rationem haurire
 poteritis. Hic neglecta religioni, corruptis
 moribus, sauentique in nos obtot tantaque
 peccata Diuina ira remedium inuenietis. Hoc
 igitur accipite, excipite, legite, perlegite,
 & si quæ vos Diuinarum rerum cura tangit,
 sequi, exequi curatote. Hoc sanctissimi reli-
 giosissimique totius Prouincia Episcopi nobis
 cum vnâ iusserunt. Hoc celeberrimi pruden-
 tissimique ex vestris Theologia, Jurisque Ca-
 nonicâ Doctores suaserunt. Hoc denique gra-
 uissima, sanctissimâque Apostolica sedis au-
 thoritas comprobauit. Vos verâ, sacri Ecclesia
 ministri, per viscera misericordie Domini vo-
 stri IESV CHRISTI horror & obses-
 sor, ut ad has constitutiones, amplectendâs
 reliquos omnes exemplo vestro mouetis, his
 pareatis, has seruetis, has modis, idèque me-
 ditemini. Hæc in vestram potissimum & gra-
 uam & honorem sunt comparata. Quò enim
 seuerius, continentius, sanctius istam insti-
 tuetis, cò maior Religioni honor tribuetur,
 sacrarum rerum procuratio purior, sacrificia,
 officiaque maiori cum reuerentia fient, sac-

liusque Deus placabitur, malorū venerationi
 quàm antea vester ordo habebitur: impietas,
 fauor in Hæreticos, Simonia, Confidentia,
 Religionis contemptus, frequentiora apud no-
 stros homines vitia, euanescent. Vos verò qui-
 bus religionis sue cura data est, quod vo-
 bis demandatum est, munere quàm fieri potest
 optimè perfuncti, laboris & diligentia fructus
 vberes diuturnosque percipietis, tandèmque
 feliciter salutis viam ingressi, ad eam quam
 toto hoc opere solam nobis proposuimus aut
 sempiterni metam feliciter, Deo dante,
 peruenietis.





INDEX TITVLORVM.

PARS PRIMA.

DE Fidei Professione.

De Episcopis.

De Capitulis.

De Parochis.

De Presbyteris & Clericis.

De Concionatoribus.

De Vicariis foraneis.

De Monialibus.

PARS SECUNDA.

De Sacramentis & Sacramentalibus.

De Baptismo.

De Confirmatione.

De Pœnitentia & Confessione.

De Eucharistia & sacra Communione.

De Missarum celebratione.

De Sacramento Ordinis.

De Matrimonio.

De Extrema Vnctione.

De Cura pro mortuis agenda, deque sepulchris, exequiis, & funeribus.

- De Reliquiis & Sanctorum Imaginibus.
 De Indulgentiis.
 De Cibis vetitis & eorum dispensatione.
 De Feriis earumque cultu.
 De Votis, & Religiosis Peregrinationibus.

PARS TERTIA.

- De Ecclesiis, Capellis, Altaribus, cæterisque eiusmodi.
 De Oratoriis in via sitis.
 De Scholis & Sodalitatibus doctrina Christianæ.
 De Vniuersitatibus & Collegiis.
 De Seminariis Clericorum.
 De Hospitalibus, Leprosariis, aliisque Piis locis.
 De Confraternitatibus & Sodalitiis.

PARS QUARTA.

- De Excommunicatione.
 De Iurisdictione Ecclesiastica & Iudiciali Foro Episcopi.
 De Rerum Ecclesiasticarum, Beneficiorumque, aut locatione aut Alienatione.
 De Decimis & Oblationibus.
 De Simonia & Confidentia.
 De Prouisionibus & renunciatione Beneficiorum.

De Residentia.

De Visitatione.

De Iure Patronatus.

De Sacra Inquisitione.

De Libris Prohibitis.

De Vsuris.

De Testamentis & Legatis Piis.

De Exemptis & Priuilegiatis.

Quae Generatim ad haec Decreta pertinent.

Indictio futuri Concilij secundi Provin-
cialis.





CONCILII
 PROVINCIALIS
 TOLOSANI
 PARS PRIMA QUÆ EST
 de Personis.

NOS FRANCISCUS
 DE IOYOSA S. R. E. Tituli San-
 ctissimis Trinitatis in Monte Pincio
 Presb. Cardinalis, Dei & sanctæ sedis
 Apostolica gratia Archiepiscopus Tolosa-
 nus, de Consilio & assensu Reuerendiss.
 D. D. Coëpiscoporum nostrorum in Provin-
 ciali Synodo Tolosana hæc statuimus &
 sancimus.

DE FIDEI PROFESSIONE.

IN primis, & diuinis Eccle-
 siæ legibus, & sacrosanctis
 Conciliorum decretis, qua
 decet, veneratione parentes,
 ea omnia & singula, quæ a sancta Triden-

Conc.
Triden.
fess. xxv
c. 2. de
refoim.
Mediol
i sub Pio
IV tit.
de pro-
fessione
fidei, &
eius tu-
endæ
cura.

tina Synodo definita, & statuta sunt, palam recipimus; veram obedientiam summo Romano Pont. spondemus, & profiteremur: simulque hæreses omnes, ab eadem Synodo damnatas, publicè detestamur, & anathematizamus.

2. Et quoniam ea est Catholicæ fide dignitas, & præstantia, vt hac vel minimùm titubante, reliqua omnia eodem motu labefactata necessariò concidant: hoc vnum futuræ deliberationis, actionumque nostrarum firmissimum fundamentum iaciendum ducimus, Concilique huius nostri primordia ab hac fidei professione sumimus, quæ à fel. mem. Pio quarto, sanctissimè præscripta est, his verbis.

Pius IV.
in sua
constit.
incip. in-
iunctum
edita an.
1564.

Ego N. firma fide credo & profitor omnia & singula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia utitur: videlicet, Credo in unum Deum, Patrem Omnipotentem, factorem celi & terræ, visibilibus omnium, & inuisibilibus: & in unum Dominum Iesum Christum, Filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante omnia secula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo verò, genitum, non factum, consubstantialem patri, per

quem omnia facta sunt, qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis, & incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria Virgine: & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est: & resurrexit tertia die secundum Scripturas, & ascendit in cælum, sedet ad dexteram Patris: Et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos & mortuos: cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre, Filioque procedit, qui cum Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas: & unam sanctam Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum: & expecto resurrectionem mortuorum: & vitam venturi sæculi, Amen. Apostolicas & Ecclesiasticas traditiones, reliquasque eiusdem Ecclesiæ observationes & constitutiones firmissimè admitto, & amplector. Item sacram Scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit & tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum Scripturarum, admitto; nec eam unquam nisi iuxta unanimum consensum patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque

septem esse verè, & propriè sacramenta nona legis à Iesu Christo Domino nostro, instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria: scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam-Victorem, Ordinem, & Matrimonium, illàque gratiam conferre, & ex his Baptismum, Confirmationem & Ordinem, sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque & approbatos Ecclesiæ Catholice ritus, in supradictorum omnium sacramentorum solenni administratione recipio, & admitto: Omnia & singula, quæ de peccato originali, & de iustificatione in Sacrosancta Tridentina Synodo definita & declarata fuerunt, amplector, & recipio: Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium sacrificium, pro viuis, & defunctis, atque in sanctissimo Eucharistiæ Sacramento esse, verè, realiter, & substantialiter corpus & sanguinem, unà cum anima, & diuinitate Domini nostri Iesu Christi, fierique conuersionem totius substantiæ panis, in corpus, & totius substantiæ vini, in sanguinem, quam conuersionem Catholica Ecclesia Transubstantiationem appellat: Fateor etiam sub altera tantùm specie, totum atque integrum Christum, verumque Sacra-

mentum sumi, Constantè teneo Purgatorium esse, animasque ibi desertas fidelium suffragari iuari: Similiter & Sanctos unà cum Christo regnantes, venerandos atque inuocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas. Firmisimè assero imagines Christi, ac Deiparæ semper virginis, necnon aliorum sanctorum habendas & retinendas esse: atque eis debitum honorem ac venerationem impertiendam: indulgentiarum etiam potestatem, à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maximè salutarem esse, affirmo: Sanctam, Catholicam & Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum matrem, & magistram agnosco, Romanoque Pontifici, beati Petri, Apostolorum principis, successori, ac Iesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo, ac iuro: Cætera item omnia à sacris Canonibus, & Oecumenicis Conciliis, ac præcipuè à sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio atque profiteor, simulque contraria omnia, atque hæreses quascunque ab Ecclesia damnatas, & reiectas & anathematizatas ego pariter damno, reiicio, & anathematizo: Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo

saluus esse potest, quam in presenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram & inuiolatam, usque ad extremum vitæ spiritum, constantissimè (Deo adiuuante) retinere & confiteri, atque à meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & predicari, quantum in me erit, curaturum, ego idem. N. spondeo, voueo, ac iuro. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia,

Conc.
Trident.
sess. xxv
cap. 2. de
reformat.

3. **QVÆCUNQVE** posthac tertio quoque anno prouincialia cogentur Concilia, sic esse inchoanda statuimus, vt quicumque illis intererunt hanc vna oris mentisque confessione fidem, castè, inuiolatèque profiteantur.


Conc.
Trident.
sess. xxii.
cap. xi
& sess.
xxv. cap.
2. de
reform.
Bull. Pij
IV. 12m.
c. 22a.

4. **QVICUNQVE** deinceps, aut ad Archiepiscopatum Tolosanum, aut ad Tolosanae prouinciæ Episcopatus assumuntur, in ipsa sua consecratione, & cooptatione hanc eandem fidem iurati præstabunt. Qui beneficia obtinent, quique obtenturi sunt, Abbates, cœnobiolorum Præfecti, Academiæ doctores, Magistri, Regentes, iique qui scientiam aliquam, artemque publicè, in Academiis, Gymnasiis, Monasteriis aut in præsentia docent, aut posthac edocturi sunt, quique gradum aliquem

in quauis facultate consequentur, & ij demum qui vel ad conciones, vel sacros ordines admittentur, coram Notario & duobus testibus in manibus Episcopi, vel eius Vicarij hac eadem fidei professione palam solennitérque se obstringent; quæ posthac in tabulas publicas ab eodem Notario digesta, libro in Episcopali Archiuo asseruando diligenter describetur.

Conc.
mediol.
3. sub
Gregor.
x. tit.
cuz ad
fides tu
endæ stu
dium
pernact.

DE EPISCOPIS.

I.  Vos in custodia sanctuarij excubare iussit, speculatoresque domus suæ præfecit Dominus, eos aut incuria desidere, aut inertia dormire vt turpissimum, ita perniciosissimum est. In id igitur Episcopi, qua maxima poterunt diligentia incumbant, vt creditos sibi populos conseruent, errantes in viam reducant, perditos requirere, & recuperare possint.

Conc.
mediol.
1. sub p. 10
IV ut de
diligen
tia ab
Episc.
adhiben
da in sta
tu vnus
cu. uique
Paro
chie
cognos
cendo.

2. SED & alios etiam probatos, spectatæque fidei viros adhibeant, qui quæ in quoque emendanda compererint, ad se quam fideliter deferant, iisque statim Episcopi mederi conentur.

Conc.
Mediol.
1. loco
proximè
citato.

3. HORTAMUR, vt Parochos suæ

Idem
Conc.
Med. 1.
vbi suprâ

ciuitatis semel saltem in anno, idque per sacra quatuor tempora ad se conuocent, nauatæ in custodiendis ouibus sibi commissis operæ rationem ab iisdem repositant, & illos officij, munerisque sui, breui habita conciuicula, commonefaciant.

Conc.
Trident.
sess. xxiv
cap. vii.
de ref. r.
Conc.
Mediol.
2. sub
Pio V.
tit. 1.
decret.
vii.

4. Næc vnquam sacras & Episcopales actiones exercent, quin prius perficendi ministerij dignitatem, vim, rationemque populo graui aliqua concione explicarint, quo altius fidelium animis defixo rerum sacrarum cultu, eos ad ea, quæ fidei, & religionis sunt, magis ac magis accendant, & inflamment.

Conc
Remen-
se sub
Gregor.
XIII tit.
de Epif.
num. 16.
& 17.

5. Officiarios, maximè verò Officiales, & Promotores, & morum probitate, & eruditione, quoad fieri poterit, conspicuos habeant, hoc vnum saltem inspicientes, vt tales sint, qui doctrinæ defectum, si quis sit, vitæ integritate possint compensare.

Conc.
Trident.
sess. 2. c.
vñe de
ref. r.
Conc
Mediol.
1. sub
Pio IV
par. 2 tit de frequen-
diuini Sacrificij oblatione
Conc. Mediol. 14 sub
Gregor XIII. par. 3. tit. de Episcopis

6. MISSAM quàm poterunt frequentissimè, Dominicis verò festisque diebus, semper celebrent: Quoque magis populum exemplo profuturo adiuent, non in priuatis ædibus, aut extra Ecclesiam, sed

in oratoris diuino tantum cultui dedicatus Missam celebrent.

7. ORATIONIBUS, & meditationibus singulo quoque die, certis, statisque horis incumbant, quibus in coelestium rerum contemplatione versantes, diuinam sibi, suisque gregibus gratiam summa & ueneratione & contritione deprecabuntur.

Conc.
Mediol.
4. ubi
supra.

8. QVOD reliquum erit temporis, id omne uel sacrae librorum lectioni, aut doctis, & pijs hominum colloquijs tribuant: hoc unum summa cura prouidentes, ne nimia Laicorum hominum familiaritate, frequentioribusque eorundem conuiujs, retinendam ministerij dignitatem imminuant.

Idem
Conc.
Mediol.
4. ibid.

9. FACILES aduentibus se praebant: liberas de iniurijs querimonias, tum omnium, tum maximè infirmorum admittant, eisque modum in audiendis, alloquendis, adiuuandisque omnibus adhibeant, ut homines non eorum magis humanitatem diligere, quam grauitatem uenerari possint.

Idem
Conc.
Mediol.
4. ubi
supra.

10. PAUPERVM, egenorumque hominum inopiam, non parca facultatum suarum propriarum distributione, ea charitate subleuent, ut praeter eas, quas per

Idem
Conc.
Mediol.
4.

Eleemosynarium impertiendas curabunt, ipsi etiam propriis manibus eleemosynas largiantur.

Conc.
Mediol.
IV. sub
Gregor.
XIII.
part. 2.
tit. quæ
pertinet
ad ex-
tremâ-
visionē.

11. QVOD si, vt ferè fit, aliquos contigerit grauius laborare, atque eos maxime, quos vitæ sanctitas, morum integritas, doctrinæque præstantia commendat, Episcopos in Domino obtestamur, vt humanæ sortis memores, eos adeant, inuisant, consolentur, sanctamque illis benedictionem paterna charitate impertiantur.

Conc.
Mediol.
V. sub
Gregor.
XIII tit.
de Epif-
copis
Episco-
paliuris
dictione
& foro.

12. CŒPISCOPOS verò, quod Deus auertat, bellorum, famis, pestilentia, aliarumque difficultatum calamitatibus, aut publicè aut priuatim oppressos, reliqui Prouinciæ nostræ Episcopi, & priuatis orationibus, & publicis supplicationibus adiuuare, & demum profusa, quoad fieri poterit, eleemosynarum largitione, aut etiam populo eroganda, quanta poterunt celeritate subleuare conabuntur.

1. quæ-
nam d.
71. c.
quoniam
dist. 100.
Conc.
Trident.
sess. 23.
cap. 2. &
& c. 7
c. 9 de
refirm.

13. NI tribus post obtentam prouisionem mensibus consecrationis munus Episcopi susceperint, fructus, quos suos facere Conciliorum decreta non sinunt, aut Seminaris conseruandis, aut pauperibus alendis, aut denique Ecclesiis extruendis adjudicandos esse decernimus. Consecra-

ros verò obnixè precamur, vt quàm ciuissimè poterunt, Ecclesiam suam inuisant.

14. IN Cathedralibus suis Ecclesiis, & sacramentorum administrationem, & benedictiones fontium, & denique sponso-
rum benedictiones aliasque ceremonias, ad sanctos sanctæ Romanæ Ecclesiæ ritus, usumque Episcopi accommodari curent, nec alias inferiores Ecclesias, earumque Rectores à Cathedralium obseruatione discedere patiantur.

Conc. Mediol. 1. sub Pio IV, par. 2. tit. de rit. quæ ad Sacramen. or. admitt. str. rione generatim pertinent.

15. QUOTIES, aut per ciuitates suas incedent, aut etiam per Diocesim iter facient, toties populo sanctissimæ Crucis signo benedicent.

Cerimoniale Episcop. lib. 1. cap. 4.

16. *a* VESTES non ad luxum, sed ad decorem Episcopus adhibere debet, quem non magnifico ornatu, sed vitæ sanctimonia quæsitæ decet authoritas. *b* Erit igitur annulo Episcopali contentus, sed & illum semper gestabit, quò sponsæ, hoc est, Ecclesiæ suæ perpetuo meminisse possit; sumptuosiores vestium apparatus fugiet; eas verò, quas dignitati conuenire maximè nouerit, adhibebit.

Conc. Mediol. 1. sub Pio IV tit. de Episcopi vestitu. 6. Conc. Mediol. 4. sub gregorio XIII. par. 3. tit. de Episcopis.

17. NIGRO Episcopi vtentur colore, & sexta quaque feria, & in vigiliis, & in Auentu & Quadragesima; nisi fortè dies

Cerim. Episcop. lib. 1. cap. 3. Concil.

Mediol.
4. sub
Gregor.
XIII.
par. 3.
tit. de
Episco-
Pia.

illi inciderint, quos non luctu, sed lætitia celebrandos Ecclesia iubet; quibus & alias omnibus violacei coloris vestimenta, in propria saltem Ecclesia, gestabunt; Ton-
sura demum in capite grandiori conspicui incidet.

Conc.
Mediol.
4. sub
Gregor.
XIII
loco
proximè
citato.

18. PICTURAS omnes, quæ proph-
num aliquid redoleant, ab Episcoporum
domibus remouemus. Eos verò in atris
ordine pingi omnes æquum esset Episco-
pos, qui præcesserunt, aut eos saltem, qui
sancta muneris Episcopalis administratio-
ne, aut bonis moribus, aut denique do-
ctrinæ raritate claruerunt.

Concil.
Trident.
sess. 2.
& sess.
XXV c. 1.
de refor.
Conc.
Mediol.
1. sub
Pro IV.
tit. de
Episcopi
mensa.

19. N E C sanè minor in victu adhiben-
da est cautio, cum omnibus, tum iis præ-
cipuè, qui aliis exemplo prælucere, & ad
omnia eisdem informare debent. Inanes
igitur illas, & ad ostentationem potius,
quam ad vitæ necessitatem inuectas cibo-
rum varietates Episcopi à suis mensis re-
mouendas curabunt, ea frugalitate omnia
dispensantes, vt nec nimia parcitas auari-
tiæ, nec sumptus profusior ambitionis sus-
picionem ingenerare possit.

Conc.
Trident.
sess. 2.
c. vnc

20. LECTIO mensæ nunquam deest.
Nec tamen quæuis admittenda, sed ea so-
lùm, quæ vel ex sacris scripturæ hausta

fontibus, vel ex sanctorum patrum libris de re-
 deprompta, vel ab iis demum authoribus format.
 mutuata, qui piorum Antistitum memo- C. nec.
 riam non fictis monumentis illustrarunt, Mediol.
 saluberrimum animæ pabulum præbere 4, sub
 possit. Cui tamen sanctum illud Concilij Grego-
 Tridentini decretum, quo Sess. 25. cap. 1. rio XII t.
 Episcoporum vita informatur, & vero so- par. 3.
 lennis illa ab omnibus Episcopis in sua tit de
 consecratione iurata formula interdum Episco-
 poterit admisceri. pis.

21. PARASITOS; sycophantas; hi- C. nec.
 striones, cernuatores, susurriones, eosque Mediol.
 omnes, qui vel verborum obscœnitate, r. sub
 vel maledictis in aliorum famam conie- Pio IV.
 ctis, scandalo piis hominibus esse solent, tit de
 a mensis, imò à domibus Episcopi serio Episcopi
 arcendos, profligandósque, curabunt. mensa.

22. PIVM aliquem, sanctum, incor- Conc.
 ruptumque virum, quoad eius fieri pote- Mediol.
 rit, & in Theologiæ sacris mysteriis non e. sub
 mediocriter versatum à confessionibus ha- Gregor.
 bebunt, cuius ope, & consilio, graviora XII t.
 utæcunque incident negotia, pertracta- part. 3.
 nt. tit de
 Episco-
 pis.

23. Non mediocriter ij peccant Episco-
 , qui dum suæ se res præclarè habeant,
 vistorum, familiariumque salutem pe-

Conc.
Mediol.
4. vbi
suprà.

rare patiuntur, Cauebunt igitur, ne officij
rationem Deo persoluentes, eorum pec-
cata præstare teneantur. Quod ne accadat,
pro salute familiæ perpetuo vigilabunt, in
suorum religionem, fidemque inquirent,
eosque omnes, bis saltem in anno, aduen-
tante nimirum Quadragesima, Aduentus-
que initio diligenti examine visitabunt.

Vide
Conc.
Tident
d. 11. 2
c. 1. &
Conc.
Mediol.
4. vbi
suprà.

24. **NVELLVM**, qui prauitatis here-
ticae, aut alterius cuiuslibet certi criminis
labe notatus sit, domi patientur viuere,
eosque solùm domesticos deligent, qui
non modò ab errato, sed etiam ab errati
suspensione remotissimos esse nouerint.

Conc.
Mediol.
4. sub
Gregor.
XIII p. 3
tit. de
Epi. co-
pis.

25. **FREQUENTEM** omnibus confes-
sionem, frequentem communionem in-
iungent: festisque saltem solennioribus,
iisdem ipsi sacrosanctum Eucharistiæ sacra-
mentum propria manu ministrabunt.

Conc.
Mediol.
1. sub
Pio IV
tit. de
Epi. co-
pis.
familia

26. **QVO** verò paratiores illos, promp-
tioresque ad hæc omnia reddere possint,
spectatæ fidei, probatæque virtutis virum
custodem, ducemque familiæ apponent:
huic vni domesticorum fidem, religio-
nemque transmittent. Is verò Sacerdos sit,
diuinarumque rerum non ignarus, & qui fa-
miliæ præsertim hortationibus adiuuare, & ad
omne officij munus debitè informare possit

27. CONFESSARIOS etiam viros gra-
nes suis adscribant, quò mutuis plurimum
auxiliis optatum faciliùs domesticorum fa-
luti finem consequi possint.

Conc.
Mediol.

4 sub
Gregor.
XIII.

part 3.
tit. de

Episcop.
Idem

Conc.
Mediol.

4. vbi
suprà.

28. PROVIDEANT, ne qui Ecclesiæ
sumptibus sibi aluntur domestici, impro-
bis & flagitiosis hominibus consuescant,
aut in invidiosis, ignominiâque notatis
locis obuersentur, ne conceptam à laïcis
Episcopalis famulitij famam damnoſa ali-
qua suspitione violent.

29. MISSÆ sacrificio cuncta Episco-
porum familia quotidie intererit, quod
reliquum erit temporis non otio, aut de-
ſidiæ, sed iusto, debitoque obsequio, li-
beralibusque exercitationibus traducet.

Idem
Conc.

Mediol.

4 vbi
suprà.

30. AVRUM, argentumque a vestibus,
qui Episcopis inſerviunt, excludent: ſerico
promiscuè non vtentur, colorumque va-
rietatem fugient, nigro ſolùm, ſufcove
contenti. Vestimenta ad elegantiam osten-
tationemque non incident: Omnibus de-
nique in rebus tales se præbebunt, vt
omnibus exemplo, & admirationi eſſe
poſſint.

Conc.
Mediol.

1. sub
Pie IV.

tit. de
Episcopi

familia.

D E C A P I T V L I S E T
C a n o n i c i s .

C A P V T I I .

Conc.
Trident.
sess. xxiv
cap. xii.
de refor.



Idem
cautum
Conc.
Burdiga-
lensi
1582.
Turonēsi
1583.
Biturici-
censi
1581. tit.
de his
quæ ad
capitula
dignit.

Cap. sta-
tutum
xv. ex.
de ma-
ior &
obed.
C. 100.

ANONICOS, quos senioribus in rebus aduocare, & in consilium adhibere solent Episcopi, non vitæ solùm integritate, & eruditione valere, verùm etiam ætate, iudicij maturitatem præ se ferre æquum est, tum ne ætatis tyrocinio fortè labantur, tum vt officij dignitatem probabili opinione apud vulgus sustineant. Ex Ecclesiæ igitur maiestati, & amplitudini consulentes, nullum deinceps in numerum, albumque Canonicorum in Cathedralibus nostris Ecclesiis adscribi volumus, qui Subdiaconatus ordinem adeptus non sit, aut saltem in ea ætate constitutus, quæ intra annum Subdiaconatu donari possit: ea tamen lege vt quam primùm vigesimum quintum ætatis annum attigerit, Presbyteratu initietur.

2. ORDINIS quoque ea seruanda venit ratio, vt post eos, qui in aliqua sunt dignitate constituti, primi Canonici sacerdotes sedèant, secundùm hos Diaconi,

postremit Subdiaconi subsequantur. Qui vero sacris initiati nullo modo sunt, tam qui Canonicatum ante Concilij promulgationem obtentum possident, quam qui post hac intra annum initiandi obtenturi sunt, stallum superiorem in choro non ascendunt.

Mediol.
3, sub
Gregor.
xii c. xii.
de his
quæ ad
capitulū
pertinent.
Conc.
Burdig.

galeste. 1582. Turonense 1583. apud Bochellum.

3. PAR est etiam, ut probè unusquisque suo munere fungatur, quò mutua omnium conspiratione, laudandi illi ceremoniarum, officique ritus debita dispositione seruentur. Præcipimus itaque iis quibus in Ecclesiis, aut Cathedralibus, aut Collegiatis hæc cura transmissa fuit, ut quos Matutinarum lectionibus, Euangelis, Epistolisque decantandis destinatos agnouerint, eos ita edocere studeant, ut accurata vel minimi cuiusque puncti, accentusque obseruatione, iustam cantus, lectionisque maiestatem retineant, & conseruent. Hoc si dedignati fuerint, Episcopi, Capitulique iudicio, aut fructibus, aut officij possessione deiciantur. Quæ omnia sub iisdem etiam pœnis in iis, quæ sui erant muneris, reliquas omnes Dignitates sollicitè obseruare statuimus, & iubemus.

Conc.
Trident.
sess. v.
c. 1. de
reform.
Leo X.
in Con-
cordatis
cum Frã-
cisco r.
Franciæ
Rege §.
1. tit. .
de coll.
constitu-
tio Ca-
roli IX.
lata in
Comitiis

4. **QVI** in Cathedralibus aut Colle-
giatis Ecclesiis Theologi Canonici sunt in-
stituti, ij bis, aut sen el in hebdomada
prælectiones, Dominicis, vero festisque
diebus conciones publicè habeant. his
porrò lectionibus, concionibusque fre-
quentes Cathedralis & Collegiatae Eccle-
siæ Dignitates, & Canonici, lectionibus,
saltem omnes earundem Ecclesiarum, imò
totius ciuitatis, Clerici aderunt.

C. super
specula
ext. de
Magi-
stris.

5. **QVI** optimæ indolis iuniores Ca-
nonici non vulgarem futuræ eruditionis
expectationem concitarint, perfecta pri-
ma residentia, in Academiis, exterisque
vniuersitatibus, perficiendorum studiorum
causa, per quinquennium ad summum
poterunt detineri. Hi verò temporis fide-
liter exacti, studiorumque progressus, Ca-
pitulum singulo quoque anno admone-
bunt. Cuius rei statim a Capitulo Episco-
pus certior fiet.

Conc.
Turo-
nense
sub
Gregor.
XIII.
tit. de
his quæ
ad Cap-
itula digni-

tates & Cantonicos pertinent.

Conc.
remens.
sub
Gregor.
XIII. tit.
de Cap-
itulis &
Canoni-
cis n. 12.

6. **PACEM** inter se Canonici agitent,
placidè, tranquillèque inuicem agant.
Quòd si, quæ humana fragilitas est, impru-
dentibus lites oboriantur, eas illico inter se
amicè componere, sedarèque contendant.

7. IN Comitibus, Sodalitiis & Capitulis, de iis primùm, quæ ad diuinum cultum spectabunt, tum de iusta morum reformatione, delictorumque debita animaduersione, demùm de priuatis rebus temporalibusque negotiis agant.

Conc.
Mediol.
1. sub
2. sub
Pio VI
decret.
xci.

8. STATUTORVM omnium Episcopis suis Capitula infra tres menses copiam sine fraude faciant. Quæque ex illis communi iure, sacrisque Canonum decretis non refragari conspexerint, castissimè Episcopi obseruanda curabunt.

Conc.
Mediol.
1. sub
Pio IV.
tit. de
pœnis &
aliis quæ
genera-
tim.

9. QUÆCUNQUE in hac nostra Prouincia immunitatem aliquam prætexunt, nec vllis Episcoporum, sed solis Apostolicæ sedis legibus se subiacere profitentur Capitula, Conciliorum Prouincialium sanctionibus, decretisque vel ipsa sede Apostolica iubente, obstricta se esse norint. Ab iis igitur ne latum quidem vnguem quauis ratione discedant, sed ea diligenter seruent, & sedulò exequantur. Quæ secus faxint, quocumque iuris remedio cogantur, seuerissimèque puniantur.

Conc.
Mediol.
4. sub
Gregor.
XIII tit.
quæ per-
tinent ad
Capitula
Cathedra-
& Colle-
giatarum
Eccle-
siarum.

10. QVOD Tridentina Synodo cautum est, vt quælibet Cathedralis Ecclesia Pœnitentiarium habeat, id pro virili Episcopi perficiendum curabunt. Itaque Præben-

Conc.
Trident.
sess xxiv
c. vii.
de c. r.

dam primò vacaturam huic muneri uniant, & applicent, & virum probum, atque idoneum in iure Canonico, aut sacra Theologia doctorem vel Licentiatum, aut alias, qui aptior pro loci qualitate reperiatur, ad id officium rectè exercendum deligant.

D E P A R O C H I S.

C A P V T III.



VAM anxie sollicitèque commissæ sibi animarum saluti imvigilare Parochi debeant, is facile intelliget, qui iis de populi peccatis rationem reddendâ esse nouerit. Id ne accidat, super gregis custodia perpetuò stent, sacris hortationibus concionibusque diebus Dominicis, & aliis a Sacra Tridentina Synodo præscriptis festiuitatibus habendis, populum de salute commonefaciant, ad crebram confessionem communionemque incitent, & vero ad eam in Natiuitatis Domini, Pentecostes, aliorumque festorum solennitatibus accedere hortentur; ægrotos frequenter etiam non vocati adeant, suscipiendorum Sacramentorum necessitatem explicent, &

Concil.
Trident.
sess. xxiv.
cap. iv.
& sess. v.
cap. 2.
de reformat.
Conc.
Mediol.
3. sub
Pio IV.
c. de
iis, que
ad Sacra-
mentum.

quàm maximè poterunt, eorundem conscientiaè consulant, tum denique reliqua omnia Parochorum munera fideliter exequantur.

2. **V** **T** autem fidelitè officio suo fungi queant, Latinum, Gallicumque Romanæ fidei Catechismum perpetuo habeant, quæque in eo de Apostolorum Symbolo, Decalogo, Sacramentis, aliisque rebus ad salutem necessariis continentur, populo, quoties opus fuerit, explicent. Decreta demùm, & Prouincialis & Diocesanae nostræ Synodi frequenter legant, a quibus quæcunque ad suam populique vitam moderandam pertinent, excipere & agnoscere possint.

3. **N** **O** **V** **O** **R** **V** **M** suæ Parochiæ inquilinorum mores, vitam, actiones, fidemque diligentissimè obseruent, quàm frequentes in Sacramentis suscipiendis sint, inquirant, deque mulierum, quas secum habuerint, cognatione, matrimonio, honestate, aut impudicitia à proximè habitantibus, quam fieri poterit accuratissimè, cognoscant.

4. **P** **R** **Æ** **C** **I** **P** **V** **A** **M** verò pauperum, qui in sua Parochia sunt, nubiumque puellarum, orphanorum, pupillorum, infirmorum, viduarum, senio demum conse-

strationem generatim pertrahent.

Conc. Mediol. j. sub Pio IV tit. de prædicatione Verbi Dei.

Idem Conc. Mediol. a tit. de diligentia ab Episcopis adhibenda in statu vsq; Parochia cognoscendo

Conc. Mediol. i. l. c. proxime citato

eorum, rationem habeat, eosque omnes, aliósq; quos vel spirituali vel temporali misericordia nouerint indigere, consilio, ope & facultatibus adiuuare, reliquósq; suo exemplo ad eos subleuandos incitare conentur.

Idem
Cone.
Mediol.
2. vbi
suprà.

5. Et quò largiùs, commodiùsq; eisdem subueniri possit, de his omnibus ad Episcopum referant, qui communis omnium pater, paternæ pietatis curam, charitatemque, qua poterit ratione, eis impertietur.

Cone.
Mediol.
2. sub
Pio V.
tit. 2.
decret.
xxx. Sed
& ante
extrat
hac de
re con-
stitutio
Riccioli
Suessio-
nensis
Episcopi
cap. XIX.

6. PAROCHVS, si quinque in sua Parochia sacerdotes habeat, iis priuatis bis quaque hebdomada renouandas disceptationes instituat: hæ vel de Catechismi Romani interpretatione, aut de casibus conscientiæ, aut denique de certis huius Concilij decretis erunt. Quòd si forte in vicino Regularium Monasterio, diuinarum Ecclesiasticarumque rerum peritus aliquis lector doceat, cum sacerdotes consulere, eiusque opera, studioque uti poterunt.

Cone.
Mediol.
2. vbi
suprà.

7. His honestis exercitationibus prauatisque disputationibus Clericos omnes Parochiæ suæ fines incolentes Parochi interesse hortentur. Sic fiet, ut instructiores, & ad quæuis obeunda munia paratiores

sacerdotes habere possint. Quòd si fortè mandato renuentes Clericos cognouerint, Episcopum certiore[m] de ea re statim faciant, qui eos, quacunque poterit ratione & auctoritate, ad id præstandum adigat.

8. QVOSCVNQVE Parochiali Ecclesie Rectores aut præficient, aut admittent Episcopi, eos & debitam sanctæ sedi Apostolicæ, Episcopoque obedientiam, & præscriptam a sacra Tridentina Synodo residentiam, & iurum Ecclesie defensionem, & bonorum præsentium conseruationem, & ampliationem, & denique distractorum, alienatorumque recuperationem sanctè polliceri, imò etiam iusiurandum ad eius rei testimonium accommodare nulla mora interposita cogant.

9. NVLLVM deinceps ad animarum curam admittent Episcopi, qui non prius apertè testatus fuerit, se ab Episcopi imperio, & iurisdictione nequaquam exemptum, immunemque esse, fidemque suam Episcopi Diocesani mandatis per totum præfecturæ suæ tempus obstinixerit, priuilegiisque omnibus, immunitatibus, exemptionibusque declinatoriis palam renuntiat.

Conc.
Trid. n.
c. 25.
cap. 2.
de resor.

Conc.
Mediol.
3 sub 3
Gregor.
XIII. 1
tit. de
parochis

Constit.
Synod.
Ioannis
Dorleac
suprà
num. 77

10. QVIBVS aut Cathedralibus, aut Collegiatis Ecclesiis adiuncta est cura animarum, peculiarisque Parochia, provideat Episcopus, ut qui ad huius administrationem deligetur, necessariis vitæ subsidiis, honestisque stipendiis à Capitulo, vel aliis, quorum interest, augeatur.

11. VBI populus ita numerosus fuerit, ut Parochus sufficere non possit ad curam exercendam, & Sacramenta administranda, cogat eum Episcopus ad adiungendum sibi tot coadiutores, quot fuerint necessarii, ad Tridentini Concilij præscriptum.

12. NVLLI Parochorum absenti Ecclesiae suæ moderandæ, Sacramentisque ministrandis, Vicarium alioquin idoneum & ab Episcopo probatum præficere liceat, quin prius non residendi, regendique veniam ab Episcopis, aut eorum Vicariis per literas impetrarint; Quam tamen licentiam Episcopi ultra bimestre tempus, nisi ex gravi causa non concedant. Qui secus faxint, fructuum qui per id temporis percipientur, priuatione, pœnisque aliis ab Episcopo indicendis puniantur.

13. PAROCHOS æquum est ab aliis Sacerdotibus, quibus nulla incumbit ani-

Conc.
Trident.
sess. v. c.
cap. vii.
de rector.

Conc.
Trident.
sess. xxx.
cap. iv.
de rector.

Conc.
Trident.
sess. 23.
cap. 7.
de rector.

Conc.
Trident.
sess. vi.
de rector.

marum cura dignosci. Quoties igitur processionibus, publicisque aliis actibus intererunt, sacrasque actiones exercebunt, superpelliceo, caputioque, quod proprium illorum insigne est, conspicui incedant.

Gregor.
XIII tit.
de Paro-
chis &
Paro-
chiali-
bus iuri-
bus ac
officiis.

14. SED & Sacerdotes, aliique quicumque Parochiæ inseruiunt, & in ea domicilium habent, sacris Ecclesiæ officiis cum decenti ornatu, & quadrato birreto, superpelliceisque intersint, Matutinis, horisque aliis Parocho adsistant, Ecclesiæ proventus aliter amissuri, imò, si contumaces fuerint, etiam excommunicandi.

C. signa
presby-
ter 92.
dist.
Cone.
Mediol.
2. sub
Pro V.
tit. 2.
decret.
xxvi t.
Const.
Bernar.
de Ro-
sario
supra n.
61.

15. QVOD si in quavis alia re, in iusta Sacramentorum administratione potissimum, Parochos vigilantissimos esse oportet. Quæcunque itaque de iis, locis propriis, postea dicentur, ea omnia sine excusatione præstare, & perficere iidem studebunt.

infra
parce 2.


16. HIS porrò legibus constitutionibusque omnibus, Parochi omnes & singuli teneantur quicumque tandem illi sint, etiam exempti, qui cessante exemptione interesse deberent, ratione Parochialium Ecclesiarum etiam vnitarum, iidemque

Cone.
Trident.
sess xxiv
cap. 2. de
relozm.

Dioecesanae Synodo interesse, quæque in ea statuta, & sancita erunt, concernentia curam animarum & Sacramentorum administrationem, diligenter observare compellantur.

DE PRESBYTERIS ET Clericis.

CAPVT IV.

I.  **V**M ea sit Sacerdotalis Ordinis dignitas, ut aliis videatur dignitatibus præluere, summa ope Sacerdotes niti debent, ut effectam omnium animis tanti muneris dignitatem exempli raritate sustineant, illudque perpetuò reputent se non sibi solos viuere, sed præclaræ vitæ documenta hominibus aliis debere.

Conc.
Trident.
sess. 23.
cap. 14.
de refo.

Sacerdotes itaque omnes, quocunque honore insigniti, aut quacunque in dignitate constituti tandem sint, Dominicis festisque diebus, nisi iusto aliquo præpedimento auocati fuerint, Missæ sacrificium celebrent.

Conc.
Lyc. 1.

2. **Q**VICVNQVE aut curatum, aut quodvis

quodvis aliud Ecclesiasticum beneficium
 obtinens, nullis legitimis impedimentis
 distractus, diuinum officium non dixerit,
 eius fructus non capiat, perceptosque aut
 Ecclesie extractionibus, aut pauperum
 elemosynis impendat. Quod si canonicè
 monitus idem steterit, legioris que propo-
 sitis plus æquo tenaciore fuerit, beneficij
 possessione moueatur. Quicumque porro
 maioribus ordinibus initiati, licet bene-
 ficijs careant, officij diuini recitationem
 prætermiserint, præter eam, qua miserè
 animam suam obligant, fraudem, seueris
 Episcoporum animaduersionibus veniunt
 coercendi. Sed vt maior Christianorum
 sit inter se consensus, horæ Canonicæ tum
 priuatim, tum publicè ex Breuiarij Roma-
 ni præscripto recitentur.

3. Quo verò maior Ordini authoritas
 concilietur, honesto, decenique habitu
 cedant, quæque super hac re à Sanctiss.
 Domino nostro Sixto Quinto, bulla huic
 Concilio inferenda, sancta sunt, debite
 obseruent.

4. VESTIMENTA talareta vtramque, si
 fieri possit, adhibeat: sin minus, exte-
 riorem saltem, alteram verò ad suræ intum
 demissam: hoc autem discriminis, intere-

se sub
 Leone X
 sess. xxi
 Mediol.
 4. sub
 Pio IV.
 tit de
 hoc. 2. 8
 canonicis
 eius non
 incernit.
 tendis
 Bulla n
 Pio V.
 edita
 an 1572.

C. nullus
 cum seq.
 xxi q. 4.
 C. n.
 Trident.
 sess. xiv.
 c. 17.

Sixtus V
 vbi supra
 Como-
 Mediol.
 1. sub
 Pio IV
 tit de

Clerico-
rum ve-
stita
Mediol.
4. sub
Gregor.
XIII. tit.
de vit
& honest.

fit, ut quæ interiori talari videntur, pallium ad talos usque extensum gestare poterunt: solâ aliis toga, eaque sumptis admotisque brachio manicis, nisi forte domi & privatim, concedetur.

Cleric. vide consuet. Bernardi de Rosergio supra & ibi nota

Conc.
Laterna-
nense
sub In-
nocentio
3. c. 16.
cap. pe-
nult. ext.
de vit. &
honest.
cleric.
Conc.

5. TONSURA sit conspicua, non ea quidem in omnibus Clericis una, sed maior sacerdotalis, digitis tribus undiquaque à vertice pateat, duobus Diaconalis, semidigito subdiaconalis angustior, minorum ordinum omnium minima, & digito undique fit diducta.

Mediol. 7. sub Pio IV tit. de Clericorum vestitu Conc. Mediol. V. sub Gregor. XIII. tit. quæ ad Clericorum honestatem rinent.

6. NVSquam aut in Ecclesia, aut per urbem absque quadrato birreto Clerici conspiciantur, nisi aut duriori frigore, aut feruentiori æstu, aut nimbofo, pluviosoque aëre, aut demum alia cœli inclementioris iniuria impediatur,

C. Pres-
byteri
dist. 34.
C. cum
decorum
12. c.
clerici
25. ext.
de vit.
& ho-
nest.

7. ET quoniam Sacerdotum vitia, ut apparere maximè, & primo conspectu occurrere, maiori denique dedecori haberi, imò & quæ in aliis leuia, in illis gravissima censei consueverunt; iis tripudia, ludos publicos, aliaque omnia, quibus reliquos homines damnofo aliquo scan-

dalo offendere possent, omninò interd- cleric.
cinus, & prohibemus. Conc.
Trident.

sess 22. cap 1. de reformat, & sess 24 c. 12 de reform. Conc Mediol.
1. sub Pio IV. p. 2 tit. de armis, ludis, spectaculis & esulinodi a clerico
vizandis

8. CLERICI, qui vel sacris initiati, C. 1. & ult.
vel beneficio erunt præditi, in foro coram ext. de
seculari iudice nunquam causas publicè postu-
lagant, aut Aduocati, procuratorisque per- lando
sonam sustineant, nisi fortè prouocati, in Conc.
ius rapiantur, aut Ecclesiæ suæ, aut paren- Mediol.
tum, aut miserabilium personarum in- 1. sub
terfit: neque id etiam nisi prius Episcopi Pio IV.
scripto impetrata & cōcessa venia. De iure p. 2. tit.
tamen rogati priuatim responsitare, liti- de nego-
que instruendæ consulta, non expressa tus sæ-
mercede, dare poterunt. culari-
bus à
clerico
lugien-
dis.

9. QVOD si Clerici inter se iudicio con- C. si quis
tendere, extrema (neque enim id aliter Clericus
feri debet) necessitate cogantur, nequa- c. de per-
quam iudicem sæcularem, sed solum Ec- sona
clesiasticum, & verò ipsum Episcopum presby-
adeant, vt priuatim, non in prophano- terei 38.
rum oculis, Ecclesiasticorum res compo- c. perue-
nantur. Poena secus facientes canonibus nit 39. c.
indicta, imò etiam seueriori ab Episcopo molita
infligenda coërceantur. 42. c. si
clericus
48. 21.
q. 1. c. si
diligenti
ext. de
foro cō-
petenti.

10. NVLLI Laïcorum, etiam Princi- C. sa-
pum, nisi in iis, quæ Sacerdotalem de- cerdoti-
bus ext.

ne cleri-
ci vel
Monachi
Conc.
Mediol.
I. sub
Pio IV.
tit. de
negotio
seculari

ceant dignitatem, idque petita & ex quo-
tannis renouanda ab Episcopo licentia,
Clerici inferuiant, ne sacerdotij autori-
tatem humiliori, abiectiorique ministe-
rio dedecorent.


us à Clerico fugiendis.

Constit.
Conuen-
tus Me-
lodunens.
fis an.
1579. tit.
quæ per-
tinet
ad cele-
bratio-
nem Missæ.

II. TRIBVS post ordinationem men-
sibus Missam Sacerdotes celebrent, aut
iustum impedimentum afferant. Ni fa-
ciant, in ius à Promotore trahantur, erra-
ti rationem reddituri. Contumaciores ex-
communicatione puniantur.

DE CONCIONATORIBVS.

CAPVT V.

 **V**i docet, verborum suorum sit
ipse exemplum, vt magis opere
doceat, quàm sermone. Concio-
natores itaque quasi in aperto specta-
culo ante omnium oculos vitam acturi,
neminem celaturi, mores ad profuturum
exemplum instruant, doctrinam, concio-
nesque ad Sacrosancti Concilij Tridentini
præscripta, & ad ea etiam, quæ à nobis
libello ad id accommodato præscriben-
tur, quàm poterunt acuratissimè informet.

Conc.
Trident.
sess xxxv.
in de-
cret de
purga-
torio &
aliis lo-
cis.

2. EPISCOPUS proprium est docere. Id quoad eius facultas, negotiaque ferent frequentius præstare conabitur: Sin minus, probos saltem, eruditosque viros ad id muneri seligat, nullamque in sua Diocesi sine ipsius expressa licentia concionari sinat, & nisi id ei ex proprio munere, utpote Parochiam obtinenti, competat; tamque in concedenda cautionem adhibeat, ut neminem nisi iam ætate maturum, Subdiaconatusque b saltem ordinem consequutum admittat.

proprietarius §. quis vgrq̄ de hæreticis Conc. Trid. locis proximè citatis.
b Conc. Bituricense sub Gregorio XIII. lit. 3. c. 8.

3. Quos ab hæresi conuersos ad Ecclesiam rediisse cognouerint, eos non ita facile ad conciones admittant Episcopi, tum ne cõcepta iam tantæ prauitatis opinio multorum animas nocituro præiudicio offendere possit, tum quod non ita strenuè in iis quæ fidei Catholicæ sunt, versati, de tantis mysteriis ineptè sæpenti-merò balbutire cõsueuerunt.

4. Ea hora, qua Episcopus concionatur, nemini illi ciuitate liceat concionari, & cuiusuis alterius concionis tempore, Missæ nequaquam in ipsa Ecclesia celebrari debeat.

Conc.
Trident.
sess. v.
cap. 2.
& sess.
xxiv.
cap. xv.
de refor.
Conc.
Lateran.
ense
sub In-
nocentio
t. c. in-
ter exte-
ra ext. de
offic. &
poreff.
iud ord.
& excõ-
Conc.
Rotho-
magen-
se sub
Gregor.
XIII.
lit. de
Curato-
rum, &
aliorum
presby-
tere tuæ
parocia.
nri offi-
siis nu.
43
C emér.
dudum
de sepul.
C ne
M. l. 1.
& sub
Gregor.
XIII.
lit. de

verbi Dei prædicatione., 4 Conc. Mediol. 2 sub Pio IV, tit. de prædicatione verbi Dei Mediol. 4 sub Gregorio XIII cod.

5. **P**ERDIFFICILE est Episcopis, is præsertim qui latioribus diœcesibus sunt constituti, omnes eorum Ecclesias perlustrare, & in iis concionem habere. Eos tamen hortatur hæc Synodus, vt Apostolorum exemplo populum sæpius per literas inuisant, & consolentur, idque potissimum iis temporibus, quibus anniuersaria redemptionis nostræ mysteria celebrantur. Hæ frequentij populo perlegentur, quò is paternam illam charitatem, propensumque pastoris erga se animum agnoscere possit.

Conc.
Mediol.
2. sub
Pio IV.
tit. de
prædicatione
verbi
Dei.

6. **I**N maioribus ciuitatibus, primisque parœciis, singulis Dominicis festisque, in aliis verò, diebus solennibus haberi concio debet. In oppidis, vicis, aliisque locis, si ita facultas ferat, quaque Dominica, aut saltem vnoquoque mense semel. Quod si ea sit concionatorum penuria, vt id per se, vel per alios præstare Parochi non possint, homilias certè lingua vernacula conscriptas, & ab Ordinario approbatas, aut traditum à Tridentina Synodo Catechismum perlegant, & interpretentur, donec Metropolitanus au-

horitate excusus liber in lucem exeat.

7. EPISCOPI, cæterique omnes qui in aliqua Ecclesiæ dignitate sunt constituti frequentes concionibus aderunt; quod amplectendam reliquis ex populo exempli imitationem tradant.

Pio V. decret. 27.

Idem
Conc.
Mediol.
1. sub
Pio IV.
vbi
supra.
Mediol.
2. sub

8. Et quoniam vel sola auaritiæ suspicio, in omnibus Ecclesiasticis, tum verò maximè in verbi Dei concionatoribus populum non mediocriter offendit, cætebunt quàm diligentissimè concionatores, ne de concionum suarum mercede paciscantur: Quod si populus elemosynam concionatoribus præbere neglexerit, Episcoporum erit dare operam, ut illi de victu & congrua elemosyna provideatur.

Conc.
aquense
sub Grego-
rio
XIII. tit.
de con-
cionibus
& verbi
Dei præ-
dicatio-
nibus.

DE VICARIIS FORANEIS.

CAPVT VI.

VICARIJ, quos foraneos vocant, non miraro Episcopis esse consueuerunt leuamento, quia horum opera, & præsentem gregem intueri, & ei prouidere, & denique operam ferre minori cum molestia possunt. Videbunt

Conc.
Mediol.
1. sub
Pio IV.
tit. de
vicariis
foraneis.

igitur Episcopi, an Archidiaconorum, & Archipresbyterorum, aut penuria, aut defectus Vicariorum eiusmodi operam requirat. Atque ita ex Sacerdotibus aptiores, & ad hoc munus instructiores seligere poterunt, hisque singulis certas Dioceseos suæ regiones ex arbitrio præscribent, Vicarium in locis insigniori & frequentiori constituentes, usque ea permittentes, quæ per uniuscuiusque doctrinam, temporum, locique rationem plus minus concedenda esse duxerint;

Idem
C. 1. de
Medic.
r. loco
proximo
c. 1. de
Decreta
B. 1. de
m. cod.
l. 1.

2. **H**ORUM erit officium semel singulis mensibus, ubi eas non potest fieri poterit, quos in sua regione animarum Rectores subiectos habuerint, omnes in aliquam ex Parochiis regionis illius Ecclesie per orbem aduocare. Concilium itaque, eo quo visum fuerit die, indicent, præ die illius diei peccata omnes confitebuntur, Conuentus die singuli Missam in ea ipsa Ecclesia celebraturi. Quæ peracta, pro mortuis universi in choro, Missam solennimò cantabunt, concioque à Vicario priori semper congregatione alicui iniungenda habebitur.

Conc.
Med. 1.
c. 1. de

3. **C**ONUECTIS SACRIS, per vicos, aut saltem circa cœmeterium supplicatio-

nes habebunt ; hinc in domum Parochi
 cibi sumendi causa se conferent, ibi quam
 poterunt parcissimè simul viuent : Mensæ
 p[ro] alicuius libri lectio admiscebitur. De-
 inde affurgentes omnes gratias Deo agent,
 Ecclesiamque reperent, vbi superpelliceis
 omnes induti, Vicario etiam stolam ha-
 bente, dictaque ab eo, in congregationis
 principio recitari solita oratione, locis
 vnicuique paratis assidebunt, Parochia-
 rum difficultates, & incommoda propo-
 nent, illque coniunctis auxiliis pro vni-
 us opitulari, & succurrere conabuntur.

suprà
 Decreta
 Bonho-
 m[en]i red.

4. CASVS Apostolicæ sedis, Episco-
 pi que reservatos, Metropolitanì manda-
 to, excuso deinceps libello, promulgan-
 dos, Vicarij reliquis Sacerdotibus legent,
 tum aliquot huius nostri Concilij sanctio-
 nes, aliquot etiam ex his, quæ in Dioe-
 cesanis Synodis decernentur, & vero non
 nihil de casibus conscientiæ ex probatis
 authoribus excerptum palam omnibus ex-
 plicabunt.

Conc.
 Mediet.
 l. vbi
 sup: 4

5. IN id verò potissimum Vicarij in-
 cumbent, vt Sacerdotum mores, vitam,
 actiones diligenter rimentur, & introspi-
 ciant, in eorum officium, & defectus in-
 quirant, videantque an mandata Episco-

Idem
 Conc.
 Mediet.
 l. vbi
 sup: 4

pi aut quæuis alia Episcopi nomine sibi denunciata, pro Ecclesiarum necessitate, extructioneque præstiterint antea omnia, quæ huius nostri Concilij autoritate de habendis libris, de religiosa Sanctissimæ Eucharistiæ asservatione, renovatione; de calicum, mapparum, corporalium; aliorumque Missæ ornamentorum puritate & munditia, de tuta Baptisterij, sacrorumque oleorum asservatione, de baptizatorum, Chrismatorum, conjugatorum, mortuorumque separatis libris, aliisque rebus ad diuinum cultum pertinentibus sancta, iussaque sunt, quæ fieri debuit vigilantia, obseruauerint.

Idem
Conc.
Mediol.
l.

6. IN hæc omnia, & quæcumque alia vel priuatim mandarit Episcopus, vel Episcoporum curam desiderare ipsi noverint, quam poterunt sedulitatem Vicarij intendent, & de iis Episcopum per literas commonefacient.

Idem
Conc.
Mediol.
l. vbi
supra.

7. VBI primùm in urbem venerint, Episcopum illicò conuenient, pensique rationem, proposito eorum, quibus commissi sunt, statu, accuratè reddent.


Idem
Conc.
Mediol.
l. ibid.

8. RECTORES omnes, quicumque tandem illi sint, & quacumque prædii dignitate, Vicarus morem gerent; sin mu-

nus, negligentiae contumaciaeue, quae tandem illa fuerit, ab Episcopo pro modo culpae punientur. Tales autem erunt Vicarij, vt Episcopi nutu exauthorari, imò etiam malè gestae prouinciæ poenas luere eiusdem arbitrio possint.

DE MONIALIBVS.

CAPVT VII.

I.  VÆ Monasteria consecratarum virginum, iuri imperioque suo subiecta esse cognouerit, in iis conseruandis, in formandis & in officio continendis, præcipuam Episcopus curam conferat, poenas a Tridentino Concilio indictas, aliasque pro arbitrio, si necesse sit. indicendas, ad eam rem adhibiturus.

Conc.
Trident.
sess. xxv.
de regl

2. N V L L I Sanctimonialium, quouis etiam probabili prætextu, ne per tantulum quidem temporis, Monasterio post voti sponfionem egredi liceat, nisi summa necessitate coacta sit, eaque ab Episcopo probanda, quæque foel. mem. Pij, V. decretis, & sanctionibus non sit contraria.

C. peri-
culoso
de statu
regul.
n. 6.
Conc.
Trident.
sess. xxv.
câp. v.
Pius V.
in bullâ

quæ incipit circa pastorales edita an 1586.

3. S I quas rescierit clausuræ finibus

Monachas non impetrata licentia exiſſe, in eas Pontificis ſanctionibus, aliſque iuris auxiliis pro rei neceſſitate Episcopis animaduertet.

Conc.
Trident.
ſeſſ. xxv.
cap. v
de re-
gular.
Conc.
Mediol.
x. ſub
Pio IV
tit. de
clauſura
&c.

4. NEMINI verò cuiuſcunq; tan- dem conditionis, generis, gradus, digni- tatis, ſexus etiam, vel ætatis ſit, abſque Episcopis, aut ordinis Generalis, Prouin- cialiſve, aut demum Viſitatoris ad idmi- neris ſpecialiter deputati licentia, ſcripto etiam conferenda, Monasteria ingredi ſit conſeſſum.

Conc.
Trident.
ſeſſ. ſu-
pra cita-
ta.
Grego-
rius xiii.
in Bulla
quæ in-
cipit vbi
Gratiæ
an. 1575
& in Bulla quæ incipit
de rebus quæ Emergunt an. 1582.

5. QVIBVS porro per Episcopis, aut alterius Superioris licentiam ad Monaste- ria eſt aditus, ij liberioris ingreſſus volun- tatem conſeſſæ ventæ nomine non præte- xant. Neque enim pro arbitrio, ſed in ca- ſibus duntaxat neceſſariis in Monasteria admitti poſſunt: Qui ſecus faxint, ſecl. mem. Gregorij XIII. ſanctionibus, ultra alias pœnas, ipſo facto excommunicati, a ſola Apoſtolica ſede, ex eiſdem Pontifi- cis Bulla abſolui poſſunt.

Conc.
Mediol.
x. ſub
Pio IV
tit. de
clauſura
Conc.

6. MONIALES cum nemine externo colloquantur, niſi per cancellos ferreos & rotam ſine turnum, præſente etiam Præ- ſecta, aut duabus ſororibus. Literas vero

neque ad quenquam scribere præterquam ad Episcopum, aut Superiorem, ex causa necessaria, neque ad se missas, nisi prius a Præfecta lectas, aut legi iussas, legere, aut aperire poterunt.

Conc. Trident. sess. 24. c. 24. Idem. Conc. Mediol.

Et c. 17. de vita & moribus.

7. OMNEMODÀ librorum lectio Monialibus nequaquam concedatur, sed eos tantum libros & legere, & habere poterunt, quos vel Episcopus, vel Ordinis Superior scripto approbavit.

Conc. Mediol. v. sub Gregor. XIII. quæ ad moniales pertinet.

8. QUÆ Monachum Præfecta, aut regularis Superior, virginem aliquam non explorata prius, Episcopi examine, illius voluntate, aut votum profiteri, aut monialem habitum inducere passa fuerit, ea poenas Episcopo graues, iustasque persolvat.

Conc. Trident. sess. 22. c. 17. de regular.

9. NE intra septa Monasterij, sed in ipsa Monasterij Ecclesia palam, & publice Nouitiæ examinentur, quo libere, confidenterque suum animum testari queant.

Declaratio Cardinalis in p. 2d. cap. 17. Conc. Mediol. v. vbi supra.

10. QUÆ omnia à foel. mem. Gregorio XIII. & ea præcipuè, quæ de certo, statutoque Monachorum numero, de elemosynis præstandis, de ostiolo, quo ad exteriorem Ecclesiam è Monasterio patet

Conc. Trident. sess. 25. cap. 1. Gregor. XIII. in c. 17. quæ

Incip.
Deo fa-
cris edi-
ta an.
1573.
Conc.
Mediol.
3. tit.
quæ ad
monia-
les &
aliôs re-
gulares
pertinet.

aditus obstruendo , de clausura ab eisdem non violanda & à conuersis etiam seruanda , sancita & statuta sunt , ea tum in omnibus sibi subiectis , tum etiam regularium fidei commissis Monasteriis , quàm diligentissimè exequenda , conseruandaque Episcopus curet.






CONCILII
 PROVINCIALIS
 TOLOSANI,
 PARS SECUNDA QUÆ
 est de Rebus, hoc est.

DE SACRAMENTIS ET
Sacramentalibus,

CAPVT PRIMVM.

I.  **V**M diuina illa nunquam pe-
 rituræ salutis pignora Sacra-
 mentis venerandis, illorum-
 que pio vsu contineantur,
 summa etiam sanctitate, & ueneratione
 Christianis ueniunt, & tractanda, & sus-
 cipienda. Nusquam igitur vel Episcopi,
 vel Parochi, ad eorum administrationem
 accedent, quin prius, ex Tridentini Con-
 cilij Catechismo profuturum illorū vsu,

Conc.
 Trident.
 sess.
 xxiv.
 cap. vii.
 de refot.

admirandamque vim suscipientibus, audientibusque explicarint.

C. non
factis 8.
c. cum
in Ec-
clesiæ 9.
& per
torum
ext. de
simonia
constitu-
tiones
synodales
Ioannis Dorleāns num. 1. sup. vbi diximus.

2. ECCLESIAE Sacramenta, non solum sine simoniae labe, sed & sine auaritia suspicione præbeantur; nec ulli aut Presbytero, aut ministro quicquam in eorum administrationem exigere, verbis etiam signisque, directè, aut indirectè petere liceat.

Conc.
Mediol.
1. sub
Pio IV.
part. 2.
cap. 1.

3. ET rituum, & ceremoniarum varietas non mediocriter Christianos offendere consuevit; id ne accedat, diligentissimè est præcauendum; vniformis itaque, minimèque distincta Sacramentorum administratio, quam fieri poterit religiosissimè ab omnibus obseruetur. Quod vt faciliùs assequantur in rituum libro descriptas ceremonias, vnusquisque perdisceret, & exequi pro viribus conabitur.

C. ad au-
diētiam

4. NE IIS, qui oppidorum septo conclusis Parochiis subiacent, quibus aut noctis, aut temporis iniuria, necessaria defint Sacramenta, è re Episcoporum erit, commodiori illis Parochia prouidere, aut etiam si ita iisdem Episcopis visum fuerit, vel renuentibus Parochis nouas ad illorum usum ex Alexandri III. & Concilij


Tridentini

Tridentini decreto extruendas curare, quibus ex matricis Ecclesiæ fructibus congrua portio, aut ex coacta populi contributione sufficiens redditus adscribi, assignarique poterit.

ext de
Ecclesiis
ædific.
Counc.
Trident.
sess. 21.
cap. 4.
de refut

D E B A P T I S M O.

CAPVT II.

1.  Vo altius, firmiusque Christianorum mentibus hæreat tanti mysterij concepta religio, quam nitidissimè fieri poterit, illius procurabitur puritas, nec vnquam, nisi, annotino Chrismate in eius administratione utendam erit.

2. Nec verò cuiquam, nisi per summam necessitatem, & eam quidem, damno admodum præiudicio deuitandam, extra Ecclesiam liceat baptizare.

3. Qui autem domi infans, urgente mortis periculo, fuerit baptisatus, hæc iterum baptisatus non est sub conditione conferendus, sed certæ ceremoniæ, us etiam necessariæ, qui ab hæreticis baptisati ad Ecclesiam reuertentur, tantum erit adhibendæ, dum tamen in baptismo for-

C si cure
de alio
124 de
con e-
erat dist.
4.

Canc
de Bapt
in Clem.
Rituale
10m eū
de patri-
mis.

C de
curbis
2 ex de
Baptif
m &
ei s ef-
fectu Ca-
thelicif-
m v Ro-
manus
vb de
hoc sa-
cram

Conc.
Mediol.
1. sub
Pro IV.
tit. que
ad Bap-
tismum
pertin-
ent.

Conc.
Remen'se
sub Gre-
gorio XIII
1583.

c. dictum
est à Deo
96 §.
quod ve-
rè cum
2. seq
c. siue
hæretici-
cus § 1.

et rebaptizare 108. de consecrat. dist. 4.

Arg. c.
paruulos
110. de
consecr.
dist. 9.
Conc.
Mediol.
3. sub Greg.
XIII. tit. de Bap-
tismo.

Conc.
Mediol.
5. sub
Grego-
rio XIII.
Decreta
Benedi-

nam, materiamque debitam adhibuerint.

4. **V**bi primum natus infans fuerit, sacro Baptismate statim abluatur. Quod si iustum aliquod impedimentum accellerit, at saltem longius, quam in octauum diem Baptismus ei non prorogetur. Parentum verò hac in re oscitantiam, si qua fuerit, Parochi ad Episcopum deferre tenebuntur.

5. **Q**uos iam antea baptisauerint hæretici, eos rebaptisari prohibemus, nisi forte receptam ab Ecclesia baptismi formam, materiamque eos minime obseruasse constiterit.

6. **C**um proiectis, expositisque puerulis, licet affixa reperiatur schedula, que eos baptizatos esse testetur, in id tamen, an verum fictumve sit, Parochi diligenter inquirent: si certi nihil compererint, inscripto cartulæ nomine, eos sub conditione baptizabunt.

7. **E**t quoniam Christiani, & Sathanam, & mundi fastus, pompasque ipso Baptismate eiurant, absurdum sane videretur magnifico adedò luxu inanibusque sumpti-

bus diem quo Baptismus confertur transigi. Solemnem itaque illam musicorum concentuum concomitationem, risus, iocose effusiores, & illas per Ecclesiam deambulationes tollimus; oscula demum in Ecclesia omnino dari prohibemus.

mij cap.
de Bap-
tismo
Rituale
rom. cum
de ob-
servandi
in sacr.
administ.

8. BAPTISTERIVM clausum perpetuò sit, mundum, purumque continuo fulgeat nitore, tum reliqua omnia in manuali descripta, ad eius nitidum cultum accomodentur.

Constit.
Odonis
Episcopi
Parisi
1175.
cap. 3.
Ritual.
Rom. c. 4

de sacris Oleis. vide suprà à constit. synodales de Rosergio n. 4. & Ioannis Dorleans n. 7. & quæ ibi annotauimus

9. QVOD Tridentina Synodus sanctissime præcepit, vnus tantum, vel vir, vel mulier, ad summum verò vir vnus, & mulier vna coniunctim è sacro fonte infantem tollat; Quique Susceptores fuerint, contractæ cognationis spiritualis à Parocho sedulò sunt commonendi.

Conc.
Trident.
sess. 24.
cap. 2.
de refor-
matim.
c. 11
plures
tot. de
consecr.
dist. 4.
a Vide

10. NE c iis, qui annos non excesserint tredecim, a vel qui Christianæ doctrinæ, b aut saltem precationis Dominicæ, & Symboli fundamenta nō norint, nec hæreticis, c omnino Susceptores esse liceat.

supra
Constit.
synod.
Ioannis
Dorleans
n. 4. &
ibi notat
b C. vob.
ante om-

a 105. de consecrat. dist. 4. c. Can. in baptizate 102. de consecra. dist. 4. Ritual. Rom.

11. A Baptismi solenni administratione procul arceantur hæretici, nec ei quauis

C. ne.
Mediol.
v. sub
Gregor.

XII. tit.
qua ad
Baptis-
ma pertinent.

occasione, vel minimùm interesse permittantur.

C. con-
stat. 9.
c. in ne-
cessitate
21. de
consecr.
dist. 7.

12. PRÆSENTIB Clerico certè nunquam, extrema solùm aliàs necessitate, aut Obstetrices, aut alij quicumque laici baptizabunt. Ne verò fortè in tam grãvire imprudentes peccetur, an illæ formam ritumque Baptismi teneant, sollicita Parochi sæpius animadversione perquirent.

Ca. & a-
ct. de
baptismo
c. in sy-
nodo. 29.
de con-
secrat.
dist. 7.
Cone.
Florenti-
num in

13. HANC vnã esse concedendi Baptismi formulam doceatur sæpissime populus. Ego te Baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. His verbis ne tantillum quidem aut detrahi, aut addi impunè posse etiam moneatur.

instruct. Armenor. cap. 5 Trident. sess 7. can 4.

Cone.
Trident.
sess 24.
cap. 2
de refor-
matione
Rituale
Rom.

14. BAPTIZANDI infantis, Parentis vtriusque, & Susceptorum nomina, annum, mensem, diemque etiam Baptismi, Parochi duobus religiose seruandis libris excipient, horumque alterum Episcopis quotannis custodiendum ferent.

DE CONFIRMATIONE.

CAPVT III.

ET omnibus alijs auxilijs, sed hoc potissimum ad id instituto Confirmationis Sacramento neglectæ impugnatæque fidei, tum semper tum his temporibus maxime videtur esse succurrendum. Vbi cumque igitur oportunum fuerit, & congrua aliqua occasio sese obtulerit, & Diocesim præcipue obeundo, populo illud Episcopi administrabunt.

æm pertinent.

Conc.
Mediol.
4. & 5
sub
Gregor.
XIII tit.
quæ ad
confir-
matio-

2. **E**T verò tanti Sacramenti dotes, vim, dignitatem, imò etiam non aspernendam necessitatem, quam frequentissime, sed eo potissimum tempore, quo illius administrationem Episcopus indixent, per conciones populo Parochi commendabunt.

sub Gregor. XIII. cum de hoc Sacram. Mediol. 1 tit. quæ ad Conciones res pertinent.

Conc.
Augusta-
num &
Mogun-
tinum
sub Pau-
lo III.
Mediol.
4. sub
Pio IV.
& Me-
diol. 5.

3. **Q**uos in sua Parochia, diligenti adhibita sollicitudine, hoc Sacramento carere cognouerit Parochus, eos quam primum sese obtulerit occasio, ad illud

Conc.
Mediol.
4. & 5.
sub Gre-
gor. XIII
tit. quæ
ad con-

firmat.
Sacram.
pertinet.
C. Vt te-
junt de
consecr.
dist. v.

debitè suscipiendum, adultos etiam,
peccata confitèri, & Symbolum profite-
& ieiunos accedere hortetur.

Conc.
Colonie.
se sub
Paulo
III. c. 9.
Conc.
Mediol.
4. sub
Pio IV.
Mediol.
5. sub
Gregor.
XIII. tit.
quæ ad
confirm.
pertin-
ent.

4. N I summa quædam impellat ne-
cessitas, septennio minores pueri nequa-
quam veniunt ad Confirmationem admi-
tendi; hi verò priùs admonendi, vt Chri-
stianæ fidei præcepta addiscant. Quod ac-
tem ad Susceptores attinet, hi vt & con-
firmati iam esse, ita & Christianæ religio-
nis fundamenta, aut saltem orationem
Dominicam, & fidei Symbolum, & verum
Decalogum memoriter tenere debent.

C. in Baptismate 102. de consecr. dist. 4. Conc. Mediol. 1. sub G. et
XIII. Pontificale Rom. cum de hoc Sacram.

Concil.
Mediol.
v. sub
Gregor.
XIII. tit.
quæ ad
confirm.
Sacram.
pertinet.


5. QV I C V N Q V E ridiculum aliquod
aut ipsa obscœnitatis specie aut qua
alia ratione, minùs aprum Christiano no-
men in Baptismo sortitus est, is aliud de-
centius, conuenientiusque ab ipso Epi-
scopo in Confirmatione accipiat.

Conc.
Mediol.
1. sub
Pio IV.
Mediol.
7. sub
Grego-
XIII. cù
de con-
firmatio-
ne.

6. QV O D de susceptorum, infantium
que nomine describendo, quod item de
anno, mense, & die notando, in Bapti-
smo iam antea sancitum est, id omne
Confirmatione diligenter à Parochis
præstandum.

DE POENITENTIA ET
Confessione.

CAPVT IV.

1.  **D**ENDA est Episcopi auctoritate in qualibet Diœcesi faciendæ confessionis formula, casusque, quos reseruos vocant, subscribendi, vt qui in eos incidant, Pœnitentiarium adeant.

Conc. Bieun-
cense
sub Gre-
gor. XIII
cap. 21.
can. 11.
Narbon-
nense sub
Paulo V.
cum de
hoc Sacr.

2. **H**IS obseruandis omnibus, quæ libro hac de re edito præscribentur, omnes, & singuli Confessores teneantur.

3. **N**VLLI sæcularium, regulariumve, absque ea, quam sacrosancta Tridentina Synodus iniunxit, approbatione, confessiones audire liceat.

Conc.
Trident.
sess. xxii
cap. xv.
de refor-
Mediol.
1. sub

Dio IV. Mediol. 4. sub Gregorio XIII tit. quæ pertinent ad Sacram. pœnitentiæ. Bulla Pij V. quæ incip. Romani Edit. ann. 1571.

4. **N**EC verò quispiam aliquid, vel directè, vel indirectè in confessionis, sed nec in aliorum Sacramentorum administrationis mercedem exigat.

Cum in
Ecclesiæ
9. c. ne-
mo pres-
bytero-
rum 140
c. ad au-

res 24. & per totum ext. de simonia.

5. **C**ONFESSARIORVM hoc munus erit, confessionis testificationem chartula

Conc.
Mediol.
4. sub
Greg. 1.

XIII tit
quæ per
ad Sacr.
pœnten
tiz. Nar-
bonense
sub Paulo V. cap. xvi.

aut nota aliqua, in Paschate confitentibus dare; hanc illi ad Parochum deferent, qui eorum nomina, & cognomina libro descripta diligenter custodiet.

6. IN Parœciis singulis, Cathedralibus etiam & Collegiatis Ecclesiis, ad Confessorum ordinariorum numerum, tot extructæ sedes erunt accommodandæ: re-nuentibus Parochis, & intra semestre non parentibus, pœna nutu Episcopi infligenda.

7. CELSO, apertoque loco, quo Pœnitens, Confessorque omnibus sint conspicui, confessionum sedes erigentur, extra quas nullus sacerdotum confessiones quasuis, sed præcipuè foeminarum, audire poterit.

& Galvus Legatus apud Bochelium lib. 2. decretor. Eccl. Gallic. tit. 7 cap. 154. ad. Eccl. Mediol. par. 2 lib 1

8. QVA sedis parte sedebit Confessarius, casus summo Pontifici & Episcopo reseruari, absolutionisque formula appensæ tabulæ descripta legentur: Pœnitentium pars altera, depictam Crucifixi habebit imaginem.

Conc. Mediol. 4 sub Gregor. XII tit. quæ per-tinent ad sac. pœ-nitent. Decrera Bonhamij cum de Confessionalibus.

9. IN ipso Sacristiæ limine Confessa-

riorum ordinariorum nomina palam omnibus descripta proponentur.

10. SÆCULARIVM, sed præcipuè sceminarum, nisi id suadente morbo, aut gravissimo imminente periculo, confessiones extra Ecclesiam non excipientur. Qui verò eas sacerdos audit, is nec stare, nec genua hectere, sed aperto capite, quasi pro tribunali, sedere debet.

Gregorio XIII. c. d. tit. Conc. Narbonense sub Paulo V. c. 16.

11. ET quoniam ea esse solet agrotorum incuria, ut dum in dies saniora protrahunt confessionis consilia, oscitantes, & quod dolendum magis est, imparati, morte sæpius deprehenduntur, vel ita saltem morbi exagitantur violentia, ut mentis sibi consciæ iudicium, qua decet diligentia facere non possunt; ni quadriduo post inceptam curationem, iustam peccatorum confessionem agroti fecerint, eos medici ex Innocentij III. & Pij V. constitutionibus, denuò non inuisant.

1 2 3 & 4. cum de hoc Sacram.

12. CASVS priuata sibi cautione reueruatos Episcoporum si igyli in sua diocesi examinabunt, Confessoresque certis temporum interuallis, sed prima semper Quadragesimæ hebdomada ad se conuoca-

1 & 4. ubi supra.

Conc. Mediol. 1. sub Pio IV. tit. quæ pert. ad Sacram. penitentiæ admitt. Mediol. 7. sub

Conc. Lateranense 4. c. 22 & referretur c. cum infirmus ext. de penit. & remiss. Pius V. in bulla incip. In praesentem edita an 1566. C. no. Mediol.


Conc. Mediol. 4 & 5. sub Gregorio XIII. tit. quæ pertinet ad Sacra

pami-
sentuz.

bunt, quæque populo iniungenda, quæ emendanda nouerint, ea ipsis indicabunt

DE EUCHARISTIA ET
Missarum celebratione.

CAPVT V.

I.  N solo altari, nec villo alio loco, tabernaculo ligneo, non pensili, sed stabili fundamento obfirmato, clauso, decenti, quantumque fieri poterit scitè, venusteque condecorato, accensa perpetuò lampade custodito, & ad eam, quæ vniuersæ prouinciæ seruanda præscribitur, formam fabricato, Eucharistia diligentissimè seruetur, eaque si non semper, at saltem vt plurimum, ex pixide ministretur.

Conc. Turonense 2. sub Ioanne III. an. 567. can. 3. c. sanc. 2. de celebrat. missar. c. 1. extr. de eustod. Eucharist. Conc. Trident. sess. 13. cap. 6. de Sacram. vide supra Constit. Synod. Conc. Mediol. 1. sub Pio IV. tit. quæ pert. ad b. Euchar. Sacram.

2. **S**i ad ægros deferenda est, quanta fieri poterit veneratione, & si ita facultas ferat, cum umbella, frequenti concomitante, & ob id sæpius monendo populo, deferatur; quod honorificentius fiet, si, quod iubemus, in singulis Paroeciis,

D. c. fanè extr. de celebrat. Missar. Conc. Mediol. 1. sub Pio IV. vbi proxime

CHRISTI corporis sodalium, seu con-
fraternitas instituatur.

Mediol.
3. sub
Gregor.

XIII, eod. tit.

3. COMMUNICANTIVM in Pascha-
te Parochi nomina describent; quos com-
munioni defuisse perceperint, notatos ad
Episcopum deferent, quasque defectus ra-
tiones extra confessionem cognouerint,
eidem significabunt.

Conc
Mediol
2. ubi
suprà
Rituale
Roman.
cum de
commu-
nionē
pascha-
tis.

4. MONEBUNTUR sæpius infirmi,
ne eam rerum suarum necessitatem expe-
ctent, ut pomeridianis horis Eucharistiam
sumere cogantur. Petentibus iis non te-
merè Parochi annuent, sed an noctem in-
terponere, sumptionemque in matuti-
num protrahere possint, diligenter ani-
maduertent.

5. QUI Paschatis tempore abfuerint,
sumptæ communionis testimonium Paro-
cho amplissimum dabunt; ni fecerint, ite-
rata sacramenti sumptione, peccati sus-
picionem auferent.

Conc
Mediol
1. tit. 6.
Pis. 15.
2. 3. sub
Croc. or.
XIII. ubi
tit. 12.

6. QUÆ tanto animarum dispendio,
in locis quibusdam increbuit, serò ni-
miùm communicandi consuetudo, san-
ctiùs erit immutanda, adolescentesque ij,
quos de sumendo mysterio, satis decer-
nere posse, Parochi vel Confessarij iudi-

ASA Ec-
cles. Me-
diol
part. 2. 2.
synod.
XI. in
instruct.
de Sacra-
Comm.
Conc.


Mediol. carint, ad communionem sunt recipiendi,
 x vbi imò etiam impellendi.
 supra

Canones Melodunenses tit. de Euchar. vide Constit. synod supra.

Conc. 7. NE vulgi animos communionis sub
 Mediol.1 vtraque specie vitanda subeat opinio, non
 sub Pio vtraque specie vitanda subeat opinio, non
 IV. De- calice, sed ad id tantum destinato scy-
 creta pho, purificatio populo ministretur, mo-
 Bonho- neaturque sæpius, vinum merum, non
 mij de sanctiss. Euchar. CHRISTI sanguinem præberi.
 Sacra- mento.

Conc. 8. FREQUENTISSIMAM populo
 Mediol. communionem, debitamque in ea lumen-
 3. & 4. da reuerentiam Parochi, concionatores,
 sub Gre- & Confessarij crebris hortationibus sua-
 gorio de his, debunt.
 XIII. tit. quæ ad
 Sacram. Eucharistia pertinent.

C. nullus 9. PRO communionem aliquid acci-
 Episco- piens iuxta sacros Canones seuerè punia-
 pus 100. tur. Si tamen post præstitum liberè sacra-
 c. d. & u. mentum, aliquid pro eleemosyna à Chri-
 est 205. sti fidelibus spontè oblatum fuerit, tunc
 1. 9. 1. accipere liceat.
 & aliis
 locis
 sup. cita-
 tes cap. 1.
 num. 2.



DE MISSARVM CELEBRATIONE.

CAPVT VI.

1. **Q**VI aperto d.terioris vitij crimine aspersus populo in suspensionem venerit, huic Missam celebrare prius non concedatur, quam iusta aliqua satisfactione infamiae notam eluerit.

Missæ Conc. Mediol. 1. sub Pio IV. tit. quæ pertinent ad celebrationem Missæ.

Conc. Trident. sess. xxii. in decr. de obseruandis & vitandis in celebratione

2. **P**EREGRINORVM nullus, absque sui Episcopi dimissoriis literis, bimestri, si in prouincia sit; semestri, si in Gallia; anno, si extra Galliam, non verustioribus, quibus, loci, si quis sit, cui inseruendo adscribi, dimittique se postularit, mentio habeatur, ad diuina facienda, vel sacramenta ministranda, à Parochis, regularibus, imò nec ab Episcopis, admit-
tatur.

inane ad Missæ sacrificium.

Conc. Trident. sess. xxii. cap. 26. de reformatione. Conc. Mediol. 1. loco præsumè citato Mediol. 3. sub Gregor. XIII. tit. de his, quæ per-

3. **M**ISSÆ in Ecclesiis tantum publicè, non priuatim in ædium oratoris, ab Episcopo non temerè vnicuique conce-

C. sicut xi. c. Missarū c. hic ergo cō

seq. c.
vni-
cuique
c. Cleri-
cos de con-
nandis &

dendis, nisi pernecessarium sit, accedat-
que Episcopi venia celebrentur.

Conc.
Mediol.
1. sub
Pio IV.
tit. qua
pertinet
ad cele-
bratio-
nem
Missæ.

Conc. Trident. sess. XXI. in decreto de obser-
vandis in celebrat. Missæ. Const. Synodal. supra.

4. **QVI** celebranti Presbytero infer-
uiet, Clericus quoad fieri poterit, selige-
tur; Is superpelliceo, vesteque talari in-
structus, antequam Sacristia celebraturus
egrediatur Presbyter, rebus ad Missam
necessariis, qua poterit venustate, &
munditie, altare instruat & exornet.

C. vt
Inci
ext. de
vlt &
honest.
cleric.
c. Sacer-
dotum
de con-
secrat.
dist. 2. synod. Laodicæna can. 44 vide constit. synodales supra.

5. **VIDEAT** præterea ne Laicorum,
qui interfunt, quos omnes, præcipuè ta-
men foeminas, ab altaris septis, & gra-
dibus arceri iubemus, indecoris actioni-
bus, tanti sacrificij dignitas, veneratioque
dedecoretur.

Conc.
Mediol.
1. sub
Pio IV.
tit. qua
pert. ad
celebra-
tionem
Missæ.

6. **MISSÆ** primæ conuiuia, si quæ
sint, non sumptuosis dapibus, profusio-
ribusque epulis splendescant, sed parcis
tantùm sumptibus, modicoque apparatu
celebrentur.

Conc.
Mediol.
4. sub
Gregor.
XIII. tit.
quæ pert.
ad sanct.
Missæ ca-
teris vide Conc. Trident. sess. XXV. decret. de purgat. r.

7. **QVI** Missas obligatione celebrare
debent Presbyteri, eos officio fideliter per-
fungi Parochi diligenter curent, eorum-
que catalogum penes se retineant, quem
subinde Episcopo videndam offerent.

8. INDECORUM videtur prophana
sacris immiscere : Nihil igitur , quod sæ-
culare sit in Pronais dum Missarum sacra
peraguntur , publicetur , indicaturque.

Conc.
Mediol.
4. sub
Gregoro
XIII.

part. 2.
tit. de
verbi de
predica-
ion.

9. PASTORES , famulosque divinis
ceremoniis , ad Christianam fidem infor-
mari æquum , & consentaneum fuerit.
Quibus igitur Parochis , Sacerdotum erit
copia , ij in suis Ecclesiis , & illis , & pe-
regrinis aliis Missam summo mane cele-
brari curent.

10. QUI Missæ fideles intererunt , si
non solennis illa sit , toto illius tempore
aperto semper capite , flexisque genibus
precabuntur : Nec nisi absoluto post be-
nedictionem Evangelio discedent. Laicis
ad oblationem , aut crux , aut quippiam
aliud simile potius quàm patena osculan-
da tradetur.


Conc.
Mediol.
1. sub
Pio IV.
ubi sa-
pra.

Conc.
Mediol.
4. sub
Gregoro
XIII.
tit. de
his que

pertinent ad Missæ sacrificium vide supra Constit. Joannis
Sum. 87.

Doricane

DE SACRAMENTO ORDINIS.
CAPVT VII.

1.  **VI**CVNQVE ante stata tempora, ante ætatem, aut absque Episcopi sui dimissionis literis, in subreptitiam ordinum quorumuis promotionem occulte se insinuarint, ipso se iure suspensos esse, & si sic suscepto ordine ministrarint, Pij II. constitutionibus irregularitatem se subisse nouerint, ob quam, & pœnis aliis iure sancitis & beneficiorum priuatione mulctentur. Id ne facilè accidat, iunctam huic constitutioni Sixti V. de malè ad ordines promotis bullam, & in Diocesana Synodo quotannis promulgari, & pridie illius diei, quo ordines conferentur, ordinandis Clericis palam legi, edicique præcipimus.

C. cum quidam & c. vel non est compos. 14. c. quod translatione xi ext. de tempor. ordin. Conc. Mediol. 2. sub Gregor. XIII. tit. de us. quæ ad ordinis Sacram. pertinet. Pius II. in extranag. quæ incip. cû ad sacerorum ordinum Concilij.

data, an 1461. Sixtus V in bulla quæ refertur in calce huic

2. **Q**VI vel primæ tonsuræ, vel alis etiam maioribus ordinibus initiandi veniunt, eorum nomina, cognomina, patentes, patriam, eam in qua vel orti fuerint, aut proximè habitauerint, Parochia-

Conc. Mediol. 4. sub Gregor. XIII tit. de us. quæ pertinet ad Sacram. Ordinis.

len

lem Ecclesiam, patrimonium, pensionem, beneficia, censumque, cuius nomine sacris adscribendi sunt, diligentissimè notari, eaque omnia literis exarata inter Missarum solennia in Cathedrali, Parochiali propria, & in ea in qua proximè habitat Ecclesia, die festo, à Parocho, aut alio, suo iussu publicè proponi, promulgarique sedulò Episcopi procurabunt.

3. ORDINANDI vero morum, vitæque probitatis fidem, aut iustis testibus, aut plenissimis eorum testimoniis adductis afferant; Quib' tamen Episcopi nō stabūt, si aliorū spectatæ integritatis hominū dicto, quæ sitā testificationē probare possint.

4. PRÆSENTIBVS Clericis dimissorias literas, nunquam sine examine Episcopus concedat, absentes certi alicuius alterius Episcopi censuræ subiiciat. Quibus literis examinis mentio nulla fiet, illæ pro subreptitiis habeantur.

reg. r. XIII cum de hoc Sacram.

5. DIMITTENDORVM vitam, mores, genus, doctrinam, siquidem eius adhibito examine probationem ante fecerit, proximè susceptum ordinem, & dispensationem, si quæ sit, ætatem etiam, utulum pensionis, beneficij, patrimonij.

Idem
C. n.
Mediol.
2. vbi
supra.

C. n.
Trident.
sess. xiv.
cap. 3 &
sess. xxi
cap. 3.
C. n.
Mediol.
2 & 4.
tub

Conc.
Trident.
sess. 23.
cap. 2.
de re
form.
Conc.
Mediol.
1. sub
Gregor.

XIII tit. de his, quæ ad Sacram. Ordinis pertinent
 nique censum, si maiorum id ordinum promotio requirat, commendatitius literis Episcopus adscribat.
 vide suprâ Constit. 36. & 37. Ioannis Dorleans

Conc. Mediol. 4. sub Gregor. XIII tit. de his, quæ ad Sacram. Ordinis pertinet.
 6. INSTANTI solùm sacro ordinationis, non alio tempore, nisi per necessarium fuerit, Episcopus ad eos tantùm ordines, quos vno, eodemque tempore suscipi voluerit, & per sacros Canones licere rescuerit, dimissorias literas à solo Secretario, illi cuius causa confectæ sunt, gratis reddendas, concedet.
 Conc. Trident. sess. XXI. cap. 1. de reform. Mediol. 1. sub Pio IV. tit. quæ ad Sacramenti Ordinis administrationem pertinet.

Conc. Mediol. 2. sub Pio V. tit. 1. Decret. XXI. Mediol. 4. sub Gregor. XIII. tit. de his quæ pertinent ad Sacram. Ordinis.
 7. DOMINICO, qui solennem ordinum collationem antecedit die, habita conciuncula, Parochi ieiunium ea potissimum de causa ab Ecclesia indictum esse populum doceant, vt rite ordinatio ministretur, frequentem eum & publicis supplicationibus in id maximè institutis, & sacræ ordinum celebrationi, pro ordinandis oraturum adesse hortentur.

Conc. Mediol. 3. sub Gregor. XIII. tit. de his, quæ ad Sacram.
 8. PRIDIE verò ab Episcopo, si fieri possit, sin minùs ab alio selecto, idoneoque viro, grauis de ordinis dignitate, præstantia, præparatione, obligatione, impedimentis, aliisque id genus, ad ordi-

andos oratio palam publicè que habetur. Examen demùm ea ratione, & methodo fiet, quæ libro ea de re, nostro iussu, excudendo præscribetur.

9. QUI CUMQUE deinceps ad ordinem quemvis promouebuntur, ij vt Concilio Tridentino sancitum est, præscribendas ab Episcopo functiones fideliter obituri, certæ Ecclesiæ adscribantur, muneræque omnia illa minoribus ordinibus initiati præstent, quæ præstare Laici iam consueuerunt. Iis, si pauperes sint, adscripta antea Laicis ministris stipendia Episcopus conferat.

10. Næc verò cuiquam alius antè ordo conferatur, quàm is indicta munera gessisse solenni testificatione probauerit, nisi aliud Episcopo magis expedire videatur. Quod si, vt per sacros Canones licet, vno eodemque tempore minores plures ordines alicui Episcopus contulerit, proprias tamen vnicuique ordini, functiones eidem sine fraude exercendas præscribat.

11. In literis omnibus, quæ ordinatis in testimonium conferentur, Ecclesiæ, lociue pij, cui illi dicati, adscriptique sunt, a quo absque Episcopi scripta licentia, in alium demigrare non poterunt, ex Tri-

dentinæ Synodi decretis , mentio fiat.
 Conc. Trident. sess. 23. cap. 11. de refor.

12. IN ea ipsa Ecclesia , sub cuius titulo promotus Sacerdos fuerit , permaneat ; qui verò in gratiam promotionis reddendum titulum fuerit mutuatus , & qui que precariò eundem titulum ei utendum dederit , excommunicatione ambo puniantur. Illud verò beneficium resignare non possit , nisi facta mentione , quod ad eius titulum sit promotus , & nisi constet , quod aliunde habeat , unde commode vivere possit. *b*

Ex Conc. Trident. loco proximo citato & alijs iuris locis. Vide cap. penult. & cap. per tuas nobis 37 ext. de simon. Navarrus in summa cap. 27. Mediol.

num 158. *b* Conc. Trident. sess. 21. cap. 2. de reform. Cetero 6. tit. quæ ad ordinis Sacram. pertinent


13. CLERICORVM omnium , ordinatorumque nomina , libro descripta ab Archidiacono asserventur , diligenterque provideatur , ne Laïcorum ullus ordinum ministeriis immisceatur.

Conc. Mediol. 1. sub Pio IV. tit. quæ ad sacr. ordinis administrationem pertinent.



DE MATRIMONIO.

CAPVT VIII.

I.  MATRIMONIA, aliter quam præfente Parocho, ac testibus, non celebrentur. Contrahētes autem Parochi hortentur, vt in Ecclesia, & non alibi contrahant.

Conc.
Trident.
sess. 24.
cap. 1. 4
de refor.
Matrim.

2. MATRIMONIALES denunciatio- nes Ordinarius non remittat, nisi ei ita expedire visum fuerit, quod illius prudentiæ & iudicio, Tridentina Synodus reliquit.

Conc.
Trident.
vbi supra

3. QVOS cognationis gradus impedit, licet iam legibus solutos, & dispensatos, nisi visa prius summi Pontificis dispensatione, in Matrimonij coniunctionem Parochi non recipiant.

4. QVINAM intra prohibitos gradus contraxerint, Parochi diligenter inquireant, cognitosque ad Episcopum deferant, qui re accuratè inspecta, eos, qui impedimentum scierint, excommunicatos denunciabit, vt quantum se ferarēt, saluis alijs pœnis contra eos à iure statutis.

Clen. 6.
vntc. de
c. n. ang.
& affinit
Clen.
Trident.
sess. 24.
cap. 6.
de refor.
Matrim.

Conc.
Eiberti-
tanum

5. CATHOLICIS ac hæreticis inuicem matrimonium contrahere non liceat, cap. 16. Laodicænum c. 10. & aliis citatis in notis ad Conſtit. Synodale vide infra part. 4. cap. 12.

Conc.
Mediol.
2. ſub
Pio V.
tit. 1.


6. NUP TIALIS benedictio intra Ecclēſiæ ſepta, & ab aurora ad meridiem, concedetur.
Decr. 28. Mediol. 3. ſub Gregor. XIII. tit. de iis, quæ ad Matrim. Sacram. pertinent Rituale Roman.

Conc.
Trident.
ſeſſ. 24.
cap. 10
de refor.
matrim.
Mediol.
2 ſub
Pio IV.
tit. quæ
ad Sa-
cramen-
tum Matrim. pert. Mediol. 2 4. & 5. vbi ſuprà.

7. SI quid in ipſam matrimonij celebritatem, aut petulans hominum laſciuiæ, aut temporis iniuria, inhoneſtum, minusque conueniens inuexerit, id omne Epifcopi, qua poterunt cautione, & diligentia prohibendum, remouendumque curabunt.

DE EXTREMA VNCTIONE.

CAPVT IX.

I.  VM callidus ſerpens, & hoſtis humani generis, calcaneo infidari, hominemque in extremo ſpiritu oppugnare maximè ſoleat;

agrotos Parochi, quanta maxima fieri poterit charitate, viſitabunt, conſolabuntur,

Vide ſuprà part. 1. cap. 3.

instruent, vltro sese etiam non vocati iis offerent, dabuntque sedulò operam ne in d tempus sacra, extremamque Vnctio- nem differant, quo nouissima conflictati valetudine, auctiorique morbo, tam profuturi Sacramenti commoda, quod frequenter nimium accidit satis agnoscere non possint.

nu. 1. & statuta Synoda- lia To- losan. cap 20. Rituale Roman. cum de infirmo- rum vi- sitatione

C. ne.

Mediol. 1. sub Pio IV. tit. quæ pertinent ad extremæ vnctio- nis admitti- tionem Rituale Rom. vbi supra.

2. **QVOTIES** ad infirmum extrema de- feretur Vnctio, Parocho quotquot pote- runt, Clerici adstabunt, signum campa- næ dabitur, quo preces populi, ad hoc officium sæpius a Parochis monendi, in morituri gratiam excitentur.

C. ne. Mediol. 4 sub Gregor. XII tit. quæ per- tinent ad extremâ Vnctio- nem.

3. **ÆGROS** mori proximos Paro- chi horrabuntur, vt aliquos benedictio- nem suo nomine petituros, ad Episcopum mittant.

Conc. Mediol. 4 vbi supra



DE CVRA PRO MORTUIS
 Agenda, deque sepulchris, exequiis,
 & Funeribus.

CAPVT X.

2. Mach. I.
12.



ANCTA, & salubris cogitatio est pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. Id Parochi sedulò præstabit. Secunda quaque feria, si fieri poterit, Missam in eorum gratiam celebrabunt, populumque & ad preces fundendas, & ad diuina pro animarum liberatione procuranda sæpissime hortabuntur.

Conec.
 Trident.
 c. 25.
 Decret.
 de pui-
 gator.
 Conec.
 Mediol.
 2. sub
 Pio V.
 tit 3.
 decret.
 17.

2. Si quæ verò in defunctorum preces, & suffragia superstitiones irrepsert, eas Episcopi tollant, & si opus fuerit, omnino reiciant; obitus rite persolui, ritèque ministrari curent. Notarios ad piorum testamentorum tabulas proferendas omnibus iuris remediis cogant, quæque fideles supremis mandatis pienter Ecclesiæ, aut locis aliis legarint, sublata quacunque intercessione numerari, adscribi, dispensarique, procurent.

Conec.
 Mediol.

3. N O C T V, dumque publica sacrorum

solemnia peraguntur, mortui nusquam effe-
 rantur: Pomeridianum verò funus, si
 quod sit, Missarum solita celebratione per-
 fici districtè prohibemus.

1. sub
 Pio IV.
 tit. de
 funeri-
 bus &
 exequis.
 Consti.

See d. Bernardi de Roterigio num 29 & Ioannis Doileans cap 17.

4. QUI aut casu, aut incio Parocho,
 aut demum vi adhibita excommunicati sa-
 cro loco sepulti fuerint, eorum, si à pio-
 rum corporibus dignosci possint, ossa,
 cineresve reuellantur, & abuciantur.

C. Sacris
 12. ex.
 de sepul.

5. MORTUOS intra Ecclesiam, mul-
 tò minùs prope altare sepeliri non ita fa-
 cile permittatur, nisi eos, quos Eccle-
 siastica dignitas, aut generis prærogatiua,
 aut omnibus perspecta virtus illustriores
 reddiderit, ita tamen, vt supra soli plani-
 tiem sepulchri moles non attollatur.
 Quod si hoc etiam mortui celebritas ex-
 torserit; at sepulchra altari altiora nus-
 quam deinceps excitentur.

C præ-
 cipien-
 dum c.
 nullus.
 1 p. q. 2.
 statuta
 synoda-
 lia Bern-
 nardi de
 Roter-
 gio su-
 præ con-
 stit. 28.
 Rituale
 Roman.
 tit. de
 exequis

Conc. Med. l. (sub Pio IV. tit. de sepult. bulla Pij V. an. 1566.
 apud Placcoc. in praxi Episc. p. part. 2. cap. 2. num. 24.

6. SEPULCHRIS lemmata, seu inscrip-
 tiones nullæ nisi adhibito Episcopi, aut
 Archidiaconi, aut Rectoris Ecclesiæ iudi-
 cio, apponantur.

Conc.
 Narbon-
 nense
 sub Pau-
 lo V.
 cap. 24.

7. EPISCOPORUM, aut omnium, aut
 eorum saltem, qui pietatis, innocentia-

Conc.
 Mediol.
 4. sub

Gregor. XIII. que meritis laudandum sui desiderium, piis
 part. 1. omnibus reliquerunt, memoria, insculptis
 tit. de factis eorum in Ecclesia nominibus, quam
 & par. fieri poterit, diutissime consecuetur.
 3. tit. de Episcopis & tit. de factis.

8. FVNVS ab hæredibus, vel à liberis, cognatisque mortuo ducatur: qui si in ea rei familiaris tenuitate decesserit, quæ exequiis satis esse non possit, ei vel amicorum liberalitate, vel denique Ecclesiæ sumptibus, iusta funerum persoluantur.

9. PECVNARIAS super funere, exequiisque defunctorum pactiones fieri non permittant; & si quæ factæ fuerint, irritas declarent Episcopi; & si opus fuerit mandatoque minùs parentes presbyteros nacti fuerint, eos qua decet seueritate puniant.

Conc. Mediol. 1. vbi supra cui iung.
 Conc. Mediol. 2. sub Pio V. Decret. 17.
 Conc. Narbonense sub Paulo V. cap. 24.

10. DOMI per diem iategrum mortuorum cadauera asseruentur, nec nisi post horas viginti quatuor funus instruatur, in cuius apparatu lamenta illa, eiulationes, & vt ita dicam, adumbratæ illæ Præficatorum antiquarum næniæ ab Ecclesia iussu Episcopi arceantur. 4.

ac Rituale Roman. tit. de exequiis a C. qui Diuina XIII. q. 2.

Idem Conc. II. MORTVO Episcopo, Vicarius, aut

Archidiaconus totum Diœceseos Clerum, sed & Prouinciales Episcopos admonebit, qui omnes sacra in eius gratiam, iusto cultu, & solenni decore celebrari curabunt, in hoc potissimum incumbentes, vt si fieri possit, vno, eodemque die ab vniuerso Diœceseos Clero, sacra funebria demortuo perfoluantur.

Mediol.
1. tit. de
funere
Episcopi
& Conc.
Mediol.
4. sub
Gregor.
XII. tit.
de fune-
ribus &
exequis


12. NVLLVS in scio, vel non approbante Episcopo, mortuum in funere habita oratione laudabit; concio tamen aliqua haberi poterit, qua humanæ tantum miseræ status, mortis, iudicijque necessitas, qualitasque describetur.

Idem
Cone
Mediol.
1 sub
Pio IV.
tit. de
funeri-
bus &
exequis
Narbo-

nenie sub Paulo V. cap. 24.

DE RELIQUIIS, ET
Sanctorum Imaginibus.

CAPVT XI.

1.  ON parux in proponendis reliquis summo Christianorum, & dolore & scandalo, in dies fraudes agnoscuntur. Singulas itaque Diœceseos suæ reliquias, viris spectatæ integritatis, & doctrinæ, prudentiaque cons-

Cone
Mediol.
4 sub
Gregor.
XIII. tit.
de sacris
reliquis
miracu-
lis &
imagini-
bus

picuis, visitandas notandasque quamprimum Episcopi committant, earumque nomina, numerumque amplissimis testimoniis obsignatum, libro in Episcopali Archiuo diligenter asseruando, describunt curent, nullasque deinceps, quas ipsi præmissa sollicita inquisitione non approbarint, populo venerandas proponant.

Conc.
Trident.
sess. xxv.
de inuoc.
atione
ll &c.

2. IN Ecclesiis, loco honesto, binisque saltem clauibus occluso reliquiæ custodiantur. Harum clauium alteram habebit Parochus, Ædituis, seu Operariis altera concedetur.

Conc.
Mediol.
4, vbi
suprà.

3. APPENSÆ, vel affixæ singulis Ecclesiis tabellæ reliquiarum omnium nomina publicè descripta proponuntur. Hæ verò nudæ passim populo non ostendantur, nusquam à Laicis tangantur, nec ab iisdem in supplicationibus publicis deferantur.

Conc.
Mediol.
4, vbi
suprà.

4. RELIQUIIS assidere mulieres Episcopi non permittant.

Conc.
Mediol.
4, vbi
suprà.

5. HVMI, aut fordidis in locis, nec sanctissimæ Crucis signum, nec venerandæ sanctorum imagines depingantur.

Conc.
Mediol.
1, sub

6. APOCRYPHE, ethnicæue templorum parietibus historiæ nullæ appin-

gantur, nec vlla rapera obſcœnitatis ſpeciem præ ſe ferentia apponantur: abſurdum enim eſt, impietatis, peccatique materiam ab iis rebus accipi, quæ ad pietatem, poenitentiamque excitandam ſanctiſſimè a patribus fuerunt inſtituta.

Pro IV.
tit. quæ
ſeruanda
in factis
imagini-
bus Ef-
ſigen-
dis Med
2 ſub
Pro V.

ut. 2. decret. 18 vide Conc. Trident. ſeſſ. 25, de imogat. ne ff. &c.

7. INDECORE non veſtiantur, ornamenturue imagines. Quæ vero aut mutilæ, aut fractæ, aut vetuſtate conſumptæ aliqua parte fuerint, ex ſi fieri poſſit, reſticiantur; ſin minùs ſacratio recondantur.

Conc.
Mediol.
4 vbi
ſi pia.

DE INDVLTENTIIS.

CAPVT XII.

1. **V**ſi fieri ſolere comperimus, vt ex quibus ſumma proficiſcitur vtilitas, ex iis, ſi à prauis hominibus detorqueantur ad alium finem, quàm fuerint inſtituta, non minima oriantur incommoda; ſuus eſt etiam hominum malitia ſalutaribus indulgentiis abusus. Quæſcunque igitur Diœceſeos ſuæ indulgentias, Epifcopi diligenter inſpiciant; inſpectas, libro in Archiuiis aſſeruando

Conc.
Mediol.
4. ſub
Gregor.
XIII. ut.

tit. de
Indul-
gentiis.

describant : Ecclesiæ verò singulæ , aut libro , aut tabula in Sacristia reponenda , quas ipsæ proprias habuerint , fideliter exarandas curent.

Conc.
Trident.
sess. 25.
Decret.
de in-
dulgen-
tiis.

2. PROVIDEBUNT Episcopi , ne indulgentiæ ad quæstum conuertantur , sed ad quietis , fideique propagationem dirigantur.

DE CIBIS VETITIS ET
eorum dispensatione.

CAPVT XIII.

Conc.
Mediol.
v. tit. quæ
ad dies
festos &
sacra
tempora
pertinet.

I.



A SEVM, butyrum, oua, carnes , nemo nisi prius concessa scriptaque , ab Episcopo venia , in Quadragesima vender.

Carnium porrò genus vnum tantùm , aut alterum Medici iudicio præscribendum , ad certum pondus , & quantitatem venale proponetur.

Conc.
Mediol.
2. sub
Pio V.
tit. 1.
Decreto
2 x.

2. QUI carnem prohibitis diebus ex licentia comedent , soli , ne vlli scandalo sint , locoque separato comedent.

DE FERIIS, EARVM QVE
cultu
CAPVT XIV.

1. **F**ESTA omnia tabella descri-
bantur, quæ in vniuscuiusque
Ecclesiæ Sacristia, diligenter
seruetur.
festos pertinent.

Conc.
Mediol.
v. sub
Gregor.
XIII. tit.
quæ ad
dies

2. **N**IBIL, nisi quod vel ad diei vi-
ctum, vel agrotorum curationem, neces-
sarium fuerit, idque nec in Ecclesiæ consp-
pectu, nec sacrorum tempore, festis die-
bus vendere, nec verò officinas aperire, aut
mercatus, auctiones, nundinasue publi-
cas, celebrare liceat. Quæ verò in festi
solemnitatem nundinæ, mercatusue inci-
dent, in antecedentem, vel proximè se-
quentem diem veiciantur.

Conc.
Mediol.
1. sub
Pio IV.
tit. de
festorū
dierum
cultu
Mediol.
3. sub
Gregor.
XIII.
cod. tit.
c. 1. extr.
de feriis
Bulla
Pij V.


an. 1566. Conc. Mediol. 1 & 3. vbi supra Ordin. Aucclian. art. 23. Bles-
ensis art. 38.



DE VOTIS, ET RELIGIOSIS
Peregrinationibus.

CAPVT XV.

C. non
oportet
xxxvi.
de con-
fect. dist.
v. Conc.
Mediol.
4. sub
Gregor.
XIII. tit.
de Reli-
giosis
peregrina-
tionibus.

I.  VI aut voti sponſione facta, aut ſola pietate ducti p. regnations ſuſcepturi ſunt Clerici, ij ab Epifcopo veniam, commendatias literas, ſacramque benedictionem poſtulabunt, reuerſique pie, ac Chriſtiane peractæ viæ, eidem teſtimonio approbando fidem facient.

Conc.
Mediol.
4. loco
proximi
titulo.

2. Hæc omnia à Parochis peregrinationem ingreſſuri Laici requirent, uſque factæ in itinere confeſſionis, ſumptæque Euchariſtiæ, fidei plenum teſtimonium reduces afferent, iterumque benedictionem accipient.

Conc.
Mediol.
4. ſub
Gregor.
XIII.
cap. de
Religio-
ſis pere-
grina-
tionibus.

3. Qui peregrinationis ergo viæ ſeſe committunt, quo tutius iter emetiri, optatumque finem conſequi poſſint, diligenter confeſteantur, Euchariſtiam piè deuoreque ſuſcipiant, eaque omnia perficiant, quæ libro, hac de re edito, continentur. Ad id præſtandum autem, crebris, ſanctiſque Parochorum adhortationibus amicè, Chriſtianeque incitentur.

CONCILII



CONCILII
PROVINCIALIS
TOLOSANI,
PARS TERTIA QUÆ
est de locis.

DE ECCLESIIS, CAPELLIS,
Altaribus, ceterisque eiusmodi.

CAPVT PRIMVM.

I. **N**ON consecratione solùm, sed ipso etiam nitore & munditie loci alicuius pij maiestas, religioque conseruatur. Et profecto alienum nimis videtur, priuatam vnuscuusque domum qua sita tantis artibus puritate renidere, eam vero qua Deum intuemur, adoramusque ædem, contractis ob nostram incuriam sordibus, turpiter ad se deformari. Eccle-

Conc
Lateran.
4 s bIn
nocentio
1 c 19.
& refer-
tur c 2
ex de
c. Hod.
E ucl ar



fiat itaque, Capellas, altaria, oratoria, quæque ad illorum ornatum apponi sanctissima maiorum præcepit religio, tabulas, sanctorumque imagines, iusto nitore relucere, imò & pavementum etiam nitidum conservari seuerè Episcopi præcipiant.

2. ECCLESIAE, oratoriorum, vel etiam cœmeterij externi parietes, nec effuso lotio; nec aliundè allatis sordibus deturpentur. Pœnã fecus facientibus iusto Episcopi arbitrio infligatur.

Conc. Mediol. 4. sub Gregor. XIII. tit. de ornamento ac nitore sacrorum locorum.

3. QUÆ sacris rerum diuinarum vſibus, vestes, vasa, aliaque id genus erunt comparata, ea sollicita nitore custodia asseruentur, nec vniquam prophanis vſibus inferuenda mutuò concedantur, ne promiscua sæcularium attrectatione polluantur.

C. 2. extr. de eufrod. Eucharist. c. vestimenta 42. de consecr. dist. 2. C. in cau. q. 41. c. III. c. seq. de consecrat. dist. 1. Conc. Mediol. 2. sub Piq IV. cap. de Ecclesijs & earum cultu Mediol. 2. sub Piq V. tit. 2. decisa. 19.

4. NULLVS; aut in Ecclesia aut etiam in cœmeterijs sæcularium ludex pro tribunali lites audiat, potissimùm verò eas, in quibus de capite, vitaque controuersia dirimuntur: imò, nec in ipsa Ecclesia cœtus vlli agitentur, nulla vocentur Con-

C. Decret. de Immunit. Ecclesiar. in 6. c. 1. & 5. extr. cod. Conc. Coloniense 1. sub Pau-

illa, præter ea, quibus res Ecclesiasticæ pertractantur.

lo 3 par
te 3 cap.
24 quo

ad eam iudicet Ecclesiasticum iudicium uti & hæreticis & Tolosano in
1a parte 4. cap. 2. num. 25.

5. **SOLA** in ipsis Ecclesiis Christianæ doctrinæ elementa pueris ediscenda proponantur, Scholas alias in iis habere non liceat; Quod si aliter loci suaserit penuria, Episcopi exorata prius venia, loco à summo altari remotissimo, humaniores literæ poterunt edoceri.

C. no
Medic. l.
1 ubi
Grego-
rio XIII
tit. de
propha-
no usu
a sacris
locis
tollendo

6. **NULLI**, dum matutinæ vespertinæque sacra peraguntur, in Ecclesiæ spatiis deambulare liceat.

Conc
Trident.
sess xxii
in Decr.
de ob-

seruandi & vitandæ in celebrat. Missæ Bullæ pij V. editæ an. 1568
ita synodalia.

7. **NIHIL**, vel aduentitium, vel piis fidelium elemosynis oblatum venale intra Ecclesiam proponatur; auctiones verò, munditiæ commerciaque ab Ecclesiis, cimiterijs & cœmeterijs septis, atque luminibus pœna proposita remotæantur.

D. can.
Decret
de im-
munit.
Eccles.
in 6.
Conc.
Basileë.
se sess.
27. Med.

sub Pio IV. cap. de Ecclesiis.

8. **DOMYNVLE**, & officinæ ad templorum, aut cœniterij parietes, deinceps non extruantur, extructæ paulatim diruantur.

C. nulla
12. q. 1
Conc.
Mediol
4. sub
Gregor
XIII tit

de prophano usu à sacris locis tollendo.

Conc.
Basilicē.
se sess.
21. Co-
loniense
1. sub
Paulo 3.
parte 3.
cap. 26.
Conc
Mediol.
4. sub
Gregor.
XIII. cap de Cœmeteriis.

9. **LVDIS**, spectaculis, lustrionum circulationibus, atque etiam frumenti trituræ, & ventilationi, Ecclesiam, cœmeteriumque deinceps patere prohibemus, Quinimò, & loci religioni crucem erigi, arcendis brutis aggerem extrui, cancellosque aut ferreos, aut ligneos in cœmeterij ingressu subiici præcipimus.

C. nemo
de con-
secrat.
dist. 1.

10. **ALTARE**, siue sacro, siue profano loco iniussu Episcopi nemo extruat; hic verò locum adeat, crucem figat, atrium designet, diligenterque provideat, vt qui ex adificationi, fundationique census adscribitur, luminarium sumptibus, custodumque alimentis sufficiat.

C. nullus
15. &
can. 25.
de con-
secrat.
dist. 1.

11. **QVI** intra Ecclesiam loco non consecrato Sacerdos, celebrarit, quique non impetrata Episcopi venia, altare temerè Laicus extruendum curauerit, sacris Canonum sanctionibus puniendi, subiciantur.

C. alia-
11a 32.
c. Eccle-
siæ 18 de
consecr.
dist. 1.
c. cum
fis ext.
de con-

12. **QVÆ** consecratæ Capellæ altariae non fuerint, ea ab Episcopis, consecrentur, eorumque iura & priuilegia, licet authoritates interciderint, aut etiam nullæ vnquam fuerint, receptis probato-

rum virorum testimoniis, conseruentur & secrat. Eccles. vel alta-
constituantur.

ris Conc. Mediol. 4 sub Gregor. XIII. tit. de Eccles. & altarum consecrationibus.

13. NEVE aliquis in posterum de alta- Conc. Mediol. 4. loco proxime citato.
tum dedicatione, litibus, aut dubitatio-
ni locus esse possit; Capellari n, alta-
riumque dedicationes, institutiones, au-
thoritates, tituli, iura, obventiones, one-
ra, eorumque qui ca fundarunt, dicarunt,
aut etiam aliquo liberalitatis officio adau-
xerunt nomina, iurium denique, redi-
tuumque, si quæ sint permutationes, ad
temporis memoriam, libro describantur
& asseruentur.

Idem Conc. tit de capellis & altaribus.

14. QVI Capellæ aut conseruandæ, Idem Conc. Mediol. 4 vbi proxime
aut inferuendæ Canonicus, aut alius quis-
piam priuatim fuerit adscriptus, huic
sumptuum, cultusque simul sollicitudo in-
cumbat. Quod si ad alium sumptus perti-
neat, sola ei cura incumbat; peccatum
tamen, si quod sit, suum esse, sibi que præ-
standum nouerit, nisi id aliorum culpa ac-
cidisse probandis rationibus ostenderit.

15. FENESTRA in altari nulla sit, foramē- Idem Conc. Mediol. 4 vbi supra.
ue nullum, vt quod Christi sacrosancto
corpori sustinendo fuerit dedicatum, huic
nihil aliud omnino inferatur.

Idem
Cone.
tit. de
capellis
& a'ta-
ribus.

16. CLATRIS & cancellis altaria cingantur, in quos Laicis nullis aditus permittatur, peraëtiſque ſacris claudantur.

Rubr
Missals.
Romani
part 1.
tit 20 &
part. 3
tit 10.
apud
Gauan-
in Con-
ſtit. Sy-
nodal.
Ioannis
Domleäs

17. TRIBVS mappis altare vnumquodque inſtruatur: ad inum vna demittatur, medium altera, frontem altaris tertia occupet; cerata tela ſubſideat: palla diei feſti, feriæue ritum colore referens, ſi commodè id fieri poterit, circumſiciatur: **C**ruX in medio ſtet, candelabris duobus vtrinque decorata.

xv. & ibi annotata Conc. Mediol 4. ſub Gregor XIII. tit. de ornam
decoris, ac altore ſacrorum locorum.

C Ec-
cleſiaz
18. c
ſlacuit
26. de
conſecr.
diſt 1.
C. ne
Mediol.

18. ALTARIA, ſi quæ ſint ſuperflua, penitus diruantur; Quæ ſub dio nec ſepulta, nec tecta fuerint, ea Epilcopi, aut ſepienda, aut tegenda, aut deicienda curent.

1. ſub Pio IV. cap. de Eccleſiis & earum cultu.

S. Caro-
lus Bor-
rom in
inſtrua-
fabr lib
1 tit 28
decreta
Bonho-
ſij de
ſacriſtia

19. VNA ſaltem in qualibet Eccleſia, plures verò ſi vel loci amplitudo, vel ſacellorum, altariumque numerus id poſtulet, Sacriſtiæ, vaſis, ornamentilque Eccleſiæ cuſtodiendis, recondendis que extruantur.

20. CVI vel ſacello, vel altari propria, peculiarilque vaſorum, ornamentorum-

que supellex fuerit comparata, ei etiam distincta armaria custodiendis separatim ornamentis in Sacristia affigantur. Armariis aut capsulae, Martyris, Apostolice illius, in cuius memoriam altare dicatum est, nomen inscribatur.

21. MISSAE omnes, & amitterfaria, aut ab uniuerso Clero, aut a singulis Sacerdotibus in dies, vel hebdomadas persoluenda, tabella in Sacristia custodienda, describantur.

et Card. à Tolosa 1595 infid.

Conc.
Mediol.
& sub
Gregori
XIII tit.
de sacri-
stia Or-
din.
Francif.

22. LAICIS facilis ad Sacristiam non detur aditus. In ea verò oratoria antè, & post Missam oraturis Sacerdotibus ex-
truantur.

16. & 30. dist. 25. Conc. Mediol. 4. vbi proximè.

Conc
Ländi-
cense c.
21. Aga-
thense c.
66. c hō
oportet

23. QUI Sacristiae praesit, is aetate grauis, Ecclesiasticaeque disciplinae petitus sit. Hoc autem provideat maximè, ne quae ad Ecclesiae ornatum aulae, aliaque id genus comparata sunt, vel ipse ad priuatos usus occultè transferat, aut aliis quauis ratione in prophanum ministerium vendenda concedat, vestes vero vasaque sacra, armariis, thetisque ita disponat, ne Laicorum manibus passim attrahantur possint.

Conc.
Mediol.
& sub
Gregori
XIII tit.
de sacri-
stia vide
sup hoc
in stro
capite n.
3 & ubi
in mar-
gine an-
n tata.

24. **I**N nullos Ecclesiæ vsus campanæ prius admittantur, quàm illis benedictionem Episcopus fuerit elargitus. His postquam consecratæ fuerint, leues, inhonestæque cantiunculæ non pulsentur. *a.*

Conc. Mediol. a. sub Gregor. XIII. tit. de campanis Conc. Bituric. de 1584. sub eod. Gregor.

25. **T**RES, aut duas saltem harmonica proportione distinctas Parochialis vnæqueque Ecclesia, simplex verò, aut oratorium vnâ tantummodo campanam habeat.

Conc. Mediol. a. sub Gregor. XIII. tit. de campanis.

26. **S**ANCTA, in sanctis locis, tractanda sunt. Quæ igitur templa, altariaue, nondum consecrata sunt, ea saltem intra biennium consecrentur.

Idem Conc. Mediol. a. tit. de Eccles. & altar. Consecrationibus.

27. **E**CCELESIARVM, altariumque omnium consecrationes, & campanarum benedictiones libro describantur, & in Episcopali Archiuio asseruentur.

Idem Conc. Mediol. a. loco proxime citato.

28. **E**CCELESIARVM, cœmeteriorum, sacrorumque aliorum locorum prophanationes, & iniussu Episcopi non tentandæ, & receptis ab Ecclesia ceremoniis sunt perficiendæ: prophanationis memoriam, erecta loco prophanato crux relinquat.

Idem Conc. Mediol. a. tit. de ratione adhibenda in Ecclesiis altari-busque prophanandis.

Conc. Trident. sess. 23. cap. 7. de reformat.

29. **Q**UAS aëris iniuria, diuturnior annorum series, aut etiam hostium impetus Ecclesias aliqua parte labefactarit, eas Episcopi iis, quos æquum est, sumptibus reficiendas instaurandasque curent; Quibus vero instaurandis reditus proprii non sufficiunt, impendendis fabricæ sumptibus Parochiani, si per facultates licuerit, teneantur; sin minus ad viciniores Ecclesias transferantur cum facultate earum materiam & loca in usus prophanos, non sordidos, erecta ibi cruce, conuertendi.

30. **D**IRUTARVM Ecclesiarum, quæ commodè refci nequeunt, reliquiæ, si quæ sint, in Ecclesiam aut Parochialem, aut matricem, qua decet veneratione transferantur, translatae in Ecclesiæ sacello aliquo, eodem ritu & inuocatione collocentur; Imò & si opus fuerit, Capellæ nouæ, concessis dirutæ Ecclesiæ commodis, oneribusque impositis, excipiendis reliquiis extruantur.

Idem
Conc.
Trident.
sess. 21.
cap. 7 de
reform.

Conc.
Mediol.
ac
Trident.
vbi supra

DE ORATORIIS IN VIA SITIS.

CAPVT II.

De Ora- I
toris in
via sitis
vide quæ
facit.
Conc.
Mediol.
4 sub
Gregor.
XIII.




ORATORIA, peregrinorum subleuationi, religionique in viis quam fieri poterit, commodè extruantur, situsque illis honos, cultusque non secus, ac reliquis Ecclesiis conseruetur.

2. ALTARIA extra urbem, ni aliqua subsit mysterij solemnitas, quocumque sepulcorum mortuorum, aut alterius pietatis prætextu nemo erigat. Quæ verò factæ imagines in oratoriis effingentur, ex cancellis interiori sacrarij parte vestiatur, quò tanquam angustiori loco constitutæ maiorem transeuntibus religionem afferant.



D E S C H O L I S E T S O D A L
 itatibus doctrina Christiana.

C A P V T I I I.

1.  Vm omnis ignorantia perniciosior sit, tum ea potissimum, quæ de diuinis rebus est, perniciosissima semper existere consuevit. Huic

pellendæ Episcopi, qua poterunt diligentia, incumbent; Christianam iuuentutem, morum, doctrinæque præceptis informari, sed maximè fidei, Christianæque disciplinae rudimentis imbui curabunt.

Conc.
 Lateran.
 n. 6. sub
 Le. ne
 X. sess.
 22.

2. DOMINICIS, festisque diebus fidei præcipua capita Parochos ipsos, aut alios eorum nomine, pueros, rudioresque è populo, pomeridianis horis palam in templo edocere, & bene viuendi, orandi, confitendi, communicandique rationem, iisdem explicare, omni vigilantia compellant.

Conc.
 Trident.
 sess. 24.
 c. p. 4.
 de refo.
 Matrim.
 Conc.
 Mediol.
 1. sub
 Pio IV.
 tit. de
 fidei ini-
 tiis a Pa-

rocho tradendis.

3. QVOD Pij V. & Gregorij XIII. bullis sanctissimè cautum est, vt in singulis urbibus, oppidis, maioribusque pagis

Conc.
 Mediol.
 2. sub
 Pio V.
 c. 1.

Decret
a. Me-
diol. 3.
sub Gre-
gor.
XIII. tit.
de scho-
lis do-
ctrinae
Christianae:

Christianæ doctrinæ sodalitates, à Ro-
mana Archiconfraternitate pendentes,
iisdem legibus, & moribus instituantur,
id etiam quàm fieri poterit commodissimè
exequentur.

Conc.
Mediol.
3. loco
proximè
circa o.
Mediol.
4. tit. de

4. DOCTRINÆ Christianæ scholas
huiusmodi sodalitatibus, si quæ in eo lo-
co fuerint, sin minùs Parocho subiectas in
vtriusque sexus gratiam erigent.
Doctrina Christiana,

Conc.
Mediol.
3. vbi
suprà.

5. IN Xenodochiis denique, aliisque
piis locis, in quibus magna erit puero-
rum, puellarumque copia, ex libello, &
Catechismo, qui huius Concilij decreto
typis excuderetur, doctrinam Christianam
diligenter explicari præcipient.

DE VNIVERSITATIBVS
& Collegiis.

CAPVT IV.

Conc.
Mediol.
3. sub
Gregor.
XIII. tit.
quæ ad
fidem tu-
andam

I.



AGNI momenti res est,
plurimumque ad Ecclesiæ
Reipublicæque conserva-
tionem, dignitatemque per-
tinens, recta Christianæ iuuentutis insti-

putio. Eorum igitur, qui iuventuti, aliis-
 que edocendis constituti sunt, vita dili-
 genter est inquirenda, ne fortè ij sint, qui
 prauo morum, vitæque exemplo plus of-
 ficere, quàm doctrinæ raritate prodesse
 possint.

2. ACADEMIARVM Professores, sta-
 to die, quotannis ex Pij IV. bulla publi-
 cam fidei professionem facient.

Sanctæ Editæ an. 1564.

Pius IV.
 in Bulla
 quæ in-
 cipit in
 sacro

3. AD Doctoratus lauream, gradus-
 que alios, ij soli promoucantur, qui vi-
 tæ integritate celebres, post quinquen-
 gnauiter præscriptum studii tempus, dig-
 num doctrinæ, eruditionisque suæ speci-
 men seверо examine præbuerint. Examen
 publicum, publica sit promotio, publica
 etiam Promouendorum fidei professio:
 quæ omnia testimonialibus literis inseren-
 da. Qui secus fecerint, ad Graduatæ de-
 stinata beneficia non admittantur.

Bulla
 Pij IV.
 vbi præ-
 xime.
 Conc.
 Turo-
 nense
 sub Gre-
 gorio
 XII. lit.
 de Semi-
 nariis,
 scholis
 & vni-
 uersita-
 tibus

4. THESES Theologicæ non nisi ac-
 curatissimè examinatæ publicè agitandæ
 proponantur.

Vide
 Conc.
 Mediol.
 3 vbi
 supra.

5. QUÆ semper Ecclesiis plurimum
 profuit, intermissa Iuris Canonici scien-
 tia, institutis Professoribus in Academiis re-
 uocetur, reuocata diligentissimè retineatur.

6. **SCHOLAS** veteres Episcopi instaurari curent, atque in eos, qui earum bona iniuste possident, censuris Ecclesiasticis agant. Quibus verò locis, aut de publico, aut discipulorum sumptibus Magistri poterunt sustentari, in eis etiam pro arbitrio, novas iubeant excitari.

& vniuersitatibus.

7. **NULLÆ**, ne ministrandi quidem, inferuendique gratia foeminæ in Collegiis habitent, sed nec puellarum scholis viri, at solæ tantum ab Episcopo approbatæ foeminæ præsent.

Conc. Mechlinense sub Pio V. tit. de schola Dom. nicali cap. 3. Conc. Byzantense sub Gregor. XIII. tit. 29. cap. 6.

8. **NULLOS**, aut hæreticæ prauitatis reos, aut facinorosos, aut demum à scriptis, præmissis diligentem examine non approbatos homines, scholis Episcopi præesse patiantur; Quibus verò Magistri præficiendi ius est, hunc illi Episcopo, accurata vitæ, morumque inquisitione cognoscendum, admittendumque offerant.

9. **QUI** libri in indice Sedis Apostolicæ autoritate ex Tridentini Concilij decreto confecto prohibentur, isti legantur, nec teneri possint,

Conc. Mediol. 1. sub Pio IV. part. 1. tit. de Iudi. magistris Mediol. 1. vbi supra Bardigalense sub Gregorio XIII. ibidem.

10. **Id** verò in primis diligenter curabunt, vt Christianæ doctrinæ rudimentis, iuuentus sibi credita informetur; Pios itaque authores Episcopi arbitrio seligendos, petita ab eodem venia, festis diebus explicabunt, imò & quibus locis commodè fieri poterit, concionem haberi curabunt,

eadæ Aquæum pertinent.

Conc.
Lateranense
sub Leone X
sess. 9.
Conc
Mediol.
1. sub
Gregor.
XIII. tit.
quæ ad
fidei tu-

11. **BREVI** aliqua piaque oratione, flexis à discipulis genibus in schola recitanda lectiões auspicabuntur, & finient.

quæ ad prædicationem & doctrinam christianam pertinent.

Conc
Mediol.
1. sub
Gregor.
XIII. tit.

12. **SCHOLASTICOS** cum diuino Missæ sacrificio, & concionibus, si quæ sint, frequentes interesse, tum sæpius peccata confiteri, quanta poterunt vigilantia hortabuntur; tum verò ea omnia, quæ illis à Concilio præscribentur, quàm diligentissimè seruabunt.

Conc
Lateranense
vbi
supra
Trident.
sess. 23.
cap. 18.
de reform.
Turonense
sub
Gregor.
XIII. vbi
supra



DE SEMINARIIS CLERICORVM,
CAPVT V.

Conc.
Trident.
sess. 23.
cap. 28.
de refor.
Conc.
Mediol.
v. sub
Pio IV.
tit. de
Semina-
rio cle-
ricorum
Mediol.
5. sub
Gregor. XIII. edit. ord. ordinatio Blesensis art. 24.



I. T Synodi Tridentinæ san-
ctissimis constitutionibus
parentes, & Ecclesiæ eæ
disciplinæ reformationi di-
ligētissimè consulētes Epis-
copi, qua illis ab eadem Synodo ratione
præscriptum est, in suis Dioccesibus Cle-
ricorum Seminaria, quàm primùm cu-
rent erigenda.

Conc.
Rotho-
magense
sub Gre-
gorio
XIII.
cap. de
schola-
rum &
semina-
riorum
funda-
tione &
regimi-
ne. a. 4.

2. A T Q V E vt eorum fundatio, vel
excitari, vel adiuuari possit, in contioni-
bus, imò & per ditiorum domos, habenda
erunt adhortationes, crebroque fideles
admonendi, ne dum super familia; pecu-
niaque, suprema voluntate legant, tam
pij, tamque sibi profuturi operis incauti
obliuiscantur.

Conc.
Mediol.
5. sub
Gregor.
XIII.
cum de
Seminar.

3. Q V Æ vnus sunt Diocesis, & in
altera prædia habent beneficia, in illius
Diocesis, in qua sita est princeps illorum
Ecclesia, Seminariorum impensas, seu
contributionem soluere debent, nisi bona
vnus Diocesis vnita suam propriam Ec-
clesiam

clesiam haberent, quæ ædificata esset, ante eorum bonorum acquisitionem.

4. ALUMNORVM in Seminario vnoquoque, is erit numerus, qui ab Episcopo in quaque Diœcesi prælerbetur; Nec vero soli pauperes, sed & mediocres, qui medios, & ditiores qui integros in sui educationem sumptus impendent, Seminaris excipientur. Sic nec grauabitur, nec contemptui habebitur Ecclesia, cui hi non solum præesse, sed etiam egentioribus postea poterunt subuenire. Hæc igitur census distributio erit. Pauperibus pars media, media mediocribus alendis infumetur, atque ita duplò, triploue mediocrium numerus excellat; quorum duobus, aut tribus vna pauperum satis erit pensio, reliquum parentes suppeditabunt: ditiores tot assumentur, quot supra aliorum numerum extructa habitatio commodè capiet, quorum pecuniis communiã Seminariorum onera subleuabuntur.

5. RECIPIENDORVM alumnorum propinqui duo, vel tres sponsores se, vadesque pro illis offerent, quosque illi sumptus, toto studiorum decursu fecerint, si forte eos ab Ecclesiastici status proposito resilire contigerit, eosdem se integre red-

Conc
Trident.
vbi supra
Conc.
Rotho-
n agense
loci su-
pra esta-
to. Rhe-
mensis
sub Gre-
gorio
XIII.
cod. tit.

Conc
Rotho-
magens.
& Rhe-
mensis
vbi supra
S. Casp.
l. 2. n.
in fine.
con. m. 1.
6-0 x

dituros, ni ab iisdem fiat restitutio, publico fortunarum nexu, & obligatione cauebunt.

Conc.
Rotho-
magenſe
vbi ſuprà

6. **QVI** Seminariis Rectores, Magistrique præficiantur, vitæ integritate, pietate, prudentiaque sint conspicui. Rectores etiam, quoad eius fieri poterit, Sacerdotes eligentur.

Conc.
Meiſel.
ſ vbi
ſuprà.

7. **ROMANVS** Catechiſmus quàm ſapiffimè; ſacrorum rituum & ceremoniarum rationes, Eccleſiaſticae hiftoriae explicationes compendiariae, certis ſtatiffique diebus, Seminariorum alumnis perlegentur: Exhortationes verò domeſticae, de Dei, & Eccleſiae præceptis, ab iisdem quaſi ad populum, exercitationis cauſa habebuntur.

Conc.
Rotho-
magenſe
vbi ſuprà

8. **QVO** tempore cibum capient, excerpta, aut ex ſacris Bibliorum libris, aut veterum patrum homiliis, lectio menſa nunquam deerit.

Idem
Conc.
Rotho-
mag vbi
ſup.

9. **QVI** Seminarij Præfectus erit, is aut ſaltem alius, decimo quoque die, de virtutibus, vitis, iiffque rebus, quæ ad eorum inſtitutum ſpectare maximè videbuntur, piam aliquam apud alumnos concionem habebit.

Idem
Conc.

10. **QVOS** emenſis ſtudiorum ſtadis,

facris ordinibus alumnos initiarint , eos Rotho-
magenſe
ibidem Episcopi , vel Parochialis alicuius Eccle-
ſiæ administrationi , vel ſcholis regendis ,
intra Decanatum , vel Archipreſbytera-
tum ſi commodè fieri poſſit , præficiant ,
eoſdemque Patronis tam ſæcularibus ,
quam Eccleſiaſticis quam poterunt aman-
tiſſimè commendabunt.

II. SEMINARIUM Episcopi , ſi mi- Ci ne
Medi I.
a ſub
Pio V.
tit. 2. De-
cret. 25
Conc.
Rotho-
magenſe
vbi ſupra
Conc.
Remen-
ſe ſub
Gregor
XIII.
cap. 17. nùs ipſi poterunt , at ſaltem per alium ter-
tio quoque menſe viſitabunt.

12. NVLLI alumnorum liceat confe-
cto ſtudiorum tempore , in alienam Diœ-
ceſim , non obtenta ab Episcopo venia ,
transire. Eoſdem verò alumnos in Domi-
no hortamur , vt acceptorum beneficio-
rum memoriam debita gratitudine reco-
lant , cumulent , illuſtrent : illudque cui
omnia meritiffimè velle debent , Semina-
rium , qua poterunt , dum viuent , ratio-
ne adiuent , aut ſaltem pio aliquo legato
morientes ſubleuent.

DE HOSPITALIBVS, LEPRO-
sariis, aliisque piis locis.

CAPVT VI.

Cone
Trident.
sess. 22.
cap. 3.
de refor.

I.



Væ sub Regis protectione
immediatè non sunt Hospi-
talia, piaue alia loca, ea
omnia Episcopi etiam, vi
sedis Apostolicæ delegati, auctoritate sibi
à Tridentino Concilio tributa ita visitent,
vt pauperum commodis, sua etiam com-
moda putent esse postponenda.

Clemen.
quia cõ-
tingit
de relig.
domibus

2. In visitatione curent Episcopi, vt
quos integra vitæ anteaetæ ratio, morum
perspecta probitas, maturumque ætatis
iudicium, non omnibus commendarint,
quosue numeri, calculorumque subductio-
nis ignaros, aut alieno quouis, sed potif-
simùm locorum ipsorum ære oppressos
nouerint, illi ad Hospitalium administra-
tionem non adhibeantur.

De Ciem.
quia cõ-
tingit 9
vt autem
Conc.
Triden-
sess. 22.
cap. 9.
& sess. 7.
cap. 17

3. QVOD sacrosancta Tridentina præ-
cepit Synodus, Procuratores, qui hospi-
talia administrant, accepti, expensique
rationem quotannis Ordinario reddant,
nisi aliter in fundatione expressè cautum
sit. Quod si ex institutione, aut ordinatio-

ne aliqua loci, aliquibus ad id deputat s ratio reddenda fit, tunc cum iis adhibea- tur etiam Ordinarius.

4. **QVI** verò huic muneri præficiendi fuerint, hi sanctissimo prius profiteantur iuramento se Christi patrimonium, qua decet religione administraturos, fructus in vsus necessarios fideliter collocaturos, ablata maleque alienata recuperaturos; labantia ædificia restauraturos, bona reditusque locorum, quibus præsent, absque fideiussore idoneo non locaturos, usque quibus ex instituto præstò esse debent, bona fide esse subuenturos.

5. **QVOQUE** segnioris curæ suspicio- nem fugiant, faciliusque miserabilibus per- sonis destinata bona conseruent, vni ei- demque, nisi fortè interiectis spatiis, ad- ministrationem, imperiumque **Episcopi** nunquam prorogari sinant.

pia loca pertinent.

6. **QUE** peregrinorum auxiliis dicata sunt Hospitalia, in iis verè peregrini qui- que, aut summa oppressi egestate, aut nimio confecti senio, aut virium imbecil- litate, victum sibi queritare non possunt, soli recipiantur. Aleatores, nebulones, habitum in sui dissimulationem mentien-

Clemen-
qu a cõ-
tinuit d.
§. vñ au-
tem de
Re.ig.
dom bus
Conc.
Mediol.
r sub
PIO IV.
par 3.
tit. d.
pionum
locorum
admin -
stratione

C. inc.
Tr. cent.
sess. 25.
cap. 9.
de refor.
Mediol.
4 sub
Gregor.
XIII. tit.
q. 2 ad

C. inc.
Mediol
1. vbi
suprà
Colo-
men e
sib Pau-
lo III.
p. 11 c. 3
Canones
Melodu-
nenses

tit. de
hospita-
libus
Conc.
Burr-
cen e
sub Gre-
gorio XII.

tes, blasphemi, petulantes, intemperantes, peruicaces, quique pacatæ vitæ infensi, faciliè genium mutare non possunt, procul hospitiò arceantur.

tit. 43. can. 4. Burdigalense sub eod. Gregor. cap. 8.

Conc.
Mediol.
1. sub
Pio IV.
p. 3. tit.
de pio-
rum lo-
corum administratione.

7. **QVI** iuuenes, nubilesque puellas, non probata coniugij fide, secum ducunt, iis post noctem vnam, his locis commorari non liceat.

Conc.
Mediol.
1. vbi
suprà.

8. **VIRI**, foeminæque separatim habitent, nec alij alios ad se inuicem, licet matrimonio coniunctos admittant.

9. **ÆGROTORVM**, infirmorumque curæ, exequendisque officiis tot ministri sufficientantur, quot eorum salutem, auxiliisque opus esse Hospitalium Præfecti nouerint. Hi verò ex medicorum consilio, quæ necessaria sunt, qua maxima poterunt charitate, illis subministrent, & vel minima quæque temporum momenta, attentius ad eorum salutem obseruent.

Conc.
Colo-
mense
vbi su-
prà c. 2.

10. **PECCATA** ægrotos confiteri, sanctissimamque Eucharistiam sumere, qui iis gubernandis commissi fuerint, qua fieri poterit vigilantia, curent.

11. **CAVSARIOS**, quique à morbo conualescunt, nisi optimè perfanati sus-

rint, hospitiiis Præfecti non dimittant, ne vel recrudescente morbo, grauius recidant, atque ita sumptus augeantur, vel etiam in itinere, vitæ dispendio deficient.

12. **Q**UÏ Missæ sacra festis saltem diebus in Valetudinario celebrent, sacramenta languentibus debitè administrent, deficientes crebris adhortationibus confortentur, saluberrimoque viatico ad extremum vitæ spiritum muniant, defunctorum nomina, genus, patriamque libro exceptam annotent, Sacerdotes necessarii Procuratorum aliorumque Rectorum diligentia Hospitalibus, piisque aliis locis apponantur.

13. **N**E quos vel labore, vel ære proprio parentes alere non poterunt, infanti-
tuli crudelius exponantur, proposita excommunicatione, aliisque ex arbitrio pœnis, Episcopi quoad eius fieri poterit, impediant; Rectores illius loci diligentissimè inquirent. Quosque tanti criminis reos, per confessionem nouerint, eos, ni prius satisfecerint, Confessarij non absoluant.

De in-
fancibus
exp. sicut
vide
C n
Are. at
sc. a. 8
Valete
1 c. 9.
Matricor-
nenſe
apud
Burchard
& no-
nem c. 6.
c. p. 11.
lib. 6.

cap. 142. & apud Iustian. nouell. 113. in fine.

14. **Q**UÆ ad proiectorum infantium salutem commoda sunt, lintea, cunæ,

Nutrices subsidiariæ, quibus donec baptizentur, alendi tradantur, ea omnia parata, instructaque à Procuratoribus, aut Rectoribus habeantur.

15. INFANTES, ubi primùm per ætatem licuerit, locis iis, quibus commode, & per facultates fieri poterit, moribus optimis artibusque, quæ sexum deceant, tam mares, quàm foeminae instruantur, donec eis Deo iuuante, prouisum fuerit.

Leuit.
cap. 13.

Conc.
Colo-
niense
sub Pau-
lo III.
par. 11.
cap. 4.

16. QVOD lege diuina sancitum est, leprosos in ciuitatum salutem Nosocomis Episcopi concludent. Magistratus etiam adhortantes, ne eos vel imminentibus ex ipsorum commixtione periculis, vel ipso etiam aspectu formidabiles per vrbes euagari sinant.

Conc.
Mediol.
I. sub
Pio IV.
par. 3
tit. de
piorum
iocorum
admini-
stratione

17. QVI morbos falsò simulant, fictis verborum ambagibus, gestuque ad miserationem arte composito, simpliciores vulgi animos adiecto furo decipiunt, eos Parochias circumire Episcopi non sinant, sed eos solos, qui piè, sedatè, nullisque sermonum anfractibus, victum eleemosynarum petitione extra Ecclesiam quæritabunt.

Conc.
Colo-
niense

18. QVI firma corporis constitutione, nec accisis aliqua ratione viribus externi

pauperes fuerint, eos post triduum Rectores, nec Hospitalibus excipiant, nec publicè ostiatinque mendicare permittant.

sub P²⁴
lo III.
part 1^a.
cap 5.
Mediol
5. sub
Gregor.

ALL. tit. quæ ad scholas &c.

19. MAGISTRATVS omnes, Christi- que fideles alios hortatur hæc Synodus, ut quos certo aliquo, nec simulato morbo verè conflictari mendicos nouerint, eos in vnum locum cogere, piisque eleemosynis sustentare, consociatis cum Ordinario auxiliis diligentissimè procurent.

Conc.
Mediol.
1 sub
Pio IV.
part. 3.
tit. de
piorum
Incorum
admini-
strati^one

20. IN vitam, moresque mendican- tium, pauperumque Episcopi diligenter inquirent; eos ad communionem, Paschatis saltem tempore, compellant; quos peruicaces, reluctantesque nouerint, es- ciant.

Conc.
Mediol.
2 sub
Pio V.
tit. 2.
Decret.
14.

21. QVOS illo anno confessos fuisse, sanctamque Eucharistiam sumpsisse, aut liquido non constarit, aut saltem probabile non fuerit, eos, ni præceptis Eccle- siæ illicò paruerint, Hospitalium Rectores nusquam admittant.

DE CONFRATERNITATIBVS
& Sodalitatibus.

CAPVT VII.

a Conc.
Mediol.
a sub
Gregor.
XIII. tit.
quæ ad
pia loca
pertinet.

b Conc.
Trident.
sess. 22.
cap. 3.
de refor.
Conc.
Mediol.
2. sub
Pio V.
tit. 3.
Decr. 21.

Conc.
Mediol.
1. sub
Pio IV.
par. 3.
tit. de
priorum
locorum
admini-
stratione



DISCIPLINATORVM, seu
Pœnitentium societates abs-
que Episcopi licentia nullæ in-
stituantur; *a* institutas, ex sacris Tridentini
Concilij decretis, vel tanquam sedis Apo-
stolicæ delegati, Episcopi visitent, *b* in-
stitutorum, legumque suarum, si proba-
tæ illæ sint formam rite Confratres ex-
qui, quæque in illis corrupta viderint, ea
emendanda, vel etiam penitus tollenda
curent.

2. **Q**uo ad confratriarum regimen ac-
cedere Gubernatores continget, eos in
ipsa muneris susceptione, in legum, sta-
tutorumque obseruationem, aut iuramen-
to, aut saltem pollicitatione Episcopi se
obstringere hortentur, curentque diligen-
ter, vt quæ illis iniuncta fuerit Officij re-
citandi, orandique formula, ea statis die-
bus, horisque, qua decet, deuotione ob-
seruetur.

3. **Q**uo tempore Dominicis, festis

que aliis diebus, diuina officia recitantur, Conc. Mediol. 5. sub Gregor. XIII. tit. quæ ad Scholas confratras &c. pertinet.
 sacra Missarum solemnia cantu celebrantur, concionesque aut in Cathedrali, aut Parochiali Ecclesia publicè habentur, eo tempore nullæ in confraternitatibus ceremoniæ, nulla sacra peragantur.

Mediol. r. sub Pio IV. tit. quæ ad celebrationem Missæ pertinet. Decreta Bonhemij r. t. de soliditate aliorumq; piorum locorum iussit.

4. **QVÆ** publicè supplicationes decernentur, quibus Confratres adesse necessarium fuerit, frequentes eos conuenire Episcopi hortentur. Conc. Mediol. 2. sub Pio IV. tit. 3. Decret. 22.

5. **QVÆ** petulans aded confraternitas fuerit, vt omnibus scandalo sit, emendarique nullo modo possit, ei vel aliam Episcopi sufficiant, aut si visum fuerit, rescindant, eiusque penitus memoriam obruant. C. ne. Mediol. 2. vbi supra.

6. **QVOD** Tridentina iussit Synodus, a Confratriarum Oeconomis, quotannis Episcopi sibi, vel quibus visum fuerit, a se constitutis, gestæ administrationis rationem exposcant. Conc. Trident. sess. 22. cap. 9. de re for.

7. **P RÆ F E C T O S**, ad sodes, seu Confratres hortationes frequenter habere iubeant; hunc Laïcis modum præscribentes, vt altioribus relictis Theosophiæ mysteriis, solas virtutum laudes, vitiorum-

Conc. Mc. in l. 5. vbi sup. 2

que damna morali sermone persequantur.

Conc.
Mediol.
6. sub
Gregor.
XIII. tit.
quæ ad
Contra-
ritas pia-
ue loca
pertinet.

8. **C**ONFRATRES confiteri sæpissimè, sæpissimè Eucharistiam sumere suadeant, nocturnas preces, nocturnas ceremonias ob ea, quæ inde emergere solent incommoda, quam fieri poterit, rarissimè concedant.

Conc.
Nanne-
rense
sub for-
moso
Papa
c. 15.
Mediol.
1. sub
Pio IV.
par. 3. tit.

9. **Q**UÆ sodalitiarum precibus dicata sunt oratoria, in iis nulla conuiuia, commensationesque nullas, vel ipsis Confratrum sumptibus agitari, nihilque, quod ad ipsa sodalitia & ad religionem pietatemque non pertineat, in iisdem tractari permittant.

de piorum locorum administratione Decreta Bonhomij vbi supra.

Conc.
Mediol.
5. sub
Gregor.
XIII. tit.
quæ ad
Scholas,
Contra-
ritas, &
ad loca
pia per-
tinent.

10. **Q**VI sacra fidei Christianæ elementa non nouerint, quiue aut insigniter improbi, aut ad flagitia accommodati fuerint, eos in aliorum numerum Præfeci non adscribant, adscriptos si moniti vitæ rationem non mutarint, flagitiique persequentes fuerint, implorata Episcopi auctoritate, ab eorundem societate segregent, & expellant.



CONCILII

PROVINCIALIS


TOLOSANI

PARS QUARTA QUÆ

est de pœnis seu Iurisdictione.

DE EXCOMMUNICATIONE.

CAPVT PRIMVM.

- I.  RAVE profectò, & incomparabile damnum est extra Communionem Sanctorũ esse, Dei Op. Max. gratia, spirituali eiusdem protectione, Christi meritis, & demum Ecclesiæ suffragiis, & sacramentorum vsu priuari. Hæc omnia facit excommunicatio, quæ pœnarum omnium grauissima, formidabilissimaque, vt Christianis minimè contemnenda, sed potius summo cum tremore pertimescenda; ita sobriè admodum, summaque cit-
- C. omni
Christia-
nus cum
c. seq.
& c. q. 11
vero 12
qu. 3
- C. co. 11
pantur
24 qu
- C. sen-
tencia c
quibus
Episco

pi c. ni-
hil sic
debet
33. 11.
qu. 7.

cunſpectione , prudentia , maturitate in
poenam , ſalutemque non in exitum , per-
niciemque eſt adhibenda.

Conc. Trident. ſeſſ. 25. cap. 3. de reform.

Conc.
Trident.
vbi ſuprà
Pius V
in conſt
incip.
ſanctiſſi-
mus in
Chriſto
Pater
quæ edi-
ta ſunt
an. 1570. & eſt in ordine 187.

2. QVOD igitur ſacri Canones , gene-
ralia Concilia omnia , ſancta Tridentina
Synodus , & denique Pij V. Pont. Max.
laudanda conſtitutio præcepit , ad rerum ,
locorum , perſonarum , temporis demum
rationem ſumma deinceps cautione ex-
communicationes accommodentur.

Conc
Trident.
ac Bulla
Pij V
vbi ſup.

3. QVÆ ad extrahendam rei alicuius
veritatem ad rerum perditarum , ſubſtra-
ctarumque reuelationem præmiſſis moni-
tionibus vulgò excommunicationes gene-
rales ſunt , ni eas Metropolitanus , Suſ-
fraganeique , quibus hæc cura potiffimùm
incumbit , iuſſerint , aut Ordinariis loco-
rum delegatis publicandas Apoſtolica ſe-
des mandarit , eas nullus , quauis tandem
fungatur authoritate , ex eadem Pij V. re-
gula publicare , aut decernere audeat.

Bulla
Pij V.
vbi ſuprà

4. QVÆS cauſa accuratè inſpecta , de-
cerni excommunicationes ſtatutum fuerit ,
hæ ad illorum tantùm , quorum ciuilitè
interèſt , inſtantiam pro re minimè con-
temnenda , eaque nominatim expreſſa .
concedantur.

5. QVÆ vero pro Ecclesiis, piis locis, Bulla
Pij V.
vbi suprâ communitatibus, Collegiis, vniuersalibusque successoribus, quos plenam rerum ipsarum cognitionem non habere probabile fuerit, decerneretur, in his non accurata illa definitaque designatio requiretur, sed generalis, vniuersaque rerum notatio, non vaga quidem illa, aut incerta nimium, & a veritate nimis aliena sufficiet.

6. NULLÆ pro maledictis, conuitiisque, ni fortè atrociora Ordinarij iudicio videbuntur: nullæ pro crimine, rebusque illis, quantum aut non ita occulta est cognitio, aut ita temporis diuturnitate demersa, vt earum conseruari memoriam non potuisse verisimile sit: nullæ in excommunicati, aut perdiri, scelestique hominis gratiam: nullæ in eum, quem rebus in monitorio contentis satisfacere nequaquam posse certum sit: nullæ denique in iis locis, quibus eas aut negligi, aut contemni periculum fuerit, excommunicationes decernantur.

7. IN causis iudicialibus à censuris Ecclesiasticis, seu interdicto Iudices Ecclesiastici abstineant, quando cumque executio realis, vel personalis in qualibet parte iudicij propria authoritate ab ipsis fieri

Cone.
Medic. l.
4. sub
Gregor.
XIII t. t.
de f. ro
Episco-
pali Ec-
clesiasti-
cove.

Cone
Trident.
sess. 25.
cap. 3.
de resor.

possit, quemadmodum fusiùs cautum est grauiissimo sanè sacrae Tridentinae Synodi decreto; quod ea, qua decet, diligentia ab omnibus obseruetur.

8. *Q*UÆ verò eiusmodi excommunicationes decernentur, eas non priùs publicare liceat, quàm alia omnia tentata fuerint iuris remedia, cum scilicet, aut multæ irrogandæ facultas, aut pignorum captio, aut personæ comprehensio, aut beneficiorum priuatio deficit, plenaque ac certa sit apud Iudicem contumacia.

9. *E*T cùm nemini in messem alienam falcem iure mittere sit concessum, sciant sæculares Magistratus ex Tridentinae Synodi decreto sibi nefas esse prohibere Ecclesiastico Iudici, ne quem excommunicet, aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet, sub prætextu, quod forma debita non fuerit obseruata, cùm non ad sæculares, sed ad Ecclesiasticos hæc cognitio pertineat.

10. *E*PISCOPIS eorumque, & Vicariis & Officialibus, ad quos solos hæc causarum pertinet cognitio, iubet eadem Synodus, sola æquitatis, iurisque ratione, nec alia quauis causa, excommunicatio-

nes decernere, suspendere, aut reuocare; Eum tamen in decernendis modum adhibeant, ne sæpius iterata earum propositio, iis, damno Ecclesiasticæ authoritatis præiudicio, contemptum afferre possit.

II. *Q*uos Ecclesiastici Iudices etiam authoritatem habentes excommunicatos denunciari, quasie excommunicationes contra aliquem publicari iusserint, eas Parochi aliique animarum curam habentes, illorumque cooperatores promulgare non audeant, ni literæ authenticæ fuerint, sigilloque obsignatæ, quibus etiam iusta excommunicationis causa non Iudici solum, sed omnibus aliis cognita, expressa sit; imò & rei peremptorie moniti, & citati aperta in Iudicem contumacia innotescat.

12. *E*t quoniam multos hac in nostra prouincia non per annum quidem, sed quod inuiti referimus, ultra triennium canonicè excommunicatos, quæ ciuiliū bellorum est calamitas in hac etiamnum infordescencia permanere, non sine dolore accepimus, Comprouincialibus Episcopis, eorumque & Vicariis & Officialibus præcipit hæc Synodus, ut eos edicto etiam

lit 32.
Bernardi
de Ro-
fergio
& quæ
sibi dixi-
mus.

publicè proposito moneant, iurisquæ aliis remediis ad resipiscentiam inducant: dilatores, Ecclesiæque gremium cunctando detrectantes, publicè, nominatimque excommunicent, à Sacramentis, fideliumque communionè, imò & familiaritate repellant.

C. cum
contu-
macia
de hæ-
ret. in
6. Conc.
Trident.
sess. 25.
cap 3 de
reform.

13. QVOS obdurato animo in ea damnationis salebra ab ultimæ monitionis die, & hæssisse, & per annum torpuisse cognouerint, in eos tanquam de hæresi suspectos, iure, ac Tridentini Concilij præscripto agant.

DE IURISDICTIONE
Ecclesiastica, & Iudiciali foræ
Episcopi.

CAPVT II.

I. **N**Ec ille, qui in rebus opibus tantopere commendatus ordo, nec optandus Ecclesiæ splendor intactus conseruari potest, ni, sua Laïcis, sua quoque Ecclesiasticis iura remaneant: nec demum sine æterna animarum perditione, quæ à Christo ipso, legæque antiquissimæ libertatem sorte

ta est, Ecclesiæ iurisdictioni violari potest, Sacra sacris, alia alius sunt committenda. Nos itaque Ecclesiæ dignitati, & eorum, qui imprudentes forsan eam comminuunt, saluti consulere volentes, ea omnia, & singula quæ ex sacris Canonibus, generalibus Conciliis, Apostolicisque aliis constitutionibus, Oecumenica illa Laterani, Tridentique Concilia in Ecclesiasticarum personarum gratiam religiosissimè sanxerunt, in eos omnes, qui iurisdictionem Ecclesiasticam obiectis auocamentis, impediunt, aut occupant, quique Ecclesiasticos in suo iure interpellant, promulgamus, diligenterque animaduertenda proponimus.

Conc.
Lateranense
sub Leone X.
Trident.
sess.
m. x. c.
c. x. c.

2. *QVÆ* vel priuata, vel publica persona, quæue Societas, Collegium, aut Vniuersitas, bona mobilia, seu immobilia, iura, siue perpetua, siue temporalia, iurisdictiones, honores, ius aut eligendi, aut conferendi aliquam Ecclesiam, aut præbendam, locum, redditum, vel ad Cathedralium Ecclesiarum Capitula, vel ad Religiosorum, aut mendicantium, aut Monachorum, aut Monialium Monasteria, vel denique ad Archiepiscopi & Suffraganeorum mensam quauis ratione, ti-

Conc.
Lateranense
sub Leone X. sess.
9. & 10.
Trident.
sess. 22.
cap. 11.
& 12.
25. cap.
20. de
reform.

tuloue , pertinentia , in totum , vel in partem vsurparit , interturbarit , occupauerit , inuaserit , violenta possessione detinuerit , vel etiam iustos possessores exturbarit , vel fructuum perceptione , vel etiam percipiendi iure spoliarit , excommunicatione , si singularis persona fuerit , si societas Ecclesiastica , interdicto se teneri norit , a quibus , nisi præuia satisfactione , absoluti non possint.

C nullus
ext. de
foro
compet.
vidc c.
quoniam
de im-
munit.
Eccles
in 6. &

3. **QVI** de causis Ecclesiasticis ad Archiepiscopi, Comprovincialiumue forum pertinentibus cognoscere, iudicareue præsumpserint, excommunicationem ipso facto incurrant.

in 6. & Conc. Mogunt. sub Paulo III. cap. 75. constit. synod. sup.

Juribus
iam cit-
tatis.

4. **QVI** contra præmissa omnia vel singula , re , iussu , consilio , vel etiam consensu fecerint , aut aggressi fuerint , iisdem excommunicationis , interdictique poenis subiiciantur.

5. **PROVINCIAE** nostræ sacris etiam initiatos Clericos , in causis , & criminibus , & ciuilibus mixtisque , absque Ordinarij petita , nedum concessa venia , passim coram Iudicibus Laicis sacramento rogatos , aut multis irrogatis , aut sequestratione fructuum coactos , aut , quod du-

rum magis est, liberè, & spontè testimonium ferre, non sine summa displicentia audiuius. Haic morbo, qua possumus diligentia, occurrere cupientes, Clericos etiam in causis ciuilibus, quibus aut aliter veritas haberi non possit, aut illorum testimonium necessarium sit, a solo Episcopo sacramento adigi posse hac Synodo declaramus.

copis & Clericis & c. 1. & 5. 2. q. 4. & c. penult. & vlt. 22. q. 5.

c. 1. de Iuramento calūniæ ext. vide l. cum clericis 27. § 1. in fine Cod. de Episc.

6. **QVI** clericali habitu incedentes, tonsura conspicui, clericaliterque viuentes & alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inferuientes, aut beneficium Ecclesiasticum obtinentes, licet minimè sacris initiati Clerici, Laicorum Iudicum iussionibus, mulctis, fructuumque sequestrationibus parentes, in causa qualibus criminali, ciuili, aut mixta, non obtenta Episcopi proprij, ex causa tantum graui, iuxta sanctiones canonicas, gratisque concedenda licentia, coram iis testimonium posthac dixerint, excommunicentur. **Q**uantamen licentiam non concedant Episcopi in iis causis criminalibus, in quibus inligenda est pœna sanguinis, aut mutilatio membri.

Vide Iura proxime citata & testimonium xi. q. 1. c. super prudentia in fine cum conseq. 14. q. 2. lege Africum in ad lit ad reppr. Clem. 1. de sac. ordin. fa lict. 2. rari. seg. 1. nu. 5. c. 1. 2. & 3. ext. no. 12.

7. **QVI** alij, licet Ecclesiastico, suam, aut Ecclesiæ suæ iurisdictionem Prælati,

Jati vi-
ces si. 25
C. ad no-
stram 21.
c. cen-
sura 38.
de simo.
ext.

cuiuscunque fuerit dignitatis, simoniaca Christiani populi offensione vendiderit, commiserit, locaritue, ipso facto excommunicatus existat.

Conc.
Trident.
sess. 25.
cap. 11.
de refo.

8. *Qv* i super hac re contractus habiti, quæ pacta inita fuerint, ea & à iure, & à Tridentina Synodo damnata tanquam illicita rescindantur, & antiquentur. Pacifcens excommunicatione innodatus existat: vendens præter poenas canonicas, exigendæ pactæ pecuniæ actione excludatur & excidat.

C. in li-
ca 42.
de simo.
seq. 1.
c. 7. c. 6
si diligē-
t. 21.
ext. de
foro co-
petenti
Cone.
Rohe-
magense
sub 6.
Gregor.
XIII. tit.
de Iuris-
dict. Ecclē-
st. §. 1.
C. et si
Clerici
ext. de
iudicij
c. Cleri-
cus 42.
cum ca.
seq. 11.
o. 1. Cod.
§. à non
compet.

9. *Qv* o s vel sæculares, vel regulares Clericos, quosue Hospitalium, piorumque aliorum locorum administratores in causis, quæ fori Ecclesiastici quacunque tandem ratione fuerint, vel actores, vel reos, vel quovis alio modo diem à iudice sæculari indictum obire, eiusque Iudicio se permittere cognoverint, eos Episcopi seuera poenarum, censurarumque animadversione pro arbitrio puniant.

10. *Qvæ* in præmissis, causisque aliis omnibus ex Tridentini Concilij decretis ad Ecclesiasticum forum quavis ratione pertinentibus, coram Iudice, foroque sæculari lites inuectæ, qui actus quacunque occasione, aut prætextu decreti fuerint,

hi omnes irriti, nulliusque momenti habeantur.

iud. per
torum
vide Cu.

iacium ad d. cap. ar si clerici.

II. **ECCLESIASTICI** quicumque Iudices, Metropolitanus, Suffraganeorumque omnes, & Vicarij, & Officiales ius unicuique, pauperibus præsertim, miserabilibusque personis, qua fieri poterit religione reddant, facilesque se, & paratos petentibus præbeant, commissarum sibi causarum actiones, easque maximè quibus summarie de iure procedere licet, ex Tridentini Concilij decreto quam citissimè dissolvant, & expediant, litigantiumque sumptibus, qua maximè poterunt charitate, parcaut.

C. 2. ext.
de sens.
& re iudic.
C. na.
Trident.
sess. 20.
cap. 20.
& sess. 27
cap. 20.

12. **QUÆ** de alimentis, mercede, piisque locis, aliæque id genus, quæ moram non patiuntur, controversiæ erunt, eas in iis, qui iure permittuntur casibus, ex æquo & bono, quanta maxima fieri poterit temporis brevitatem dirimant.

13. **ATQUE**, ut omnis avaritiæ suspicio à foro Ecclesiastico arceatur, omnibus, singulisque Episcopalis, & verò Metropolitanæ curiæ Notariis, Secretariis, carcerum Custodibus, Licentibus, aliisque Ministris, in operis mercedem taxati

Conc.
Mediol.
r. sub
P. 15.
tit. de
iudiciali
foro
Episc. p.
cum de
Notariis

& Scri-
bit Me-
diol. 2.
sub Gre-
gerio

XIII. lit

de iis quæ ad Episc. forum pertinent const. Elesensij art. 160.

Conc.

Mediol.

3 Inco

proximè

citato

const.

Amelia.

art. 17.

vide quæ

Conc.

Mediol.

7. ubi

supra

cap. de

carceris

custodi-

bus &

1025 l. 1

S. an-

probat.

ff. de

postul.

vide Be-

nencasij

de prim-

leg. fan-

peritatis

cap. 7.

nom. 9.

& myn-

gerum

obseru.

cent. 4.

cap. 42.

ab ipsis quamprimùm definiendam honesta iustaque æstimatione Episcopi statuunt, & iniungant.

14. QVI taxæ constitutum modum Ministri excefferint, ij, quicumque tandem illi sint, & officij priuatione, & inhabilitatione, aliisque pœnis seuerissimè pro modo culpæ puniantur.

diximus in notis ad cap. 5 styli fori Archiepisc. Tolosani.

15. NEVE indefensæ personæ miserabiles, aut iure suo excidant, aut potentiorum aduersariorum gratia iniuste opprimantur, iis aut generales Procuratores, Aduocatosque Episcopi in suis Diocesisibus constituent, aut quoties ita feret occasio, de patrocinio, defensioneque provideant, quam qui absque probanda ratione suscipere recusarit, inhabilis ad Ecclesiastica pertractanda negotia Episcopi arbitrio censeatur.

16. EPISCOPALIUM carcerum custodiae eos Suffraganei præficient, quos ad omne munus paratissimos, vigilantissimosque, & verò pietate, charitateque commendabiles nouerint, quique ij sint, qui & reorum commoditati, & curiæ securitati consulant.

17. CARCERES non Episcopales modo, sed & secularium Iudicum, Episcopi ipsi, aut si impediti fuerint, per alium sapientissimè visitent, carceratorum religioni, & vitæ alimentis sedulo consulant, sacramentaque oportunis temporibus illis administrari curent. Ad quod charitatis opus seculares potestates, Magistratusque in Domino cohortamur; in hoc eorum gratiam & optamus, & speramus, totisque in Christo visceribus expetimus.

Conc. Mediol. 1 sub Pio IV. tit. de Iudic. si foro Episcopi cap. de carceris custodia & reis Mediol. 3 tit. de his, qui ad Episcopale forum

pertinent Mediol. 5 subcod. Gregori tit. de Episcopali iurisdictione & foro.

18. Quod Tridétina sanxit Synodus, in visitationis, correctionis, reformationis, habilitatis, inhabilitatis, criminalibusque causis, quas aut Episcopus, aut illius Officialis interlocutiones decretorias edixerint, quodue aliud grauamen fuerit, nisi grauamen huiusmodi per definitiuam sententiam reparari, vel ab ipsa definitiua appellari non possit, ab iis omnibus ante definitiuam, seu vim definitiuæ habentem non appelletur: Si fiat, appellationi Iudex non deferat; Nec verò Metropolitanus ad quem prouocatum est, donec definitiua, seu vim definitiuæ habens sententia lata fuerit, cognitionem grauaminis

Conc. Tridém. sess. 22. cap. 1. de reform. & sess. 22. cap. 1. & 21. cap. 20. de reform. 1. m. 27.

nec ipse suscipiat, nec ei alterum apponet, sed nec tantum acta causæ appellantis sumptibus mitti decernat.

C. de
priori

31. & ibi
gloss. de
appellat
ext. gloss
in c. ad
nostram 3. cod. rit.

19. Si correctionis modum Episcopus, illiusve Officialis excesserit, excessusque in appellationis literis expressus fuerit, appellationi tunc deferatur.

Vide
hac de re

decretū
sacr.

congr.

Conc.

quod re-
fertur in

remiss.

ad d. c. i.

Conc.

Tident.

sess. 13.

de re-
formati

20. Quæ de causis ad visitationem, correctionemque pertinentibus definiens lata sententia fuerit, ab ea ita appellari liceat, ut illius executionem, nec remoretur, nec impediatur appellatio. Quæ de grauamine quod per appellationem à definitiva reparari nequit, interlocutoria sententiæ latæ sunt, quale grauamen est non iustæ carcerationis, ab his liceat prouocare, prouocationem audire, imo & causæ acta ad appellationis Iudicem defendenda curare, sed & is, cuius causa agitur, in carcere interea permaneat, donec causa cognita ab eo, ad quem appellatum fuerit, Iudice, aliter cautum decretumque reperiatur.

21. Quæ appellationum legitimè interpositarum in secunda instantia causæ erunt, dum ab Ordinariorum sententiis erit protocatum, eæ omnes coram Ar-

C. Ro-
mana de
appel-
lat. in 6.

chepiscopo, aut illius Officiali in hac ipsa civitate tractentur & cognoscantur: nisi omisso medio, ad sedem Apostolicam fuerit appellatum.

L. Sancimus
C. de
Episcop.
audient.

22. In prima sua Dioecesana Synodo, quod Tridentini Concilij decretum est, quatuor saltem, aut Cathedralium Ecclesiarum Canonicos, aut in Ecclesiastica dignitate constitutos, rerum scientia, vitæque probitate insignes viros solos in causis Ecclesiasticis, spiritualibus, & ad Ecclesiasticum forum quacunque ratione pertinentibus constituendos Episcopi singuli deligant; selectorum nomina ad sanctissimum D. N. mittant.

Conc.
Trident.
sess. 25.
cap. 10.
de re
format.

23. Si quis eorum aut decesserit, aut iustè abfuerit, ei alius per Episcopum Capituli consilio subrogetur. Hic, quæ dictum est ratione adnotatus, ad reliquos superiùs nominatos mittatur.

Conc.
Trident.
loco citato.

24. Quibus ipsi causis, rationibus, autoritatibusque adducti sententiam pronunciarint, eas omnes Notarij acta causæ excipientis propria manuscriptas, subscriptasque, & verò curiæ actis adscribendas infra decem à lata ab iis sententia dies reddere, & consignare teneantur. Qui secus faxint, iis viginti quinque aureorum

Vide decreta
fori Ar-
chiepiscopi
cap. 10.
pal. Tolosani
cap. 10.
& eor
sibi hæc
de re et
Regis
ordin. e.
chroica
u. m. 6.

multa irrogetur. Huius media pars ei, qui causa ceciderit, piis locis ab Episcopo declarandis altera applicetur, imò & ipso facto applicata censeatur.

Conc. Colonie r. sub Pau-
lo III. part. 3. cap. 24.
vide suprà part 3. cap 1. num. 4.

25. IN Ecclesiis ius non dicant, sed aut Tolosæ Archiepiscopalem curiam, aut loci alterius Episcopalem, aut demum alium commodiorem locum seligant.

De sportu in iudicariis seu honorariis Indicum vide c. 20. Decret. fori Archiepiscopalis

26. SPORTULAS, aut in Diocesana Synodo, aut ab ipsis Episcopis constitutas in datarum sententiarum mercedem accipiant. Harum dimidium utraque partium, antequam acta exhibeantur, in Actuarij manibus deponere teneatur. Tolosam; ubi diximus.

*DE RERVM ECCLESIASTICARVM,
beneficiorumque, aut locatione, aut
alienatione.*

C A P V T III.

I. **B**ENEFICIORVM, Ecclesiasticarumque rerum locationes, in Emphyteosim concessiones, permutationes, hypothecæ, & obligationes sanctissimis Canonum constitutionibus contrariæ, damnosum successibus

præiudicium, certumque Ecclesiæ detri-
 mentum non rarò afferre consueuerunt.
 His incommodis prouidere Episcoporum
 est: in id illi præcipuè incumbant, quæ-
 que super hac re, & Tridentina Synodus,
 & Summorum Pontificum autoritas iu-
 stè ad eò præcepit, ea omnia in vsum re-
 vocanda, & pro virili in sua quisque Dico-
 cesi obseruanda curent.

Conc.
 Trident.
 sess. 25.
 cap. 11.
 de re-
 format.
 Paulus
 II. Paul-
 us IV.
 Pius IV.
 aliique

quos legere est in Bullario.

2. EPISCOPI, aut generales eorum
 Vicarij cum duobus alijs aptioribus, pro-
 batoribusque viris, altero quidem à Ca-
 pitulo, & ciuitatis Clero, altero in Dio-
 cesana Synodo huius autoritate eligen-
 dis, deputandisque, quascunque rerum
 Ecclesiasticarum locationes, in Emphy-
 teosim concessionem, permutationes, hy-
 pothecas, obligationesque ad longum
 tempus à triginta annis factas, bona fide
 recognoscant.

Conc.
 Trident.
 vbi su-
 præ
 Conc.
 Mediol.
 7. sub
 Pio IV.
 tit. quæ
 pertinet
 ad be-
 neficium
 & unum
 Eccle-
 siastico-
 rum cõ-
 serua-
 tionem
 &c.

3. QVAS aut Ecclesiæ damno, aut suc-
 cessorum præiudicio, aut contra Cano-
 nicas sanctiones factas esse cognouerint,
 quod tamen absque causarum penden-
 tium præiudicio fiat, eas omnes irritas
 declarent.

Conc.
 Mediol.
 7. vbi su-
 præ Paul-
 us IV.
 Constit.
 quæ in-
 cip. in-
 iunctum
 nobis

fol. a an. 1555. Pius IV. const. 11. edita an. 1560.

4. *QVÆ* ab ipsis Episcopis locationes factæ erunt, eas solus Metropolitanus recognoscat,

Conc.
Mediol.
2. sub
Pio V.
tit. 3.
Decret.
9.

5. *QVÆ* res ad Episcopum, eiusue mensam pertinebit, cuiusue locationis ipse, aut eius Vicarius, Curatores, Commissarij, executoresue fuerint, vicinioris Episcopi vnâ cum deputatis ab eodem Capitulo, & Clero locationis recognitio, iudicatioque esto.

6. *D E L E C T O S* iam deputatosque, si recusari iusta forsâ præscriptione contigerit, alij in eadem causa ab eodem Capitulo, Cleroque in eorû locû sufficiantur.

7. *QVÆ* sub obtinendæ à sede Apostolica confirmationis conditione Ecclesiasticorum honorum alienationes factæ erunt, quæ non obtenta confirmatione iniuste interim possidentur, eas omnes, quæcunque tandem illæ fuerint, siue Hospitalium, seu bonorum ad fabricæ, luminariumque (vt aiunt) vsû destinatorum, Episcopi diligenter inquirant, summaque vigilantia recognoscant.

8. *QVÆ* sub ea, nec adhuc expletâ conditione, à triginta annis factas alienationes compererint, irritas eas, inanesque declarent.

9. **Q**U I in honorum eiusmodi iniustam possessionem grassati, vel intrusi fuerint, eaque non obtenta confirmatione iniuste detinuerint, eos & possessione illicò deturbent, & verò pœnis à sacris Canonibus, & Pontificum Summorum constitutionibus sancitis, quæ deçet, seueritate, puniant.

10. **H**OC vt faciliùs dignosci, rerumque Ecclesiasticarum conseruationi tutiùs in posterum prouideri queat, omnes & singuli Ecclesiarum, Præbendarum, Confraternitatum, piorumque locorum omnium Rectores, Administratores, & verò Metropolitana, Suffraganeorumque Capitula rerum omnium mobilium, & immobiliarum, iurium, censuum, bonorumque aliorum inuentarium, Notarij publici, duorumque aut trium ex antiquioribus ciuitatis Laïcorum manu obsignatum, intra duos ab huius decreti publicatione menses conficiant.

11. **H**U I V S inuentarij duo exempla, eaque Notarij eiusdem signo, Laïcorumque eorundem manu subscripta describantur: Alterum in communi Episcopi, Capituli que Archiuio, si Cathedralis Ecclesiæ fuerit, seruetur: Ad Metropolitanam

Conc.
Mediol.
2. sub
Pio V.
tit. 3.
Decr. 7.

Conc.
Mediol.
7. sub
Pio IV.
tit. que
pertinet
ad bonorum
& iurium
Ecclesiasticorum conseruationem
&c.

Vide
Const.
Synodales
Ioannis
Dionysii
Iteani
suprà nu.
24.

Conc.
Mediol.
1. vbi
suprà

alterum mittatur. Collegiata vnum in suo recondat, alterum Cathedralis Ecclesiæ Archiuo custodiendum tradat. Qui Beneficarij reliquerunt, alterum propriæ Ecclesiæ Archiuo recondent, Cathedrali Ecclesiæ alterum committent.

Conc.
Mediol.
I. vbi
suprà.

12. *QVÆCVNDVÆ* Archiua duabus clauibus obserentur, vnam in Cathedralibus, Episcopus; in Collegiatis, Præfectus; alteram Capitula seruent.

Idem
Conc.
Mediol.
I. loco
suprà
citato.

13. *IN* visitationibus ea cum rebus inventaria Episcopi conferant, quæque perire restituant: inuentaria, si opus fuerit, renouanda curent; Quosque ex his bona Ecclesiæ aliqua, magna, vel parua, mobilia, seu immobilia vendidisse, alienasse, permutasse, aut quauis alia ratione distraxisse cognouerint, descriptis antea penis seuerè puniant.

14. *QVÆ* iam antea factæ sunt, qualque in posterum Ecclesiasticarum rerum alienationes Apostolica autoritate fieri contingeret, eas Episcopi, generalésque eorum Vicarij diligenti peruestigatione accuratissimè perpendant, non temere, sed maturo consilio peragant, Ecclesiarum commoda, indemnitateque sibi rebus omniibus præponendam spectent.

15. *QVI*

15. QVI contra Canonum decreta, Ecclesiastica bona alienare, iniuste detinere, occupareve præsumperit, eos excommunicationis vinculo adstringi populum frequentissimè doceant.

C. si qd
presbyterorum
ex. de
reb.
Ecclesi.
alien. c.
vntico

et d. ut. in extranag. communibus.

16. SVFFRAGANOS omnes hortatur, enixèque in Domino obsecrat hæc Synodus, vt semel saltem in anno Tridentini Concilij decretum sub sessione 22.

C. no.
Tident.
sess. 22.
cap. 11.
de re-
fi. in ac.

Cap. 2. de reform. quod incipit, Si quis Clericorum; nec non eam, quæ ad hos potissimum occupatores spectat, promulgatæ quotannis à summo Pontifice in die Cœnæ Domini, Bullæ partem vulgari idiomate frequenti populo publicari curent, quò omnibus innotescat iniustorum Ecclesiasticarum, quæcunque tandem illæ sint, vsurpatores a solo Rom. Pont. absoluendos, ipso iure excommunicatos esse.

17. NEMO beneficiorum bona in emphiteosim concedat, vel ad longum tempus locet, ni evidens Ecclesiæ utilitas Episcopi iudicio aliud postularit. Quæ hoc modo facta fuerit, locatio nulla sit, qui- que secus fecerit, ab Ordinario puniatur.

C. no.
Medi. l.
2. tit. 1.
Decr. 8.

18. QVÆ hæc ratione locationes fieri

idem
C. n.

Mediol.
2. tit. 3.
Peccet.
11.

consueverant, ut prædia conductori meliora reddere liceat, dum quod impensa factum est, sub locationis finem præstetur, ea profus nullæ sint, nec prædia deinceps, nisi cum locantis consensu meliora reddere liceat, idque ad certam tantum summam, eamque quæ faciliè sub locationis finem ab eodem rependi queat.

19. *Q*UÆ bonorum Ecclesiasticorum locationes fient, publicè fiant: grauatim ære alieno Ecclesiæ bona non locentur: nec prius conductoribus locationis instrumenta tradantur, quam locumpletes idoneosque fideiussores ipsi dederint,

Conc.
Mediol.
3 sub
Gregor.
XIII tit.
de us,
quæ ad
bona
Eccle-
siastica
iucunda
pertinent.

20. *V*BÛ aliquis Ecclesiasticus defunctus fuerit, hæredes Episcopus compellat, ut quæ ad defuncti beneficia scripta, authoritatés, instrumenta pertinent, ea omnia gratis, & sine vlla pactione ei quæ in beneficium successerit, tradant.

Vide inf.
cap. 15.
& supra
Const.
Synoda-
les vbi

21. *Q*UÆ de legatis piis suo postea loco dicentur, ea omnia Notarij, quæ debent, religione sinceritatèque seruent, de testamentis & Legatis piis.

DE DECIMIS ET OBLATIONIBUS.

CAPUT IV.

1. **Q**UOD diuino iure cautum est, Cone. Trident. sess. 25. c. p. 12. de re. format. sacrisque vtriusque Testamenti, libris confirmatum, ex Tridentini Concilij decreto, communisque iuris dispositione, Laici Clericique omnes, cuiuscunque gradus, conditionisque fuerint, ad quos decimarum solutio spectat, illi Ecclesiae, in cuius Parochia sita sunt praedia, de bonorum patrimonialium fructibus praediales decimas, Parochiali verò seu baptismali in qua diuina audiunt, & Ecclesiastica sacramenta percipiunt, personales sine fraude persoluant. Vide Hostenium in summalibus. tit. de decimis §. curdanda & Rebus in tract. de decimis.

2. **Q**UI decimas aut subtrahunt, aut quò minus persoluantur impediunt, ab Ordinariis excommunicentur, nec priùs, Cone. Trident. Inco. proxime citate. quàm omni parte satisfecerint, absoluantur

3. **Q**UAE praedia decimarum solutionem iniuste intermiserint, ea locorum ipsorum, in quibus sita erunt, Episcopi, iuris omnibus remediis debitum pendere, qua dictum est ratione compellant.

Conc.
Mediol.
I. sub
Pio IV.
tit. quæ
pertinet
ad bo-
nerum
& iurii
Eccle-
siasticor-
um con-
seruatio-
nem &c.
Conc.
Trident.
vbi su-
prâ vide
& sess. 22
cap. 11.
Conc.
Mediol.
4 sub
Gregor.
XIII. tit.
de paro-
chis &c

4. NON personarum, sed Dei intuitu decimæ persoluuntur; Parochi igitur, & Prædicatores inter Missarum solennia, & in iis, quæ primo quoque Aduentus, & Quadragesimæ die Dominico habebuntur concionibus, eorum qui decimas aut negant, aut impediunt facinus, sacrilegiumque proponant, & Tridentini Concilij decretum, cuius iam antea mentionem fecimus, frequenti populo legant, vulgarique lingua interpretentur.

5. SED & eas, quæ altarium, Missarumque venerationi dicantur oblationes, populo frequenter, Dominicis tamen diebus potissimum, faciendas commendent, vtrò, sponteque redditarum meriti vtilitatesque; denegatarum, aut ab inuitis expressarum, damna, pœnasque, quam accurata poterunt, sedulitate frequentissimè commemorent.



DE SIMONIA ET CON-
fidentia.

CAPVT V.

1. **Q**UIBUS ius conferendi, eli-
gendi, præsentandi, nomi-
nandi, aut quauis alia ratio-
ne prouidendi fuerit, ij om-
nes vel eorum, quicumque tandem fue-
rint Ministri, familiaresue nihil prorsus in
Beneficij, gradusue conferendi gratiam,
nec spontè quidem oblatum accipiant.
Possit tamen Notarius, aut Cancellarius
Episcopi in singulas collationes accipere
mercedem suo labori congruam, quæ si-
gillo, cera, & cæteris computatis, au-
reum vaum non excedat; dum tamen nul-
lum ei pro officio exercendo salariu n con-
stitutum sit, nihilque inde emolumentu
collatores directè, vel indirectè perci-
piant.

2. **N**ULLVM ita conferatur, recipia-
turue Beneficium, vt ad eius, qui dederit,
aut alterius cuiusuis nutum postea reddi
debeat.

ac Pij V. quæ incipit inuoluerabilis qua ipsa Pij IV. cõtenetur Edit. an. 1569.

C. no.
Mediol.
r. sub
Pio IV.
tit. quæ
pertinet
ad be-
neficiu-
rum
collat.

C. sicut
Episco-
pum r.
quæ
Conc.
Mediol.
r. sub
Gregor.
XIII. tit.
de be-
nefic.
collat. &
prouisio.

Conc.
Mediol.
r. loco
supra cit-
tato
c. nst.
Pij IV.

Conc.
Mediol.
I vbi
supra.

3. **QVI** aut Episcopi, aut Inferiores Beneficia conferent, ij ne tantillam quidem fructuum, quavis pietatis specie, partem, contra sacrorum Canonum instituta recipiant.

Conc
Mediol.
I. vbi
suprà vi-
de iura
supra ci-
tata &
max er-
tanda.

4. **QVI** his conditionibus Beneficium acceperit, is nullum se in eo ius, ex sacrorum Canonum institutione, adeptum esse, fructusque suos non facere, quos perceperit tuta conscientia retinere non posse norit. Eorum demùm restitutioni quocunque iuris remedio compellatur.

I. q. 1.
fere per
totam &
toto fere
tit. de
simonia
ext &
C cum

5. **QVI** prauitatis Simoniacæ reus in consequendis ordinibus manifestò fuerit, pœnis à iure, & Summorum Pontificum statutis puniatur.

deestabile in extrauag. communibus cod.

C. 2. de
Sim n.
in ex-
trauag.
Commu.
Bulla
Pij V.
quæ in-
cip. cum
potissim
Edit an-
1566
vide I
q. 1. fere
per totã

6. **QVI** dignitatem Ecclesiasticam sacrilega illa nundinatione adeptus fuerit, hac ipsa dignitate iure ipso priuetur, & ad eam, aut alias quascunque deinceps obtinendas inhabilis iudicetur. Qui beneficium, aut officium Ecclesiasticum; eo priuatus, fructus iuris actione restituat: Nequaquam aut illud, aut quæcunque alia retinere possit.

Bulla
Pij V.
proximè
citata.

7. **QVI** iteratæ sæpius Simoniacæ crimine euietus fuerit, is & dictis antea pœ-

is subiaceat, & corpore supplicium ferat, & degradatus ex Pij V. constitutionibus fidelium consortio eiciatur.

8. QUI ordines, ac beneficia Simoniaca licitatione contulerint, cuiuscunque tandem gradus & conditionis, imò & Episcopi, Archiepiscopi, maioresue etiam fuerint, eadem Pij V. constitutione pœnis à iure statutis seuerè puniantur.

Ead. bulla Pij V. quæ incip. cū primùm § vt simonia- ce prauitatis ac iura su-

supra citata num. 5.

9. QUI peierauerint, iuxta sacros Canones a locorum Ordinariis seuerè puniantur.

10. QUICVNQUE aut beneficia possident, aut eorum administrationi pacta pensione præfecti sunt Confidentarij, iis omnibus privati & ad alia beneficia obtinenda inhabiles, in alias pœnas incidisse declarentur, quæ summorum Pontificum constitutionibus hac de re editis continentur, fructusque indebitè perceptos restituant.

Bulla Pij IV. & Pij V. supra citata n. 2.

11. QUOS Simonacæ Confidentiarie crimine teneri, aut constanti, celebrique hominum fama, aut legitimis coniecturis suspicio fuerit, eos Episcopi per Vicarios, Officialesve deprehendere studeant, præsumptiones, coniecturasue, singularibus

testibus admissis probent, compertumque horrendum adeò facinus digna animaduersione puniant.


Sixtus V.
in Const.
incip.
sanctum
& salu-
tare
Edit an.
1585.

12. *QUÆCUNQUE* de Simoniaca Cõfidentia Sanctiss. D. N. SIXTUS V. Bulla in huius Concilij calcem reponenda sanxit, ea omnia diligentissimè seruentur.

DE PROVISIONIBVS ET renuntiatione beneficiorum.

CAPVT VI.

Conc.
Trident.
sess. 24.
cap. 17.
de re-
format.
& sess. 7.
cap. 1. &
4 de re-
format.

I.  VI plures in præsentì Parochiales Ecclesias, aut Cathedralẽ alteram, alteram Parochialem obtinent, altera solùm siue Parochiali, siue Cathedrali retenta, alias non obstantibus omnibus, aut dispensationibus aut ad vitam vnionibus, ante Concilium Tridentinum obtentis, intra sex mensium spatium omninò dimittant. Qui fecerint, ea omnia, quæcunque possident Beneficia, ex ipsa Tridentini Concilij constitutione vacare ipso iure intelligant.

Conc.
Mediol.
1. sub
P.º IV.

2. ELAPSI sex mensibus, & sequuta declaratoria idoneos Parochialibus illis

Ecclesiis, tanquam ipso iure vacantibus, tit. de
residen
tia.
Vicarios, donec legitimè conferantur,
Episcopus apponat; congruam illis por-
tionem fructuum assignet; Qui fructus va-
cante Ecclesia reliqui fuerint, illi vel eius
fabricæ, vel ornamentis Episcopi iudicio
assignentur.

3. N E sine autoritate, tituloue in
occultam beneficiorum possessionem graf-
fari cuiquam importunè liceat, quicun-
que Parochialia, aliane beneficia possi-
dent, prouisiones, dispensationesque Epis-
copis suis intra semestre exhibeant. Qui
secus faxint, censuris Ecclesiasticis, fru-
ctuum retentione, imò & beneficiorum
priuatione puniantur.

Cap. or-
dinarij
de offic.
ord. n. in
6. Conc.
Trident.
sess. 7.
cap. 5.
de re-
firm.
C. nec.
Mediol.
1. sub
Pio V.
tit. 1.

Decret. 1. Mediol. 5. sub Gregor. XIII. tit. quæ ad Capit. pert.

4. Q V I beneficium Ecclesiasticum de-
inceps obtinuerit, in manibus aut Epis-
copi aut eius Vicarij, in hæc sacramenti
verba iuret, Ego N. per hæc, quæ meis
manibus tango, sacrosancta Dei Euan-
gelia iuro, neque me, nec quenquam
alium meo nomine quidquam beneficij
huius obtinendi causa, sciente me cuiquam
aut promississe, aut dedisse, nec in hoc
beneficio tacitam me alteri fidem contra
sacros Canones accommodare. Ita me

Conc.
Mediol.
1. sub
Pio IV.
tit. quæ
pert. nec
ad bene-
ficij rum
colla-
tionem.

Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia. Hoc idem iusiurandum Episcopus in sua receptione præstet.

5. QVI præstito iuramento certam aliquam, quæ satis probari non possit, mali suspicionem reliquerint; ij ad eam purgationem Canonicam, quam Innocentius III. Pont. Max. iniunxit, & teneantur.

Conc. Rothomagense sub Gregor XIII cap. de Episcopis & capitulis num. 17 & cap. de Episcoporum officis num. 19

De qua apud Greg. tit. de purg

Conc. Rothomagense sup cap. de Episcoporum officis num. 26.

6. QVI Præsentato, collationemque Beneficij postulanti Beneficium Episcopus aut quisquam alius conferre recusarit, is recusationis causas scripto exhibeat, & nisi illis inspectis, iudicatisque Superior Beneficium conferre nequeat: si secus faxit, collatio irrita, nullaque habeatur.

Conc. Mediol. 1. sub Pro IV. tit. quæ pertinet ad bonorum & iurium Ecclesiasticorum

7. QVICVNQVE hac in nostra Prouincia Beneficia obtinent, titulorum bonorumque immobilium suarum Ecclesiarum inuentarium conficiant, libroque ad eos vsus accommodato, qua fieri poterit, probatori ratione describant.

Conc. Mediol. 1. vbi supra.

8. QVÆ de bonis, redditibus, iuribus, vnionibus, aliisque omnibus, Ecclesiarum priuilegiis tabulæ conficientur, ex clauē in arca reconditæ loco tuto asser-

andæ reponantur, nec vnquam, ni cau-
 omninò necessaria peritorum iudicio
 liter visum fuerit, aliò transferantur: Sed
 tantùm collata exempla, quoties opus
 fuerit, desumantur.

9. QVIBVS in Capellaniis, cæteris-
 que Beneficiis Ecclesiasticis quocunque
 nomine nuncupatis & verò in ipsis etiam
 vel Cathedralis, vel Collegiatæ Ecclesiæ
 portionibus, ex instituto, consuetudine,
 vel alio quouis iure ac nomine, curæ ani-
 marum munus incumbit, aut coniunctum
 est, in earum aut collatione, aut quavis
 alia prouisionis ratione, quas examinis,
 approbationis, collationis, prouisionis
 in Ecclesiis Parochialibus cautiones sa-
 cra Tridentina Synodus adhiberi iussit, eæ
 omnes teneantur, omninoque seruentur.

10. QVOS ad beneficia promouendos
 Patroni præsentarint, eos promiscuè Epil-
 scopi non admittant, sed eos solos insti-
 tuant, quos diligenti adhibito examine,
 doctrina, cantu, aliisque rebus ad Bene-
 ficij rectè, ritèque obeunda munia neces-
 sariis instructos, præditosque indicarint,
 præteritèque idoneos probanda testificatio-
 ne, cognouerint.

11. QVÆ curatarum Ecclesiarum co-

Conc.
 Trident.
 sess. 7.
 cap. 12.
 de re-
 format.
 & sess.
 24 c. 28.
 & sess.
 25 c. 9.
 de re-
 format.
 Conc.
 Mediol.
 4. sub
 Gregor.
 XIII. tit.
 de bene-
 ficiorum
 colla-
 tione ac
 prouis-
 sione.

Conc.
 Trident.
 locis
 proximè
 citatis
 Conc.
 Mediol.
 4 ubi
 supra

Conc.
 Mediol.

5. sub
Gregor.
XIII. tit.
quæ ad
benefic.
collac.
attinent.
declar.
Cardin.
in præd.
cap. 18. Conc. Trident. sess. 24.

ram Ordinario in casibus à iure permissis permutationes fient, vbi aut Parochialium hominum numerus inæqualis admodum fuerit, aut eas præscripto antea examine permutantes non fuerint adepti, in iis examen, sed absque concursu, proponatur.

D E R E S I D E N T I A.

CAPVT VII.

Conc.
Trident.
sess. 6. I.
cap. 1 &
sess. 29.
cap. 7.
de refor.



Cono.
Trident.
d. sess. 4.
21. c. 1.

VÆ de Episcopis à sacra Tridentina Synodo super hac re, decreta constituta- que sunt, ea omnia, qua fieri poterit diligentia, religiosissimè obseruentur.

2. QVI à curatis beneficiis contra Tridentini Concilij præceptum deinceps abfuerint, eosque quos pro temporis absentia suos non fecerint, iis, quibus ex eodem Concilio debentur fructus non soluerint, ijornandis reficiendisque eorum Ecclesiis, aut loci pauperibus attribuantur. Hanc attributionem Episcopi, quorum conscientia hoc

onus incumbit, implorato etiam, si opus fuerit, Principum & Magistratum auxilio ad sex menses nulla cunctatione exequantur.

3. **QVI** Beneficiis post absentiam cesserint, fructus, quos suos illius tempore non fecerint, aut ex pensionum fructibus, si quas sibi referuarint, aut ex eorum, quarumque illa fuerint, bonis Episcopi diligentia Ecclesiae satisfaciant. Qui hac in parte negligentes Episcopi fuerint, prima Provinciali Synodo praetermissi huius officij rationem se reddituros esse norint.

4. **AD** infringendam pernicitatem multorum contumaciam Episcopi eos omnes, quos in eorum ciuitatibus, Diocesibusque curatum beneficium in titulum, commendamue habere contigerit, in ipsis beneficiis intra tempus ab iisdem praesentium residere iubeant. Qui non paruerint, poenitentiam a Tridentino Concilio, & Pij IV. constitutione in non residentes statutis teneantur.

Idem an. 1560. quae incip. de saubri gregis dominici &c.

5. **QVI** Parochialem Ecclesiam unio- nis etiam iure, non perpetuo quidem, sed tantum, dum ipse uiuit, Canonici, & praebendae, qua fruitur, coniunctam Ca-

Conc.
Mediol.
1. sub
Pio IV.
tit. de
residenti-
a.

C. no.
Trident.
locis in
ciuitatis &
Pij IV.
in bulla
quam

C. no.
Mediol.
3. sub
Gregor.
XIII tit.
de parochiis.

nonicus obtinet, is festis præsertim solemnibus nulli Parochiali muneri desit.

Bulla
Pij V.
an 1568.
quæ in-
cap. cu-
pientes.

6. Qv i Parochi, animarumue curatores in Cathedrali, Collegiataue Ecclesia Dignitatem, Canonicatum, aliudue, aut Beneficium aut officium personalem in choro residentiam præ se ferens canonicè obtinent, eos commissæ Ecclesiæ statione relicta in Cathedralis, Collegiataue choro præsentem adesse, quotidianasque distributiones participare, præsertim festis solemnibus, Episcopi non patientur, sed potiùs Parochi Ecclesiæ suscepti officij curam, muneráque præstare cogant, Quòd si præstito Parochiali debito seruitio, temporis aliquid superfuerit, tunc Canonicatus seruitio vacare, & distributiones quotidianas iure lucrari poterunt.

Conc.
Trident.
sess. 6.
cap. 2.
de re-
format.

7. Qv i Ecclesiastica Beneficia obtinent, in quibus, & si curata non sint, iure aut etiam instituto residere necessarium fuerit, eos si resideant, Episcopi a iure statutis pœnis puniant, fructusque, quibus mulctandi veniunt, piis locis attribuant.

Conc.
Mediol.
2. sub
Pio V
tit. 2. De
ceter. 16.

8. Qv i impetrata discedendi facultate ab Ecclesia diutiùs absuerit, mensis saltem spatio postquam redierit, Episcopum de

no reditu faciat certiozem. Qui neglexe-
rit, pro absente habeatur. In Collegiatis,
Cathedralibusque Ecclesiis, tertio quo-
vis mense tres ex Capitulo primi Cano-
nicorum, eorum qui aut Ecclesiis præpo-
siti, aut beneficia in iis possidentes non
resident, nomina ad Episcopum descripta
referant.

Conc.
Mediol.
1. sub
Pio IV.
tit. de
residen-
tia.

9. QUÆ studiorum causa absentia fa-
cultates deinceps Canonicis ab Ordina-
ris locorum concedentur, in iis hæc ne-
cessario ponantur, ut verè in publico, ce-
lebrique Gymnasio, Theologiae, vel sacrae
Canonum lectioni, aut saltem alijs, quæ
sunt Clericis permittuntur, scientiis serio
videant,

Conc.
Mediol.
1. ubi
suprà ex
quo de-
sumpta
quæ hoc
numero
& 2. se-
quenti-
habentur
pau-
cis im-
mutatis.

10. UT minores viginti quinque annis,
et sint, aut fuerint, cum primùm eo in
Gymnasio, quæ nunc absoluerè cupiunt,
studia aggredi cœperunt.

11. UT singulis annis suum in literis,
etque studiorum genere progressum, scrip-
tae Doctoris testificatione, Episcopo sig-
nificent. Quod idem Episcopus aliunde se-
retò cognoscere curabit.

12. QUI intra suæ Parochiæ fines per-
sonalem residentiam postulanti Beneficia
possidentes non resident, eos Parochi;

Conc.
Mediol.
1. ubi
suprà.

Parochos ipsos, si idem in regione sibi tradita commiserint, foranci Vicarij ad Episcopum deferant.

Vide
Conc.
Mediol.
5. sub
Gregor.
XIII. tit.
de resi-
dentia
De clar.
Cardin.
in prez.
cap. 5.
sess. 21.
Conc.
Trident.

13. P L E R O S Q U E videas, qui litium, & deuolutorum, quæ ipsi etiam suscitauerunt, imaginaria specie pacificam beneficiorum possessionem obumbrare, residentiamque eo nomine deuitare contendunt: verum; qui Beneficio, aut eius fructibus gaudet, is aut resideat, aut fructus non percipiat, aliisque Decreti poenis subiaceat.

DE VISITATIONE.

CAPVT VIII.

Conc.
Trident.
sess. 7.
cap. 8.
de refor.
& sess. 22
cap. 3.
de refor.

RÆCIPVVM hoc Episcopalis officij munus est, vultum pecoris sui agnoscere & super greges suos considerare. Quotannis itaque singulas, & sibi subditas, & alias etiam exemptas, quarum visitatio facultate sibi à sacris Canonibus concessa eorum curæ incumbit, Ecclesias Episcopi visitent. Quæ anno perfici non poterit, in sequentem visitatio prorogetur.

Conc.
Trident.
loco
proximè

2. H O C verò sibi continuò ob oculos proponent, ad eorum qui visitandi sunt, salutem

lutem institutam esse visitationem; Illis sedulo propositum maximè esse debet, ut incorruptam in eis, orthodoxamque doctrinam, & verò morum laudandam disciplinam tueantur, ac restituant.

3. QUI iusta occasione impediti, id munus per se præstare Episcopi nequeunt, Vicarios, Visitatoresque integros, idoneosque deligant, qui brevi tempore visitationem sedulo absoluant, præterquam Capitula essent exempta, quæ Episcopi & decreto Tridentini Concilij per se visitare tenerentur.

p. 4. & s. 8. 25 cap. 6. de reformat.

4. QUI per se visitationis munus obiciunt, alterum ex Canonicis, aliisque, quos sibi adiumento fore prouiderint Ecclesiasticis hominibus in ea visitandi cura adhibeant, hoc maximè prouidentes, ne quàm Sacerdotibus idoneis poterant, inferioribus Clericis utantur.

5. EPISCOPI in visitatione sint modesto equitatu, famularumque contenti. Qui plures quàm qui pro dignitate Episcopi sufficiunt equos hominesque, secum duxerint, eos illi sumptibus propriis alant. Quo tantùm mensæ fercula etiam iubeant proponi. Inferiorum Visitorum comita-

citato
Conc.
Mediol.
1. sub
Pio IV.
tit. de
visitatione.

Conc.
Trident.
d. sess.
24 cap. 3
de re-
format.

Conc.
Trident.
sess. 6.

Conc.
Mediol.
4. sub
Gregor.
XIII tit.
de visitatione.
Conc.
Mediol.
2 tit. 1.
Decr. 6.

Conc.
Trident.
sess. 24.
cap. 3.
de re-
format.
Conc.
Mediol.
1. sub
Pio IV.
& 4. sub
Gregor.

XIII. tit.
de visita-
tione.

Conc.
Trident.
& Me-
diol. r.
locis
proximè
citatis.

tum pro temporum , locorum , persona-
rumque ratione definiant.

6. QUI præscriptum modum excessere-
rint , dupli condempnentur ; Inferiores
etiam , Episcopi arbitrio ; hic Concilij
Prouincialis iudicio , pœnas alias subeat.
Hoc verò in primis Episcopi curent , vt
& diligentissimè , & quàm celerrimè visi-
tationem conficiant.

Conc.
Mediol.
r. sub
Pro IV.
tit. de
visita-
tione.

7. IS ordo visitationis esto. Ciuitas
primò , tum Diœcesis , ni aliter Episco-
pus senserit ; In ciuitate Cathedralis pri-
mùm , hinc Collegiatæ singulæ , mox om-
nes Parochiales , vocatis vnà cum Paro-
cho reliquis omnibus qui in eis commo-
rantur , Sacerdotibus , Clericisque vi-
sitentur. Scholæ demùm , Seminaria ,
Sodalitates , Hospitalia , piaque alia
loca solerti adhibita inquisitione perlu-
strentur.

Conc.
Mediol.
r. vbi
suprà.

8. IN vitam potissimùm , moresque
Ecclesiasticorum Visitantes diligentissimè
inquirant , eosque , si emendandi fuerint ,
corrigant.

Idem
Conc.
Mediol.
r. vbi
suprà.

9. IN Dignitatibus , Canonicis , aliis-
que Ecclesiæ Ministris , hæc omnia dili-
genter animaduertant : an rectè ordinati ,
iisque , quos officij munus postulat , ordi-
nibus initiati fuerint.

10. AN quas ipsi Ecclesias, quæ Beneficia, Officiaue Ecclesiastica obtinent, legitima, aut grassatoria possessione detineant.

Idem
Conc.
vbi supra.

11. AN resideant, sacramentorumque administrationem, diuinorum Officiorum celebrationem, iustam anniuersariorum persolutionem, omniumque aliorum munerum, onerumque functiones, qua decet, vigilantia procurent.

Idem
Conc.
Mediol.
i. vbi supra.

12. QUÆ vita eorum sit, quæ morum ratio, qui victus, quæ conuersatio, qui quotidianus vsus, quæ qualisque familia.

Conc.
Mediol.
i. vbi supra.

13. NĒC solùm hæc, sed & quæcunque Tridentina Synodus præcepit, quæquæ ad populorum salutem, vtilitatemque pro eorum prudentia, pietateque profutura cognoscent, exquirant, & exequantur.

Conc.
Mediol.
i. vbi supra.

14. QUÆ tollenda, corrigendaue fuerint, tollant, corrigant; Delinquentes censuris, iurisque aliis remediis puniant: singulos demùm pro virili hortentur, vt officij rationem habentes, fungendi eius omnes numeros, qua maxima fieri poterit, alacritate impleant.

Conc.
Mediol.
i. vbi supra.

15. QUOS beneficia iniustè possidere locorum Ordinarij visitantes cognouerint,

Conc.
Mediol.
i. vbi supra.

eos possessione expellant, eoque nomine Beneficiorum omnes titulos sibi iubeant exhiberi, quos diligenter examinent.

Conc.
Mediol.
4. sub
Gregor.
XIII tit
de visi-
tatione.

16. *QVÆ* pro populorum emendatione, Dioceseseosque, commodis necessaria fore Episcopi pro sua prudentia cognouerint, ea ipsi omnia in visitatione, morumque correctione, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegati, Tridentini Concilij authoritate statuunt, moderentur, exequantur: Delinquentes ad sacrorum Canonum præscriptum puniant.

Conc.
Trident.
sess 13.
cap 1.
de re-
format.

17. *DECRETORVM* autem, visitationem, & morum correctionem respicientium executionem nulla appellatio impediat, aut suspendat.

Conc.
Mediol.
4. vbi
suprà.

18. *QVI* tanto Christiani nominis dedecore, tantoque rerum omnium dispendio in omnes omnis generis homines, fœminasque immoderatè irrepsit, vestium inanis, superuacaneusque sumptus, cum omni Episcopalis muneris officio, authoritateque tollere, funditusque euellere studeant.

Conc.
Mediol
4. vbi
suprà vi-
de cap.
Romana
§. pro-

19. *SECRETARIVS* nihil ab iis, qui visitantur, quouis nomine exigat; nullum vel sponte etiam oblatum tantilli muneris genus accipiat; nihil pro decretorum con-

stitutionumque in visitatione confectarum, vel actione, aut conscriptione, earumve exemplo, iussu etiam Visitantis, Ecclesius, Clericis, aliisque, qui visitantur dato, postulet. Si quis exemplum earum alio tempore requirat, tum pro taxæ in foro Episcopali præfixæ, aut præfigendæ ratione, aliquid in operis laborisque mercedem capiat.


20. Qui ius visitandi habent Archidiaconi, alique Inferiores, ij visitationis suæ acta per Notarium idoneum de consensu Episcopi assumendum excipiant, & ad Episcopum intra mensem deterant.

curaciones de consub
in 6. vide
constit.
synodales
Bernardi de
Rofer-
ti n. 14.
supra.

Cenc.
Tudenc.
lib. 24.
cap. 3. de
reform.

DE IVRE PATRONATUS.

CAPVT IX.

I.  A est sæpenumero importuna Patronorum prelatio, eorundem in rebus aliis licentia, ut Patronatus Ecclesiis libera beneficia non raro uniantur, aut vnita, & dicantur, & reperiantur. Hoc cum Ecclesiæ non mediocri damno fiat, quæ nondum plenarium fortitæ sunt effectum, quæque deinceps ad

Conc.
Trident.
sess. 25.
cap 9 de
reorm.

cuiusvis instantiam vniones fient, eas omnes ex Tridentini Concilij decretis locorum Ordinarij infringant, irritasque declarent; quæ vnita beneficia fuerint, ea vbi vacauerint, liberè, vt antea, conferant.

Conc.
Trident.
vbi supra.

2. *QVÆ* à quadraginta annis plenariè, & cum effectu factæ erunt, eas ipsi tanquam sedis Apostolicæ delegati, etiam recognoscant, & diligenter examinent, quasque aut per subreptionem, aut per obreptionem obtentas cognouerint, eas antiquent, irritasque iudicent.

Conc.
Trident.
vbi supra.

3. *QVI* in Ecclesijs, Beneficijsque alijs imò & Dignitatibus antea liberis ex dotis accessione, noua constructione, aliaue huiusmodi causa, à quadraginta annis acquisiti, aut in posterum acquirendi Patronatus fuerint, eos eadem autoritate inspiciant, quosue non in certum Ecclesiæ, Beneficij, Dignitatissue commodum euidenti necessitate, legitimeque constitutos cognouerint, eos in totum reuocent.

4. *QVI*, quod dolenter sanè referimus, magno piorum scandalo Patronatarum Ecclesiarum bona in hac nostra Prouincia, Patroni passim occupant, vsurpant, venditionis titulo, aliaue ratione contra Canonicas sanctiones transferunt,

iustosque possessores , quò minùs ea percipiant , impediunt , in eos Suffraganei ex Tridentini Concilij decretis agant , eos Patronatus iure priuatos declarent, & excommunicationi subiiciant , donec integrè restituerint , & a Romano Pontifice absolutionem impetrarint.

Conc.
Trident.
sess 25.
cap 9.
de re-
format.

5. QVÆ post foundationem Ecclesiæ , non impetrata Sedis Apostolicæ licentia , pensiones , quæ onera ab iis imposita fuerint , ea omnia penitus , vti inania , & nulla , tollant.

6. QVEM Patronorum , aut temeritas aut non ferenda cupiditas , Præsentatos ad Beneficia , Capellas , & Altaria , Clericos , & ab Episcopo admissos , absque eiusdem Episcopi consensu remouendi abusus inuexit , eum Episcopi sacrorum Canonum , Conciliorumque decretis reprimant , omnique diligentia reprimendum curent.

C. con-
tra frau-
dorum
29 c.
laici 37.
cum cast.
seq. 16.
9. 7. 0.

præterea ext. de iure patronatus



DE SACRA INQUISITIONE.

CAPVT X.

1. **N**E dormientibus hominibus inimicus homo super seminet zizania, hæreses penitus extirpandæ, fidesque Catholica, quibus fieri poterit, firmissimis fundamentis veni- confirmanda. Sacrum igitur Inquisitionis officium, vbi nullum fuerit, introducat, vbi introductum, diligenter & conseruetur & reformetur.

Conc. Mediol. s. i. ubi Gregor. XIII. tit. quæ ad fidei tuendæ studium pertinent.

2. **I**NQUISITIONIS congregationem Episcopus singulis mensibus conuocet, ad quam de iis, qui hæreticæ prauitatis suspitione laborant, deque extirpandarum hæresum ratione referat. Qui congregationi intererunt, audita decretaue, fidelī, diligentique silentio religiosissimè seruent.

Conc. Mediol. s. vbi supra

3. **Q**VI sacrum Inquisitionis officium, personas, res, acta, consilio, aut alia quauis ratione læserit, violari tue, is ex Pij V. decreto poenis ab eodem sancitis puniatur.

Bulla Pij V. quæ incip. Si de proregendis edita an 1569.

Vide Conc.

4. **Q**VI hæreseos rei fuerint, quique

Hæreticorum libros legerint, retinuerint, vendiderint, quique de fide temere aut loquuti, aut concionati fuerint, quique alio nomine de religione suspecti fuerint, ut quod carnes comederint, aliudve simile fecerint, ij omnes ad Inquisitorem deferantur: Id ut populus diligentissimè faciat, crebris hortationibus incitetur.


5. **QVI** libri prohibiti in publicis officinis fuerint, Inquisitorum etiam erit visitare.

Mediol.
2 sub
Pio IV.
tit. 1.
Decret. 2

Pius IV.
in indice
libror.
prohib.
tit. reg.
10.

DE LIBRIS PROHIBITIS.

CAPVT XI.

I.  **QVÆ** de librorum lectione, improbatione, sacra Tridentina præcepit Synodus, ea diligentissimè seruentur.

trorum librorum.

Conc.
Trident.
sess. 4.
Decret.
de Ed.
tione &
vfu sa-

2. **QVÆ** prohibitorum librorum regulæ ex Tridentini Concilij decreto in libro indicis sancitæ, editæque sunt, eas in suis Diocæssibus promulgari, venalesque in Bibliopolarum, Typographorumque officinis haberi Episcopi iubeant, publicatamque in eos, qui libros prohibitos, aut

Index
librorū
prohibi-
torum
authori-
tate Pij
IV edi-
tus, & à
S. XI V.
auct. s.
ac emū
Clemen

tij VIII. legunt, aut retinent, excommunicatio-
iussa re-
cognitus nem aliquoties in anno proponi publicè
extrac curent.

vnà cum calce Concilij Tridentini.
regulis in

Leo X. in 3. QVI libri deinceps excudentur,
Conc. Episcopi, & Inquisitoris fidei diligentia,
Lateranenſi ſeſſ & authoritate & examinentur, & appro-
ro. Pius bantur. Approbatio libri initio appona-
IV. in tur. Qui libros absque approbatione Ty-
indie. pographus ediderit, Canonicis pœnis
libr. prohib. pogræphus ediderit, Canonicis pœnis
Conc. coërceatur.
Trident. ubi ſuprà

Pius IV. 4. QVI audiendis confessionibus præ-
ubi ſuprà. positi sunt, quò suis Pœnitentibus faci-
Conc. liùs satisfaciant, librorum prohibitorum
Mediol. indicem habeant, quem iterata sæpius le-
3 sub ctione, notum sibi, familiaremque red-
Gregor. XII. tit. dant.
que ad fidei tu-
fidei tu-
unda studium pertinent.

5. NEMINI libros, aut inuehere, aut venales proponere, nisi priùs diligenter ab Episcopo, & Inquisitore inspecto, examinato, & vtriusque chyrographo obſignato eorum Catalogo, impune liceat.

Bulla Pij V. que incipit ſuperſedit. an. 1571. Conc. Med. 3. ubi ſuprà

6. QVOD Pius V. habere vetuit Beatæ Virginis, editum idiomate vernaculo Officium, illud non permittatur. Quique ſuperſtitioſis orationibus pleni precarij libri sunt, ij omnino prohibeantur.

DE HÆRETICIS, MAGIS,
Sortilegis, Astrologis.

CAPVT XII.

1. **Q**UOS hæreticæ prauitatis crimine damnatos nouerint, cum iis matrimonia fideles non contrahant; eorū colloquia, familiaritatem, commercia, & præcipuè conciones fugiant, de hisque populus sæpissime moneatur.

sub Gregor. XIII tit. 5 qui est de hæreticis vitandis toto tit Turonense sub eod. Gregor. tit. de professi. uis fidei tuendæ causa Clemens VIII. in bulla quæ incip. cum sicut edit. an. 1596.

2. QUI sortilegi fuerint, tam Clerici, quàm Laici, iuxta sacros Canones seuerè puniantur, Ecclesiasticis denuntientur. Moneatur verò frequenter populus, ne huiusmodi vllis artibus vtatur, nullum ab his remedium requirat, fallacesue Hariorum diuinationes consulat.

3. QUI rerum futurarum à Deo, liberæque hominis voluntate magna ex parte dependentium prædictiones libri continent, iique, quos Almanachos Arabico vocabulo vocant, omnino prohibeantur, ni fortè prænuntiationes eiusmodi expun-

C. cave
C. non
oporret
28. q. 2.
C. cleri-
cus C.
cum qui-
bus 24.
ou. 3.
C. conc.
Bitu-
ricens.

tit Turonense
Clemens

C. 1. &
passim
16. q. 5.
c. 1 & 2.
ext. de
sortile-
gis.

Pars IV.
in indic.
libror.
proli-
bit reg.
9. Conc.
Rotho-
magense
sub Gre-
gor XIII
tit de

cultu di-
uino in
genere
Burdiga-
lense
sub eod.
cap. 7.

Sixtus V.
in const.
incip.
cæli &
terræ
edit. an.

1585. quam innouauit Urbanus VIII. diei Aprilis 1637.

Conc.
Bituri-
cense
sub Gre-
gorio
XIII tit.
40. can. 3

Conc.
Turo-
nense 3.
c. 42 c.
admo-
neant 26
q. 7. Mc-
diol 4.
sub Gre-
gorio
XIII. tit
de su-
persti-
tionibus
causa.

Conc.
Remen-
se sub
Gregor
XIII. tit
de forti-
legiis.

gantur, eaque solùm relinquuntur, quæ pluuiarum, ventorum, sterilitatis, fertilitatis, Eclypseon, rerumque similibus prognostica attingunt; quodque constitutione sanctæ memoriæ Sixti V. ea de re promulgata cauetur, id adamussim obseruetur.

4. *QVI* quocumque pietatis prætextu, & nomine fiunt exorcismi, nisi ab Ecclesia probati fuerint, omnino prohibeantur.

5. *QVÆ* ignorantia, simplicitateque hominum superstitiosè depellendorum morborum, aliarumque rerum inanes obseruationes temere irreperunt, eas omnes frequenti adhortatione, adductisque rationibus Confessarij, & Concionatores a populorum animis euellere, & ab iis declinari curabunt.


Turonense sub eod. Gregor. tit. de professionis fidei tuende causa.

6. *QVÆ* vana nonnullorum mentes inuasit superstitio, carnibus ad vitandam febrem die Paschali abstinendum esse, quæque ad temere conceptam imaginariæ pleuritidis opinionem à nostris hominibus adhibetur, per Ecclesiam circumcur-

latio, eaque omnia, quæ anili superstitione hominum mentes detinere consueverunt, ab vnoquoque Episcopo in sua Dioccesi dilgenti inquisitione cognita tolerantur, & arceantur.

DE BLASPHEMIA.

CAPVT XIII.

1.  VI in Deum, Beatam Virginem, sanctosue palam blasphemarunt, ex Concilio Lateranensis decretis, Bullaque Pij V. seuerè puniantur. Hoc populum Parochi, hoc Confessarij, hoc Concionatores sapissimè docebunt.

Conc. Lateranen. c. sub Leone X. sess. 9. Bulla Pij V. quæ incipit cum primum edita an. 1566.

2. ATQUE vt praua illa iurandi, blasphemandique consuetudo faciliùs aut tollatur, aut minuatur, ex his, qui diuini cultus studiosissimi, Religionisque amantissimi fuerint hominibus, Constatæ nominis Dei Sodalitates instituantur. Hisque regulæ illæ præscribantur, & eæ Indulgentiæ tribuantur, quæ Pij IV. & V. Summ. Pontif. Bullis continentur.

Conc. Mediol. 2. sub Pio V. tit. 1. Decret.

Pius IV. in Bulla quæ incipit

cup. inuictum nobis edita an. 1564.

3. QVI sacræ scripturæ verba, sententiasque in iocum, nugas, resque eiusmodi alias impio abusu conuerterint, iuris, arbitriique pœnis puniantur.

Conc.
Trident.
sess. 4. in
Decreto
de edi-
tione &
usu sa-
crorum

librorum.

DE VSRIS.
CAPVT XIV.

Pfal. 14. I.
Eze-
chiel. 18
Iucz 6.
Conc.
Latera-
nense
sub Ale-
xandro
III. c. 25
Lugdun-
nense
sub Gre-
goria X.
Viennē-
se sub
Clemen-
te V. quæ
referuntur
c. quia in
omnibus 3.
c. de
c. in
Clement.



VOD sacris vtriusque Testamenti paginis, Conciliorum generalium sanctionibus, sanctorum Patrum sententiis, Summorumque Pontificum constitutionibus cautum est, fœneratores, damnosum hominum genus, fœneratitiosque contractus, siue proprio, siue alieno nomine constitutos omnibus iuris remediis, Canonumque decretis puniendos Episcopi summa diligentia curent.

Conc.
Mediol.
I sub
Pio IV.
part. 2.
tit. de
vsuris,
Pœnz
vsura-
riorum
haben-

2. QVI ad contractus huiusmodi illicitos quibuscunque artibus Proxenetæ, mediatoresue, fideles aut impellunt aut pertrahunt, Canonicis pœnis afficiantur. Hoc vt pro sua autoritate, si opus fuerit, exequendum curent, pestique huic, qua po-

terunt, ratione occurrant, sæculares Magistratus, Synodus, quanta maxima potest, charitate adhortatur.

tur c.
prze-
ica 7.
ext. de
vsuris &

tototit ext in 6. & in clement. cod. & 14. q. 4.


3. NOTARIJ qui illicitos vsurariosue contractus confecerint, pœnis à iure statutis seuerè pleciantur.

Clemen.
I. de
de vsur.
vide
Nauarr.
in sum-

ma cap. 25 num. 54.

DE TESTAMENTIS ET Legatis piis.

CAPVT XV.

1.  I C E T supremæ defunctorum voluntati iura maximè faueant, & tamen sæpius est, vel hæredum, testamentiue curatorum auaritia, vel Notariorum incuria, impietasue, vt quæ in pios vsus eroganda testamento fideles reliquerint, vnà ferè cum ipsorum cadauere sepulta videantur. Hoc Episcopi, ne accidat, diligenter providebunt, & pias testantium voluntates sedulò exequentur.

Conc.
Trident.
sess 25.
Decret
de pur-
gato 130.

2. QV O QV E Ecclesiis sua iura facilius restituantur, intra sex à Concilij huius publicatione menses, pia legata omnia Notarij sub excommunicationis pœna Epif-

C. no.
Mediol
2. sub
Pio V.
tit. 3
Decret.
17. v140

Conc.
Mediol.
& sub
Pio IV.
part. 3.
tit. de p

copo significant ; Postea verò intra tres à morte testatoris menses illud idem obseruent.
o: um locorum administratione.


3. QVI testamenta Notarij excipient, diem, annum, testatoris, legatariorum, testiumque nomina testamento subscribant.

4. QVI libro in curia Episcopali diligenter asseruando testamenta hæc, vel legata describat, Notarius ab Episcopo constituatur, cui in scripturæ mercedem certam pecuniæ summam ab eo, cui legatum relictum est, persoluendam, iustâ æstimatione idem Episcopus præscribat.

DE EXEMPTIS, ET PRIVILEGIATIS.

CAPVT XVI.

Conc.
Trident.
sess. 24.
cap. 11.
de re-
format.

I.  PISCOPORVM iurisdictioni non mediocriter impedimentum exemptis profusioris vitæ occasionem, Christianis non vulgare scandalum asserere, laxiùs, quàm par sit acceptæ exemptiones consueuerunt. Hunc igitur in exemptionum cognitione Episcopi modum adhibeant, & vt illas ad vnguem

quem obseruent, & ultra quam loquuntur, minimè extendant.

2. **QVÆ** à Metropolitanò, Suffraganeis, aut eorum Vicariis, & Officialibus censure, quæ interdicta promulgabuntur, ea Regulares, etiam exempti, in eorum Ecclesiis, ita statuente Tridentino Concilio publicè proponant, & seruent.

Conc.
Trident.
sess. 25.
cap. 7.
de rel.

3. **QVI** dies festi in Metropolitana, Suffraganeorumue Diœcesi seruandi indicentur, eos, quicumque tandem exempti fuerint, qua iussum est veneratione celebrent; quemadmodum Tridentini Concilij decreto cauetur.

Item
Conc.
Trident.
l. co
proximè
citato.

4. **QVI** ad publicas processiones exempti Clerici, monachiue vocabuntur, ad eas accedant: Qui recusarint, ni ij fuerint, qui strictiori sepro conclusi perpetuò viuunt, omnibus iuris remedijs ad id præstandum Tridentini Concilij autoritate compellantur.

Conc.
Trident.
sess. 25.
cap. 8
de regular.

5. **QVI** exemptus Prælatu, etiam Episcopus, in aliena Diœcesi Ecclesiam quacunque ratione exemptam, imò & spirituales iurisdictionem seculari possessione, memoriamque excedente tempore habentem obtinet, is aut ad sacrum oleum conficiendum, aut ad Chrisma ministran-

Conc.
Mediol.
s. sub
Gregor.
VIII. tit.
de huius
c. 39.
Episco
pali iurisdictione &
sacro v. l.

de Conc.
Trident.
sess. 6.
cap. 5 de
reform.

dum, aut ad Ecclesiam consecrandam, aut denique ad alia quævis obeunda Pontificis munia alienum in eam Episcopum non inducat, neque ipse ea officia, muneraque absque Dioccesani Episcopi expressa licentia ministret; nisi aliter exemptionis privilegio caueretur.

Conc.
Trident.
sess. 23.
cap. 10.
de re-
format.

6. *QVI CUNQUE* Abbas exemptus, licet benedictus, & presbyter fuerit, is ex Tridentini Concilij decretis nulli omnino, qui Regularis sibi subditus, professusque non sit, aut primam tonsuram, aut minores quatuor ordines conferat, aut dimissorias literas concedat.

*QVÆ GENERATIM AD
hæc decreta pertinent.*

CAPVT XVII.

I. *VÆ CUNQUE* his constitutionibus sancita sunt, ea omnia in sua quisque Diocesi Episcopus obseruet, & ab aliis, quorum interest, quibuscunque iuris remediis obseruanda curet.



Conc.
Mediol.
sub
Pio IV.
tit. de

2. *A C N E* quis ad ea præstanda ignorantiam causetur, hoc edicimus, ut quo die publicè hæc decreta edita Metropo-

leos nostræ valuis affixa erunt, duobus ab paris & aliis quæ gen. rat. tui.
 eo mensibus omnes his decretis tenean-
 tur; Qui non paruerint, mulctis ab iis-
 dem constitutus puniantur.

3. QVÆ certo præscripto dierum spa- C. 116. Mediol. I. vbi supra.
 tio præstandum aliquid decreta sanciant,
 ab eo affixionis, promulgationisque die
 eorum tempus inchoari statuimus.

4. QVÆ Prouinciali hoc nostro Cou- Conc. Mediol. I. vbi supra.
 cilio mandata cōtinetur, ea omnia Prouin-
 cialium Episcoporum vnusquisque in pro-
 xima Diœcesana Synodo legi, recitari, &
 verò, si ita visū fuerit, Ecclesiæ suæ Cath-
 edralis valuis proponi iubeat, quò ab omni-
 bus facilius intelligi, & cognosci possint.

5. CATHEDRALES, Collegiatae, Par- Idem Conc. Mediol. I.
 rochiales omnes Ecclesiæ, Monasteria, &
 Conuentus vtriusque sexus Religiosorum,
 & Monachorum omnium, decreta hæc ha-
 beant, certoq; loco tutò asseruanda curent.

6. SI quæ in his decretis quacunque
 ratione difficultas, dubitatio, ambiguitas Idem Conc. Mediol. I.
 exorta fuerit, donec alia habeatur Tolo-
 sana Prouincialis Synodus, eorum om-
 nium interpretationem, & explicationem
 nobis reseruamus. Salua tamen Sanctissimi
 D. N. & sanctæ Rom. Ecclesiæ suprema
 authoritate, cui, quæ in hac Prouinciali

Synodo acta, & decreta sunt omnia, interpretanda, mutanda, emendanda, qua decet, reuerentia, obediētia, humilitate subiicimus.

Idem
Cautum
Conc
Mediol.
z ubi
supra.

7. ET quoniam publica huius nostræ Prouinciæ Tolosanæ & verò priuata cuiusque Ecclesiæ utilitas multa à summo Rom. Pont. peti postulat, quæ nostris, nostrorumque Comprouincialium Episcoporum communibus literis ab eo petentur, ea omnia non secus, ac si in sessione publicè postulata essent, Concilij huius nomine, & authoritate facta intelligantur.

*INDICTIO FUTURI CONCILII
secundi Prouincialis.*

RRANCISEVS miseratione diuina tituli Sanctissimæ Trinitatis in Monte Pincio Sanctæ Rom. Eccles. Presbyter Cardinalis de IOYOSA, Archiepiscopus Tolosanus.

Omnibus, & singulis Reuerendissimis Dominis Episcopis, qui huc adsunt, & Prouinciali Tolosanæ Synodo quacunque ratione interesse debent, omnibus item Abbatibus, Capitulis, & Ecclesiarum Cathedralium Procuratoribus indicimus, significamus, denuntiamus, & intinamus proximam sequentem Synodum Pro-

vincialem Tolosanam secundam, Deo omnipotente authore, & ad eius laudem, hac eadem in vrbe, hoc ipso loco, anno 1593. die 29. Aprilis proximè sequente, post Pascha Resurrectionis D. N. Iesu Christi inchoandam & celebrandam esse.

Quamobrem omnes, & singulos Reuerendissimos Dominos Episcopos moneamus, Abbates verò, Capitula, & Procuratores Cathedralium inuitamus, vt eo die ad secundam Synodum Prouincialem, Deo iuuante, Tolosæ celebrandam, intersint, nisi celebrationis diem aliqua ex causa a nobis prorogatum fuisse nostris ad eos datis literis intellexerint.

Quod si ipsorum Reuerendissimorum Episcoporum nostrorum aliquis iusto tunc detentus erit impedimento, nuntium, Procuratorémue ad se excusandum, & illud impedimentum probandum ad nos mittat, cui etiam facultas scriptis ab eo detur, ea omnia, & singula nomine suo & Ecclesiæ suæ recipiendi quæ diuina gratia auxiliante in ipsa Synodo a nobis de consilio, & assensu aliorum Reuerendissimorum Coëpiscoporum nostrorum constituentur, decernentur. Datum Tolosæ Anno 1590. die 23. Mai.

NOS Franciscus tituli Sanctissimæ Tri-
nitatis in monte Pincio S. R. E. Pres-
byter Cardinalis de IOYOSA, Archie-
piscopus Tolosanus, de consilio, & assensu
Reuerendissimorum Cœpiscoporum nostro-
rum, definiens subscripsimus.

Ego Alexander de Bardis, Sancti Pa-
pali Episcopus consentiens subscripsi.

Ego Ioannes du Bourg Episcopus Riuenfis,
consentiens subscripsi.

Ego Horatius de Birague Episcopus Vau-
renfis consentiens subscripsi.

Ego Germanus Sacalei, Præpositus Ecclesie
Lombariensis & Reuerendissimi Domini Pe-
tri de Lancrau Episcopi Lombariensis in hoc
specialis Procurator, eius nomine interfui, &
subscripsi, & omnia, & singula in hac San-
cta Synodo decreta, acta, edita, & publicata,
eius & Ecclesie sue nomine recipio.

Ego Ioannes du Laurier, Canonicus Eccle-
siae Sancti Saturnini Tolosanensis, & Reue-
rendissimi Domini Petri a Episcopi Apamia-
rum in hoc specialis Procurator, eius nomine
interfui, & subscripsi, atque omnia & singu-
la in hoc sancto Prouinciali Concilio decreta,
acta, edita, & publicata, eius & Ecclesie
sue nomine recipio.

alst er-
ter legē
Beiran-
di du
Parron,
sue de
P. yran,
nol es
en m i c
Petrus
trre

Ego Georgius Topignon, Canonicus Ecclesie Sancti Saturnini Tolosanensis, & Reuerendissimi Petri Donault Episcopi Mirapicensis in hoc specialis Procurator, eius nomine interfui, & subscripsi, atque omnia in hac sancta Synodo decreta, acta, edita & publicata, eius & Ecclesie sue nomine recipio.

Ego Nicolaus Champagner à Capitulo Ecclesie Montis Albani, sede Episcopali vacante, Vicarius deputatus, interfui, & subscripsi, atque omnia & singula in hac sancta Synodo decreta, acta, edita, & publicata, quantum in me atque in Dominis Deputantibus est, dictæ Ecclesie nomine recipio.



BVLLA S. D. N. SIXTI DIVINA
*Providentia PP. V. Contra Clericos
 male aut simoniace promotos, ac in
 Episcopos in ordinum collatione pec-
 cantes.*



SIXTUS Episcopus, Servus Seruorum Dei, Ad perpetuam rememorationem.

SANCTVM & salute sacri ordinis Sacramentum ab ipso Domino & Salvatore nostro Iesu Christo institutum, bea-

riſque Apoſtoliſ & eorum legitimiſ ſucceſſoribus ſingulari diuinæ bonitatis munere traditum , ita ad Dei Omnipotentis gloriam ſalutemque animarum ſanctè ac religioſè adminiſtrari decet , vt quæ vel ex typo & figura veteriſ legiſ , vel aliàs ex multa ſanctorum Patrum prouidentia , circa ordinandorum natales , ætatem , vitæ , ac mortum probitatem , ſanctitatem , ſcientiam , & alias qualitates in ſacriſ ordinationibus requiſitas per ſacros Canoneſ , vel Apoſtolicas conſtitutioneſ , aut generalium Conciliorum decreta ſalubriter ſtatuta fuerunt , ea inuiolatè obſeruentur. Nam ſi in veteri teſtamento tam multa de integritate & munditia Sacerdotum & miniſtrorum Altariſ , de que eorum præſtantia & dignitate legimus , de quibus dixit Dominuſ per Malachiam Prophe- tam , Labia Sacerdotiſ cuſtodient ſcientiam , & legem requirent ex ore eiuiſ , quia Angeluſ Domini exercituum eſt : certè multo maior ratio & diligentia adhibenda erit in promouendiſ tam inferiorum graduum Clericis , quàm etiam præbyteriſ , qui ad conſummationem Sanctorum in opus miniſteriſ , in ædificationem corporiſ Chriſti conſtituuntur ; prout de hiſ ipſiſ & diuino verbo , & Beatorum Apoſtolorum præceptiſ , ac ſimul Sanctorum Patrum ſtatutiſ ſæpiſſimè traditum eſt. Quare noſ pro ea quæ nobiſ à Domino iniuncta eſt cunctarum Eccleſiarum cura & ſollicitudine , ipſoſ Paſtores & Præſuleſ Eccleſiarum quorum proprium munuſ eſt perſonaſ idoneaſ Clericali militiæ aſcribere , & ad minoreſ maio-

resque ordines ritè promouere , auctoritate nostra duximus admonendos , vt in exequendo hac in parte suo Pastoralis officio attentius posthac inuigilent , canonicas sanctiones , vt par est , obseruent , ac vt nemini detur offensionis occasio , neue eorum ministerium vituperetur , studeant vitare ea omnia scandala & absurda , quæ ex vitiosa & minus canonica Clericorum ordinatione cernimus cum magno animi nostri dolore frequenter exoriri . Cum enim multi etiam interdum inhabiles & indigni non vocati sancta Dei vocatione , sed potius Satanae dolis deceptis , prætextu deuotionis & pietatis , rem quidem sacram & diuinum munus , intempestiuè tamen & inordinatè affectantes , seu temporale aliquod commodum aut lucrum sibi proponentes , vel nimia simplicitate & imperitiâ , malitiæ aut fraude ad suscipiendum Clericalem characterem , aliosque ordines ante ætatem legitimam , vel à non suo Episcopo , aut non præiudicato debito examine & approbatione , siue aliàs minus ritè , vel etiam temerè se ingerant : Debent sanè Episcopi paterna charitate & prudentia eorum saluti , qui sæpè nesciunt quid petant , melius etiam quam ipsimet postulant , & salubrius consulere , nec tam quid flagitent , quàm quid expediat considerare : summa vero diligentia prouidere , tum in alienæ diocesis subditis ordinandis , ne quemquam promoueant sine eorum ordinarij litteris dimissoriis , tum in recognoscendis ipsis litteris , ne falsò aut ab aliquo , qui aucto-

ritatem illas concedendi non habeat, confectæ sint, tum denique in examinandis natalibus, ætate, vita, moribus, scientia, idoneitate, titulo, & reliquis qualitatibus, ne quid in suæ, vel alienæ diœc. personis, ad Clericalem honorem & Ecclesiasticos ordines promouendis desideretur eorum quæ ex præscripto sacrorum Canonum requiruntur.

Vt igitur Præsules Ecclesiarum intelligant, si in re tam graui & tanti momenti culpa, aut negligentia peccauerint, se non modò in tremendo Dei iudicio, verùm in hoc quoque sæculo Rom. Pontifici suæ villicationis rationem fore reddituros; Præsenti constitutione perpetuò statuimus & ordinamus, vt si in posterum Antistes aliquis, Episcopali, Archiepiscopali, Primatiali, vel etiam Patriarchali dignitate præfulgens: aut Abbas ad primam tonsuram, minoresque ordines suis subditis conferendos à Sede Apostolica auctoritatem habens, quemcumque sæcularem vel cuiusuis ordinis, aut militiae regularem, ex aliquo crimine, vitio, aut defectu, seu aliàs inhabilem, vel irregularem existentem, vel extra tempora à iure statuta, vel absque veris dimissionis sui ordinarij litteris, aut per saltum, vel furtiue, aut quo ad sæculares sine titulo sufficiens is beneficij, vel patrimonij, aut ante ætatem per sacri generalis Tridentini Concilij decreta, primæ tonsuræ, aut cuique ordini præscriptam, aut non seruatis temporum interstitiis, ita vt aliquis vñico die, seu continuatis diebus ad plures ordi-

et sacros, vel post vnum ordinem susceptum sine
 causa rationabili antequam tempus ab eodem
 Conc. Tridentino præfixum elabatur, ad alium
 ordinem promoueat, sine dispensatione, aut
 indulto Apostolico, Clericali charactere non le-
 gitimè insigniuerit, aut ordines minores, vel sa-
 cros vt præfertur, vel aliàs malè promouerit, siue
 id scienter, siue ignoranter fecerit, nisi debita
 diligentia adhibita iustus error & probabilis facti
 ignorantia eum excuset, vt in quo deliquit, in eo
 puniatur, à collatione quoruncunque ordinum,
 atque ad eò ipsius tonsuræ, & ab executione om-
 nium munerum Pontificalium, eo ipso suspensus,
 & ab ingressu Ecclesiæ interdictus existat, aliis-
 que grauioribus pœnis nostro & pro tempore exi-
 stentis Rom. Pont. arbitrio puniatur. Quòd si
 ipse huiusmodi suspensione & interdicto in præ-
 missis se temerè ingesserit, etiam à regimine &
 administratione suæ Ecclesiæ, seu Monasterij, &
 à perceptione fructuum mensæ eiusdem, ac quo-
 rumcunque beneficiorum per eum in titulum vel
 commendam seu aliàs obtentorum suspensionem
 eo ipso incurrat, eiusque interdicti, aut suspen-
 sionis relaxationem, aut pœnarum remissionem
 ab alio quàm à Rom. Pont. pro tempore existen-
 te nequeat obtinere.

Et nihilominus fel. rec. Pij Secundi & alio-
 rum Rom. Pontificum nostrorum prædecessorum,
 qui per suas constitutiones aut in Cancellaria
 Apostolica publicatas regulas contra huiusmodi
 clericos malè promotos, diuersas pœnas inflaxe-

runt, vestigiis inhærentes, eosdem clericos post-
 hac malè promotos, ab executione, ministerio &
 exercitio ordinum susceptorum, & ab omni spe
 & facultate ascendendi ad alios superiores perpe-
 tuò suspensos declaramus; & si in eis ministrare
 præsumpserint, illos sic irregulares effectos, om-
 nibus & quibuscumque per eos in titulum, com-
 mendam, aut alias obtentis dignitatibus, officiis
 & beneficiis Ecclesiasticis cum cura & sine cura,
 quomocumque qualificatis sæcularibus vel cu-
 iusvis ordinis aut militiæ regularibus, ac etiam si
 ipsi Clerici regulares fuerint, actiua & passiva vo-
 ce, ipso facto priuamus, & iis priuatos atque ad
 illa & alia similia vel dissimilia in posterum obti-
 nenda in perpetuum inhabiles & incapaces esse
 decernimus & declaramus, dignitatum, officio-
 rum & beneficiorum huiusmodi, sic pro tempore
 vacantium dispositionem nobis & Apostolicæ Se-
 di perpetuò reseruantes.

Ut autem homines, qui nimia indulgentia &
 spe impunitatis; ac veniæ facilitate hætenus fue-
 runt ad huiusmodi facinora procliuores, ea su-
 blata & præclusa ab his abstineant, & caueant in
 futurum, tam absolucendi quàm dispensandi fa-
 cultatem in casibus superius expressis, etiam in
 foro conscientiæ Nobis & Successoribus nostris
 duntaxat auctoritate & tenore præmissis perpetuò
 reseruamus: Inhibentes ne à quoquam sæculari,
 vel cuiusvis ordinis regulari presbytero, vel præ-
 lato quauis auctoritate fungente, nec per qua-
 cunque Iubilæa, & Indulgentias, etiam plenif-

simas & extraordinarias per nostros prædecessores, aut nosmetipsos vel successores nostros, anno Iubilæi, aut alio quouis tempore & Cruciatæ sanctæ, vel quocunque alio titulo, modo & forma, Motu proprio & consistorialiter, seu ad quorumcumque Principum, Regum, aut Imperatoris instantiam, eorumque contemplatione & intuitu cum quibusvis amplissimis in genere, vel in specie derogatoriis clausulis concessa, vel in posticum concedenda, nec vigore aut prætextu facultatum, aut privilegiorum Mare magnum, aut aliàs quomodolibet nuncupatorum quibusvis ordinibus, Congregationibus, aut personis regulariis, aut Episcopis per decreta Concilij Tridentini aut officio sacræ Pœnitentiariæ Apostolicæ, vel Minoribus, aut etiam Maiori, Pœnitentiariis nostris & Rom. Pont. pro tempore existentibus, vel aliàs quomodolibet pro tempore concessorum, Personæ sic ut præfertur delinquentes, tam scilicet Antistites, seu Abbates promouentes, quàm Clerici malè insigniti seu ordinati à reatibus & excessibus præfatis absolui, præterquam in mortis articulo possint, aut debeant.

Nec cum iis super irregularitate propter præmissa contracta, etiam si crimen penitus occultum fuerit, quouis modo valeat dispensari.

Verum enimvero quia grauioribus morbis fortiora sunt adhibenda remedia, & iuxta personarum, locorum, ac temporum qualitates leges sunt immutandæ, pœnæque aggrauandæ & emolliendæ, cum huiusmodi peccatum satana suggerent

hominumque fragilitate assentiente videatur ad culmen vitiorum ascendisse, & in praesens esse: ideo ut homines saltem poenae timore proprii honoris confusione à peccato deterrantur, novum huic veneno antidotum cogimus parare: Ac propterea volumus, ut qui absolutionem & dispensationem huiusmodi petent, per nos, quantum delictum adhuc occultum extiterit non per officium sacrae Poenitentiarum, sed per nos & pro tempore existentem Romano Pontificem in utroque foro absolutionem petere teneant, alioquin ipsae concessionem & absolutionem, cum clausula, quod praesentis constitutionis, & alia praedicta habeantur pro expressis, & aliis praedictis nullae, irritae & invalidae existant, a nobis penitus suffragentur.

Ceterum si quis Antistes vel Abbas seu quidem cunctis praemissis & ceteris omnibus quae in ipsius tonsurae & ordinum collatione servari debent, personas habiles & idoneas tamen recepta ab eis, quibus tonsuram, aut gradum conferet, pecunia, pretio, vel praesentatione simoniace in futurum insigniuerit, vel promiserit: volumus ut praeter alias censuras & poenas contra simoniace ordinantes & ordinatos à Romanis Pontificibus & constitutionibus Apostolicis inflictas & irrogatas, quibus nequaquam remissio intendimus, etiam omnia & singula poenitentiae praesentibus & promissis habeant.

Decernentes praesentes litteras sub quibus

concessionibus, facultatibus & gratiis, etiam in casibus quibuscumque Sedi Apostolicæ quomodolibet, etiam in Bulla Cœnæ Domini reseruatæ, etiam sub nomine Iubilei plenarij, vel Cruciatæ sanctæ absoluedi facultatem quibusvis personis generaliter vel specialiter tribuentibus, minime comprehendi: sed semper ab illis exceptas esse & ceteri.

Sicque in præmissis vniuersis & singulis per quoscumque Iudices & Commissarios, etiam cauatatum Palatij Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales sublata eis & eorum cuiuslibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate in quauis causa & instantia iudicari & diffiniri debere, ac irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac in Concilijs etiam generalibus editis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Vt autem præsentis litteræ omnibus innotescant, mandamus illas ad valvas S. Ioannis Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe Basilicarum, & in acie Campi Floræ affigi & publicari, & post quindecim dies qui in Vrbe sunt, qui vero extra eam & extra Montes intra quatuor menses, qui demum ultra Montes erunt, intra quo menses à die publicationis huiusmodi computant, perinde afficere & arctare, ac si eorum quisque personaliter intinuatæ fuissent, ac cau-

dem præsentium litterarum exemplis etiam impressis Notarij publici manu subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obfirmatis, eandem fidem in iudicio & extra illud adhiberi, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si esset exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statui, ordinationis, declarationum, priuationis, reservationum, inhibitionis, voluntatum, decretorum & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, Nonis Ianuarij, Pontificatus nostri Anno Quarto.

E. Card. Prodat.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo octuagesimo nono, Indictione secunda, Die vero nona mensis Ianuarij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & D. N. D. Sixti diuini providentia Papa Quinti, Anno eius Quarto, Retroscripta littera Apostolica affixa, & publicata fuerunt in Valuis Basilicarum S. Ioannis Lateranen. & S. Petri Principis Apostolorum de Vrbe, nec non Cancellaria Apostolica, & acie Campi Flora, ut moris est per nos Hieronymum Lutium, & Pompeum Guerram Sanctissimi Domini Nostri Papa Cursores.

Alexand. r Parabiachus Mag. Curs.

Huit

huic constitutioni Sixti V. eiusque panis moderamen
attulit Clemens VIII. Pont. Max. constitutione sua
edita an. 1595. Post huius Concilij Provincialis Tolo-
sani promulgationem, quam etiam, ne quis fortè
hallucinetur hic apponendam duximus



*Moderatio bullæ Sixti V. contra Cleri-
cos male promotos, & eos promouen-
tes editæ, cum præseruatione pœnarum
ibidem, simoniace ordinatis, & ordi-
nantibus inflictarum.*



LEMENS Episcopus Seruus Ser-
uorum Dei. Ad perpetuam rei me-
moriã,

ROMANVM Pontificem decet,
ea quæ ob iustas causas interdum sta-
uta sunt, cum ipsa rerum experientia suadet,
moderari, & immutare, prout in Domino salu-
piter conspicit expedire.

§. 1. Aliàs sanè emanarunt literæ fe. re. Sixti
PP. V. prædecessoris nostri, contra Clericos
malè promotos, ac in Episcopos in ordinum col-
latione peccantes, tenoris & c.

§. 2. Nos animaduertentes in dictis literis ni-
hil fere quo ad ea quæ in ordinum collatione ser-

uanda sunt, disponi ultra id quod in sacris canonibus, & in Concilij Tridentini Decretis, ac aliorum Romanorum Pont. prædecessorum nostrorum constitutionibus dispositum fuit, sed diuersas pœnas, & censuras Ecclesiasticas contra Episcopos, & alios Prælatos in ordinum collatione peccantes, & similiter contra Clericos, tam sæculares quam cuiusvis Ordinis, instituti, & militiæ regulares malè promotos constitui, absolutionemque & dispensationem Sedi Apostolicæ reseruari, & alias sicut in præfatis literis continetur. Considerantesque tam promouentes, quàm eos qui ad dictos ordines promouentur, sæpe censuris & pœnis huiusmodi, ob illarum multiplicationem in eorum perniciem animarum, variis modis illaqueari, nonnullos ex Prælati, & Episcopis in conferendis huiusmodi ordinibus nimis scrupulosè procedere, multosque metu pœnarum, & censurarum præfatarum, ab ordinum collatione profus deterreri, adeo vt Clericorum & Sacerdotum numerus propterea aliquibus in locis valde imminutus sit, omnium in præmissis securitati, ac animarum salutì, paterna charitate prospicere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuò valitura constitutione, supradictas literas ad terminos Sacrorum Canonum, ac constitutionis re. me. Pij Papæ II. etiam prædecessoris nostri, quæ incipit, cum ex sacrorum ordinum sub dat. videlicet quinto deci-

mo Cal. Decembris, Pontificatus sui Anno quarto, cuius tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, & ad dispositionem Decretorum facti Tridentini Concilij restringimus, & reducimus, nec non censuras & pœnas in eisdem Sixti literis contra quoscunque præterquam contra simoniace ordinantes, & ordinatos, infidias, quas volumus in suo robore permanere (alis etiam pœnis, & censuris per eosdem Canones, ac constitutionem Pij II. Conciliumque Tridentinum iniunctis salvis & firmis remanentibus) moderamur & abolemus.


§. 3. Decernentes sic, & non aliter per quoscunque iudices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam eiusdem Romanæ Curæ Cardinales, & causarum Palatij Apostolici auditores, sublata eis & eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique iudicari & defini debere, irritum quoque & inane, quidquid secus super his à quocunque quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscunque.

§. 5. Volumus autem ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici inscriptis, & sigillo alicuius Prælati vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obligatis, eadem prorsus fides in iudicio & extra

lud habeatur, quæ eisdem præsentibus haberetur si forent exhibitæ vel ostensæ nulli ergo omnino hominum &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, pridie Calendas Martij Pontificatus nostri Anno quinto.



BVLLA S. D. N. SIXTI DIVINA

Providentia PP. V. De habitu & tonsura per Clericos seu Milites Beneficia vel Pensiones obtinentes deferendis, & pœnis contra inobedientes inflictis.



SIXTUS Episcopus Servus Servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam,

Cum Sacrosanctam Dei Ecclesiam, quam Saluator noster suo preciosissimo sanguine acquisiuit, sponsam sibi elegerit, & nobis licet indignis custodiendam tradiderit: eidem sine ruga, sine macula, atque in omnibus suis membris placentem conferuare debemus, vt in ea, omnia ordinata, singula distincta, cuncta interius exteriusque pietatem & deuotionem redolentia inueniantur, & vt ineffabilibus

circumamicta varietatibus, speciosa in oculis suis appareat, quantum fauente Deo valemus, id ipsum munus exequi decreuimus. Quare animadvertentes quòd qui in sortem Domini ad eiusdem Ecclesiæ decus & ornamentum sunt vocati, & ex eo Clerici nomen consecuti, quique censu Ecclesiastico viuunt, singulari aliquo signo, à reliquo populo distingui debent, ne cui eorum iure dici possit: Quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? & ad hoc ipsum sollicitudinis nostræ obrutus dirigentes, ne sanguis eorum de manu nostra requiratur: cum ingenti cordis nostri dolore inuenimus complures supradicta Domini sententia iustè redarguendos: Nam eorum plerique Clericali honore neglecto, in vestibus laicalibus incedentes, eo se mirifico indignos privilegio reddiderunt. Quapropter licet sacris Canonibus, Conciliis generalibus, & Apostolicis constitutionibus, certus circa eorum, qui Clericali caractere insigniendi sunt habitum, ætatem & alias qualitates sit præscriptus modus, & contra in habitu Clericali & tonsura non incedentes imposta pœna, nempe vt gratiis, immunitatibus & aliis priuilegiis Clericalibus minimè gaudeant: tamen cum iniuria temporum, & forsitan dormientibus pastoribus, inimicus homo letifera transgressionis zizania superfeminauerit.

Nos propterea his & aliis rationabilibus de causis adducti, ne quis nimia siue pastorum, siue temporum indulgentia & impunitate, seu oscitan-

tia, cum religionis dedecore, nominis Dei contemptu & propriae salutis dispendio de cætero abutatur: hac nostra perpetuò valitura constitutione præcipimus & mandamus, omnibus & quibuscumque Clericis non solum in factis, sed etiam in aliis minoribus ordinibus constitutis, & Clericali tantum tonsura insignitis, & nedum beneficia Ecclesiastica qualiacumque etiam simplicia nunc & pro tempore obtinentibus, & in illis vel ad ea ius habentibus, verum etiam pensiones super quibusvis fructibus, redditibus, aut prouentibus quarumvis Patriarchalium, Primatialium, Metropolitanarum, Cathedralium, & aliarum quarumcumque Ecclesiarum, sub Abbatialium Capitularium & Conuentualium mensarum, nec non Monasteriorum, Præpositurarum, Præpositatum, Prioratum, Præceptoriarium, Hospitalium, Canonicatum, præbendarum, dignitatum, personatum, administrationum, officiorum & beneficiorum quorumcumque Ecclesiasticorum sæcularium & quorumvis ordinum regularium, seu illorum distributionibus quotidianis, ac iuribus, emolumentis & obventionibus vniuersis sibi reseruatæ, aut fructus ipsos, prædiaue, aut bona Ecclesiastica loco pensionum sibi assignatos, vel assignata ex quacumque concessione, seu dispensatione Apostolica, percipientibus, etiam coniugatis, præsertim si iidem Clerici coniugati iuxta constitutionem piæ mem. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri in Concilio Tri-

dentino innouatam priuilegiis Clericalibus uti uelint, tam in Romana Curia degentibus, quàm extra eam ubilibet gentium & locorum constitutis: ut ipsi & eorum quilibet quantumuis exempti existant, & quouis priuilegio, uel immunitate gaudeant, quacumque dilatione, aut tergiuersatione postposita, debeant omnino qui in Urbe præsentibus fuerint, intra quindecim dies, qui uerò citra Montes intra quatuor menses, qui denique ultra Montes constituti sunt, intra octo menses, à die publicationis præsentium litterarum in Romana Curia faciendæ, tonsuram & habitum Clericalem, uestes scilicet calares, aut Milites infra dicendi, quibus pensiones, aut fructus, aliaue bona Ecclesiastica reseruata sunt, suæ Militiæ conuenientem quacumque remota excusatione assumere & iugiter deferre. In futurum autem non nisi actu Clericis in habitu Clericali & tonsura, & Militibus infra dicendis in Militari incedentibus suæ militiæ propria, aut alia quacumque Ecclesiastica etiam simplicia beneficia respectiuè conferantur, aut commendentur, aut pensiones fructusue, aut bona Ecclesiastica referuentur.

Alioquin ipsos & ipsorum quenlibet, qui quoad gestandum habitum Clericalem & militarem supradictum, lapsis huiusmodi tempore eorum unicuique ut supradictum est, præfixo, nostris huiusmodi præcepto & mandato nunc & in posterum perpetuis futuris temporibus cum effectu non obediuerint, præter aliàs pœnas contra

eos inflicias, etiam quibuscumque dignitatibus, administrationibus, officiis, Canonicatibus & præbendis, ac beneficiis etiam simplicibus & præstimoniiis per eorum quemlibet in titulum, commendam, vel alias pro tempore obtentis, necnon pensionibus & fructibus, ac prædiis, bonisque Ecclesiasticis huiusmodi quocumque modo eis reseruat, vel reseruandis, omnique iure sibi in eis, vel ad ea quomodolibet competenti, harum serie ex certa nostra scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine priuamus, ac sine vlla alia monitione; citatione, Iudicis decreto, aut ministerio ipso facto priuatos declaramus, ac tam beneficia ipsa per priuationem huiusmodi vacare & liberè aliis conferti posse, quàm etiam pensiones cassatas, extinctas esse & fore, ac fructuum, vel aliarum rerum reseruaciones cessare, & quemquam vterius ad illorum solutionem minimè teneri, & ob non solutionem censuras & pœnas aliquas incutere non posse, nec debere decernimus: ipsasque dignitates, personatus, administrationes, officia, necnon Canonicatus & præbendas, & beneficia sic pro tempore vacantia, collationi, provisioni & dispositioni nostræ; & Rom. Pont. pro tempore existentis perpetuò reseruamus.

Statuentes sic in præmissis vniuersis & singulis, per quoscumque Iudices & Commissarios etiam causarum Palatij Apostolici Auditores & S. R. E. Cardinales, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate in quauis

causa & instantia iudicari & diffiniri debere, nec non irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Cæterum Milites quarumvis Militiarum sub regula aliqua approbata canonicè institutarum, vel alios Rom. Cur. officiales, qui non uti Clerici, sed potius tanquam Milites iuxta priuilegia & dispensationes Apostolicas eis in genere, vel in specie per nos, aut prædecessores nostros nominatim concessa, & sub se. re. Pij Papæ V. prædecessoris nostri constitutione, quæ incipit, Sacrosanctum, &c. huiusmodi priuilegiorum forsan reuocatoria minimè comprehensa, beneficia militiæ quam professi sunt regularia obtinent, seu pensiones super quibusuis fructibus, redditibus & prouentibus Ecclesiasticis etiam prædictarum Ecclesiarum & beneficiorum sæcularium, aut fructus ipsos sibi reueruatos percipiunt, aut obtinebunt, vel percipient in futurum, siue Clericali caractere insigniti sint, siue non sint: qui verò Clerici sunt, etiam si ab initio tempore reservationis pensionum, seu fructuum huiusmodi, regularem habitum nondum susceperint, nec militiis officiorum Rom. Cur. ascripti fuerint, sed post factas eorum cuique reservationes ante, vel post publicationem præsentis constitutionis Milites effecti extiterint, sub præcepto & mondato præfatis de habitu & tonsura Clericali deferendis, nolumus comprehendi: sed iis permittimus, ut regulari habitu Militiæ, quam

professi sunt conuenienti, vel si ipsi Milites Rom. Cur. officiales fuerint, qui pensiones, aut fructus, aliaue prædia aut bona Ecclesiastica ex dispensatione seu priuilegio Apostolico percipiant, habitu militari suprascripto absque alicuius censuræ vel pœnæ Ecclesiasticæ incursum licitè uti valeant : & nihilominus tam beneficia suæ Militiæ regulatiua retineant, quàm etiam pensiones super Ecclesiarum & beneficiorum prædictorum etiam secularium fructibus, seu bona, vel fructus præfatos sibi pro tempore reseruatos percipiant.

Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon consuetudinibus etiam longissimo & immemorabili tempore obseruatis, quæ abusus & corruptelæ potius censendæ sunt : priuilegiis quoque, indultis & litteris Apostolicis quorumcunque tenorem existant, quæ omnia nolumus cuiquam aduersus præmissa in aliquo suffragari.

Mandamus verò vniuersis & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis & aliis Prælatiis, ac locorum ordinariis, ut in suis quisque Ecclesiis, Ciuitatibus, & Dioccesibus curent præsentem litteras, earumque exempla publicari & inuolatè obseruari. Et ne quis præsentium litterarum ignorantia se valeat excusare, iubemus illas ad valuas Basilicarum S. Ioannis Lateran. & Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, & in Cancellaria Apostolica affigi & publicari, earumque exempla

inibi affixa relinqui , & deinde in eadem Cancellaria Apostolica in libro Quinterno appellato, inter ceteras constitutiones perpetuas describi & registrari. Decernentes publicationem in Basilicis præfatis & in acie Campi Floræ faciendam , post lapsum temporis superius præfixi vnumquemque arctare & afficere , perinde ac si ipsæ præsentis litteræ singulis personis præfatis personaliter intimatæ fuissent : Volumus quoque earundem præsentium transumptis , etiam impressis, Notarij publici manu subscriptis , & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis, plenam & indubitatam fidem in iudicio & extra adhiberi , quæ ipsis originalibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum præcepti , mandatorum , priuationis, decretorum , reservationis, statuti, voluntatum, permissionis, & iussionis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, quinto Idus Ianuarij, Pontificatus nost. Anno Quarto.

E. Card. Prodat.

Anno à Natiuitate Domini , Milleſimo quingentefimo octuageſimo nono , indictione ſecunda , Die vero decima octaua Menſis Ianuarij , Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papa Quinti , Anno Quarto : Retroſcripta littera Apoſtolica affixe & publicata fuerunt in Valuis Baſilicarum Sancti Ioannis Lateranenſis & Sancti Petri Principis Apoſtolorum de Vrbe , necnon Cancellaria Apoſtolica , & acie Campi Flora , vt moris eſt per nos Hieronymum Lutium & Baptiſtam Io. Bagni Sanctiſſimi D. N. Papa Curſ.

Alex. Parabiachus Mag. Curſ.





NOTÆ
AD CONCILIVM
PROVINCIALE TOLOSANVM.



MICE LECTOR,
vnum hęc te monitum
velim, quod post edi-
tas huiusce Concilij Pro-
uincialis Notas margi-
nales, cum de huius Decretis, magni
cum nominis viro sermones consererem,
fontesque aperirem, mentem ipse aperuit
suam, dixitque se iamdudum in ea
versari sententia, vt existimaret,
ea tantum Concilij Provincialibus
Mediolanensibus, quę Eminentissim.

Cardinal. à Ioyosa ex Italia in Galliam aduexerat, innixa esse. Sicque inter Italica potius Concilia, quàm Gallicana, recensendum esse istud Concilium; ac plerisque in locis Ecclesia Gallicana Decretis aduersari; cum tamen, quæ hîc sanciantur, certò certius sit his esse planè conformia. Quare ne quis in eundem errorem impingeret, indicare hîc tantùm volui concilia Gallicana, maximè quæ post Concilium Tridentinum celebrata, & à Sede Apostolica confirmata fuere, quæ sub iisdem titulis eadem præcipiunt, quæ hoc nostrum Concilium: Poteram nihilominus vnius cuiusque Capituli numeris, sua quibusque Conciliorum Decreta integra attexere, vti præstitum à nobis infra nonnullis in locis; Sed ne volumen excreset, malui ad eadem Concilia, quæ omnibus obuia, Lectorem remittere, quàm chartas implere.



DE FIDEI PROFESSIONE.

P Ag. 430. num 3. quæcunque posthac, &c.] Constit. conuentus Melodun. 1579. sub tit. de fidei Catholicæ professione, Cancil. Bituricense 1584. tit. forma professionis fidei. Narbonense 1609. cap 1.

Ead. pag. 430. n. 4. Quicunque deinceps, aut ad Archiepiscopatum Tolosanum, &c.] Conc. Emeritense Can. IV. can. quoniam. can. Optatum 100. dist. Conc. Carthaginiense IV. can. 1. Conc. Rothomagensis 1581. tit. de fide & religione, & tit. de Episcopis & Capitulis n. 6, Burdigalense 1583. cap. 1. Bituricense 1584. vbi proximè. Aquileiense 1596. tit. de fide profitenda. *Voyez l'ordonnance de Blois art. X. & dans le 2. tome des actes & Memoires du Clergé de France, le Cayer des articles presentez au Roy par Nosseigneurs les Prelars de France, & respondus par sa Majesté par Lettres patentes du 22. Janvier 1574. art. X.*

Ead. pag. & num, Qui beneficia obtinent & obtenturi sunt.] Constit. Conuentus Melodun. 1579. vbi supra. Conc. Rothomagensis 1583. tit. de fide & religione. Remense 1583. tit. de fide Catholica, & eandem profitendi ratione. Burdi-

De fidei Professione.

galense 1583. cap. 1. Turonense eod. an. tit. de professionis fidei tuendæ cura. Bituricensis 1584. tit. 2. c. 1 & 2. Aquense 1585. tit. de professione fidei catholicæ. Aquileiense 1596. vbi proximè. Narbonense 1609. Burdigalense 1624. aliaque. Quod utique ita obtinet. ut non modò qui ad beneficia, sed & qui ad officia Ecclesiastica promouentur, hanc solennem fidei professionem edere debeant. Ex Conciliis iam citatis. *Voyez la susdite ordonnance de Blois art. 10. & le susdit cayer au lieu y-dessus allégué.*

Ead. pag. & num. Abbates, Cœnobiorum præfecti.] Conc. Burdigalense & Turonense 1583. locis proximè designatis.

Ead. pag. & num. Academiarum Doctores & Magistri.] Constit. Conuentus Melodun. 1579. tit. de fidei professione. Conc. Bituricensis 1584. tit. 2. can. 3. Aquense 1585. tit. de professione fidei catholicæ. Aquileiense 1596. tit. de fide profitenda. Narbonense 1609. cap. 1. Burdigalense 1624. cap. 1. n. 5. decreta Bonhomii. tit. de fidei professione. *Voyez l'ordonnance de Blois art. X. & le susdit Cayer art. XI.*

Pag. 431, n. 4, & 11. demum qui vel ad conciones.] Decreta Bonhomij tit. de fidei profess. Conc. Aquileiense 1596. tit. de fide profitenda Burdigalense 1624. cap. 1. n. 3.

Ead. pag. & n. vel ad ordines.] Conc. Toletanum XI. can. X. can. quamquam XXIII. dist. Conc. Rotomagensis 1581. tit. de fide & religione, Remense 1583. tit. de fide Catholica, & can-

De Episcopis.

dent profitendi ratione. Burdigalense 1583. cap. i, Bituricense 1584. tit. 2. can. 1. Aquense 1585. tit. de profess. fidei Catholicæ. Narbonense 1609, cap. 1. *Voyez la susdite ordonnance de Blois.*

De Episcopis.

PAg. 431. n. 1, Speculatoresque domus suæ præfecit.] Episcopus superinspector vocatus à Cassiodoro initio Psalmi 108. Et speculator can. Cleros 21. dist. sic & apud Ezechielem speculator is dictus quem dabat Dominus domui Israël *κρόνος* & 2. 70. interpretibus. Conc. Rotomagense sub Gregorio XIII. *Episcopi in specula constituti, & supra montem positi, sicut debent omnium inferiorum actiones inspicere, ita meminerint se omnium aspectui exponi, nec posse abscondi, propterea, &c.* Conc. Remense 1583. *Cum in Episcopos, velut supra montem positos, omnium oculi conserti esse soleant, hortamur illis, ut Episcopi esse, quàm dici malint: Inuisigentque diligenter iuxta nomen suum gregibus suis, & lupos ab ouili Christi pro virili arceant.*

Ibidem errantes in viam reducant.) Gumtranus Rex Francorum in præceptione seu edicto ad Episcopos in Concilio Matisconensi 2. *Licet ab ipsius nostræ admonitione ad vos, Episcopos, specialiter prædicandi causa pertineat, astamen vel quorum peccatis, vos omnino credimus esse participes, si filiorum vestrorum culpas, non assiduâ obiurgatione corrigitis, sed silentio præteritis.* Paulò post: *Vos Apostolici pontifices, iungentes vobiscum sacerdotes vestros & filios seniores Ecclesiæ, ac iudices locorum & ita unanimes pœnitenti*

De Episcopis.

multitudinem constanti, vel Deo placitâ iugiter prædicatione corrigite, ut & benè viuentes mysticus adhortationis sermo multiceat, & excedentes ad viam recti itinèris, correctio pastoralis adducat.

Pag. 432, n. 4. Nèc vnquam sacràs & Episcopales functiones exerceant quin priùs, &c.) Concil. Aquense 1585. *Et cum huiusmodi sacràs & Episcopales functiones exercent, ne illas aggrediantur, nisi priùs illius ministerij, quod tractant, graui aliquo sermone & concione, populo vim & rationem pie explicent, quò magis fideles ad verum diuinarum cultum excitentur.* Conc. Narbonense an. 1609, cap. 26. *Ut verò populus ministerij ab Episcopo peragendi, illiusque institutionis ab Ecclesiâ causus odorari possit, priusquam ea inania aggrediatur Episcopus, easdem breui ad populum habitâ concione explicabit.*

Ead. pag. 432. n. 5. Officiarios maximè verò officiales) idem habet, iisdèinqua ferè verbis, Conc. Narbonense iam laudatum vbi proximè.

Ead. pag. 432. n. 6. Missam quàm poterunt frequentissimè.) Conc. Rotomagense 1581. sub Gregorio XII. tit. de Episcopis & Capitulis, *Quoniam omnis Pontifex ex hominibus assumitur, in his quæ sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia, Episcopi si non quotidie studeant tamen omnibus diebus Dominicis ac festiuis, Missam celebrare, Ecclesia sua Cathedralis frequentissimè officijs interesse & præsse, prædicationisque Verbi Dei, quoad poterunt, insistere, ac cætera pastoralia mînera exequi.* Idem habet Conc. Remense 1581. Turonense eod. an. Aquense 1585. Narbonense 1609. cap. 26, & Burdigalense 1624. cap. 8, num. 7.

De Episcopis.

Pag. 433. n. 7. Orationibus & meditationibus.

Conc. A quense 1585. In primis cum cum in oratione
sanctisque meditationibus frequentem esse oporteat, cer-
tam sibi horam hauriat sumat, quam in contemplatio-
num diuinarum studio, exercitatione quo utentissimis
religiose mentis cogitationibus ponat. Qua oratione non
sibi ipsi tantum, diuini luminis illustrationem deprecet:
sed etiam pro fidelibus sua cura commissis humiles preces
fundat, eorum peccata deplorando, proque gemitu, &
religiosa supplicatione Deum orando, ut disiectis pecca-
torum habitas pluuia & rorem sua diuina gratie
ac misericordie effundat in hereditate no, & agrum Ec-
clesie sue: Sed & hæc quoque adijcit: Certam au-
tem horam ad vesperum prescribat, qua vniuersa quoti-
die, vel in sacellum domesticum, vel in Ecclesiam pro-
ximam adorandum conueniat: Vbi & ipse inter se
modò aliquando impeditus non sit. Idem habet Con-
Narbonense 1609, cap. 26.

Pag. 433. n. 8. vel sacra librorum lectio) Sy-
nodus Cabilontensis 2. cap. 1. Decretimus iuxta san-
ctorum canonum constituti nem & celebrationem scriptu-
rarum de Trinitate, ut Episcopi & Presbiteri sint in lectio-
ne & seruatione mysteria Verborum Dei, quibus in Eccl. sit
Doctrina fulgore splendens, & Verborum Dei alimen-
tis animis sibi subditas facere non cessent. Item Da-
uid quotidie Domino dicant Psalm. 118. Recurra o. uis
meos & considerabo mirabilia de lege tua, ita videlicet
ut illas scripturas nouissimas habeant, que canonice
appellantur & earum sensum per patrum statuta in-
quirant, canones quoque & librum B. Gregorii Pape de
cura pastorali, & secundum formam ibidem conscrip-

De Episcopis.

tam, & vivant & præsent; Et Græci quidem in orientali Ecclesia voluerunt Episcopos designatos antequam consecrarentur integrum mente tenere psalterium Davidicum, ut liquet Conc. Nicæni 2. cap. 2. Addunt etiam & sacros Canones, Sanctum Euangelium, sancti Apostoli librum, & totam sacram scripturam perdiscendam: ut ipsi Episcopi iuxta diuina præcepta conuertant & doceant populum suum. Est enim inquit patres istius Concilij, substantia Hierarchiæ, aliàs summi Sacerdotij, scientia scripturarum, ut ait Magnus Dionysius. Porrò Synodo Cabilonensi, & huic nostræ Prouinciali suffragantur. Concilia Burdigalense 1582, Remense 1583, Aquense 1585, Narbonense 1609. cap. 26.

Ead. pag. 433, n. 8. Ne nimia laicorum familiaritate) Conc. Aquense 1585. A nimia secularium, & præcipuè faminarum familiaritate meminerint abstinere, secularia conuiuia fugiant. Conc. Narbonense 1609. cap. 26. Conuiuia non faciant frequentia, à laicorum familiaritate abstineant, ne sic dignitatem imminuant, sed tempus pro exercitatione assumendum sacrorum librorum lectioni, & pijs hominum colloquijs impendant.

Pag. 433. n. 9. faciles aduentibus se præbeant) Conc. Aquense 1585. Officij præterea sui esse possent, eos excipere atque audire, qui ipsos, vel tamquam iudices, vel tamquam parentes, vel consultores adiutores de aduent. Itaque his peractis, quæ ad diuinum cultum, religionis officia, & ad animi, spiritusque pia studia pertinet, omnibus aduentibus se faciles benignosque

De Episcopis.

præbeant, ita tamen *ut ne à gravitate rec. dant.* Conc. Narbonense ubi proxime, idem Sancit.

Pag. 433. n. 10. Pauperum egenorumque hominum, &c.) Synodus Turonensis sub Carolo magno: *Pauperes convivia sine Episcoporum, cum quibus non solum corporali, sed spiritali reficiantur elemento* Conc. Aquense 1585. *In elemosynas sit largus, & præter eas quas per elemosynarium suum distribuit, ipse quoque proprijs manibus sæpius pauperibus elemosynas largiatur.* Conc. burdigalense 1624. cap. 8. n. 5. *Pauperes autem pudore suffusos exquirere, alere, filias egenorum nobiles sanctarum exemplo matrimonio collocare. Oppressos à potentium superba iniuriâ, & insolenti supercilio vindicare, & quarumcumque miserabilium personarum curam continuam habere. Hac omnia pia, quasi manè ros erumpens, Episcoporum iustitiam commendabunt.*

Pag. 434. n. 11. Sanctamque illis benedictionem, Conc. Narbonense 1609. cap. 26. *Se faciles ad euntibus præbeant, præsertim vero infirmorum dolores declarantibus, quibus ita paterna benedictione provideant, ut infirmos visitent, quibus sanctam benedictionem concedendo, & dolorem leniant, & forsitan ea Dei bonitate sanitatem restituant.*

Pag. 434. n. 12. Coepiscopus vero, &c.) Con-Aquense 1585 cap. de Episcopis, Conc. Narbonense 1609. cap. 26.

Ibidem n. 13. Nisi tribus post obtentam provisionem,) Conc. Rotomagense 1581. tit. de Episcopis & Capitulis n. 4. burdigalense 1582. cap. 16, Brixicense 1584. tit. 32. cap. 2. ordinatio eleventis art. 8.

De Episcopis.

Pag. 435. n. 14. ad sanctos sanctæ Romanæ Ecclesiæ ritus) Conc. Turonense 1583. tit. de disciplina Ecclesiastica, cleri etiam plebis circa diuina reformatione.

Ibidem n. 15. quoties aut per ciuitates, &c.) Conc. Aquense 1585. tit. de Episcopis, Conc. Narbonense 1609. cap. 26.

Ibidem n. 16. Vestes non ad luxum sed ad decorum) Conc. Rotomagensis 1581. cap. de Episcopis n. 11. Aquense 1585. vbi proximè. Narbonense 1609. cap. 26.

Ibidem crit annulo episcopali contentus) Conc. Aquense 1585. *Sit annulo Episcopali contentus, & eo semper utatur, & ubique, tum domi, tum foris, tum in sua, tum in aliena Diocesi, vs perpetuò se Ecclesiæ suæ sponsum esse meminerit. Decreta Bonhomij cap. 8. Vnico annulo Episcopali, eoque simplici sit contentus, quo annularem dexterae digitorum perpetuo induat ad matrimonij, quod cum Ecclesiæ suæ contraxit, memoriam, & restitutionem. Annulus cur detur Episcopo, cur gestetur in indice, & quid significet, vide quæ accurate collegit noster Ioan. Steph. Duranti lib. 2. de Eccles. ritib. cap. 9. & post eum Andreas du Saussay V. C. lib. 3. Panopliz Episcopalis.*

Pag. 435. n. 17. Nigro episcopi videntur colore, &c.) Conc. Aquense 1585. cap. de Episcopis. Decreta Bonhomij cap. 11. *Voyez le Reglement pour les habits des Euesques de l'Assemblée du Clergé de France tenue le 4. Septembre 1608. inseré au 2. tome des actes & memoires du Clergé de France part. 3. tit. 1. qui or-*

De Episcopis.

donne la même chose conformément au Cerimonial.

Pag. 436. n. 18. *Picturas omnes*,) Conc. Narbonense 1609. cap. 26.

Ead. pag. 436. n. 19. *Nec sanè minor in victu adhibenda est cautio*) Conc. Carthaginense IV. cap. 15. quod refertur apud Gratian. dist. 41. cap. 7. *Episcopus vilem suppellectilem & mensam, ac victum pauperem habeat, & dignitatis sua auctoritatem fidei, & vita meritis quarat.* Synodus Turonensis 3. sub Carolo Magno cap. 5. *Episcopum non oportere nimium profusus incumbere conuiuijs, sed paucis & moderato contentus sit cibo.* His suffragantur Conc. Rotomagense 1581. cap. de Episcopis. Burdigalense 1582. Narbonense 1609. cap. 26. Burdigalense 1624. cap. 8. n 3.

Ead. pag. ac numero inuectas ciborum varietates Episcopis à suis mensis remouendas curabunt) Conc. Aquense 1585. cap. de Episcopis, *Ut autem temperantia potius exemplum quam luxuria irritamentum sit Episcopalis mensæ, ne plura quam tria aut hyscolum gratia quatuor ad iuniorum ferula apponantur, prater escam primò apponi solitam & inrulentum cibum, lacticinumque, & fructus item quos in secundis mensis apponi motus est.*

Pag. 436. n. 20. Lectio mensæ numquam decrit) Synodus Turonensis iam laudata cap. 5. *Quamdiu conuatur Episcopus, potius sacra lectio ante mesam eius recitetur quam otiosa à iunioribus resonant verba* Conc. Burdigalente 1582. cap. 16. *Ad excludendum a iunioribus fabulas & vana colloquia, lectio sacrarum scripturarum mensæ alibi beatur, qua dum corpus alitur,*

De Episcopis.

suo quoque animo alimenta suppeditet. Conc. Remense 1583. Hortamur, ut mensas habeant sobrias, cibosq; moderatos, diuinarum scripturarum sale, lectioneq; conditos.

Eod. n. 20. Nec tamen quæuis admittenda)

Conc. Aquense 1585. cap. de Episcopis: Lectio in mensa potissimum sit è Sacra Scriptura & pastoralibus libris, & vitis Sanctorum Episcoporum, qui Episcopale munus egregie obierunt. Tridentini etiam Concilij Decretum in sess. 25. editum cap. 1. de vita Episcoporum; Et formulam illam promissionis suæ in consecratione Pontificali libro prolatam sæpè in mensa legere: & præcipuè diebus solennioribus, & die consecrationis suæ.

Pag. 437. n. 21. Sycophantas, Parasitos, Histriones) Synodus Turonensis sub Carolo Magno ubi proximè, Conc. Remense 1583 cap. de Episcopis n. 8.

Pag. 437. n. 22. Pium aliquem & sanctum &c.) Conc. Aquense 1585. cap. de Episcopis, Narbonense 1609. cap. 26.

Pag. 437. n. 23. Cauebunt igitur ne officij rationem, &c.) Conc. Burdigalense 1582 cap. de Episcopis. Sint etiam de domesticorum moribus & vita solliciti, ne ex alienis vitijs turpem contrahant infamia notam. Conc. Aquense 1585. Domi & familia sua b: nè præsit; curetque ut honestus decorumque in familia seruetur. Qui enim domum suam regere nescit, nec Dei Ecclesiam rectè gubernabit,

Pag. 438. n. 24. Nullum qui prauitatis hæreticæ &c.) Conc. Rotomagense 1581. cap. de Episcopis & Capitulis. Non patiantur Episcopi in suis familijs

De Episcopis.

illos de heresi, aut alio crimine notatos, aut suspectos. Decet enim Episcopum suae domui praesse, & eam non solum à criminibus, sed etiam criminum suspitione carere: Idem cautum Conc. Remens. 1583. Aquens. 1585. Narbonens. 1609. cap. 26. aliisque.

Pag. 438. n. 25. In frequentem omnibus confessionem, &c.) Conc. Aquense 1585. cap. de Episcopis. Curet Episcopus omnem familiam suam saepe de peccatis confiteri, eam saepe Sacram Eucharistiam sumere, quam praesertim festis solennioribus, & semel in mense de manu Episcopi sumant. Vide Conc. Narbonens. 1609. cap. 26. ac Decreta Bonhomij cap. 8.

Pag. 438. n. 26. quò verò paratiores illos, &c.) Conc. Aquense 1585. vbi proximè.

Pag. 439. n. 30. Serico promiscuè non utentur) Sericum non tantum iis qui Episcopis inseruiunt, sed & omnibus Clericis, ipsisque etiam Episcopis disertè prohibitum in septima Synodo generalique Nicæna secunda fuit can. 16. Basileensi in prambulari Epistola ad Synodum. Lateranensi sub Leone X. in Bulla reformat. Palentino in Hispania an. 1322. cap. 6. Tolerano sub Clemente VI. tit. de Clericorum vita & honestate; & sub Sixto IV. tit. 5. p. 36. & 37. tom. 34. Conc. Reg. edit. Senonensi 1528. sub Antonio à Prato Cardinali atque Metropolitano. Narbonensi 1551. celebrata sedente adhuc Tridentino Concilio: Burdigalensi 1583. Aquensi 1585. aliisque. Sane Sanctus Carolus Borromeus Sericum omne vestimentum à se, suaque omni familia proferri prohibuit, ac in Concilio Mediol. à nobis in margi-

De Capitulis & Canonicis.

laudato legem tulit suffraganeis, *vt Episcopus in vestitu sericum non adhibeat. Item in domestica suppellectili, nihil auro, aut argento habeat ornatum nihil sericum aut serico distinctum.* Item Clericis quibuscumque precepit, *vt sericum aurum, argentum, colorum varietatem, ab usu suo prorsus excludant.*

De Capitulis & Canonicis.

DE Capitulis & Canonicis vide constit. Conuentus Melodun. an. 1579. pag. 98. apud Odesp. Conc. Rotomagense 1581. pag. 179. à n. 15. & seq. Remense 1583. pag. 244. Burdigalense 1583. cap. 17. pag. 295. Turonense 1583. pag. 351. Bituricense 1584. tit. 34. pag. 424. Aquense 1585. cap. de Canonicis & Capitulis pag. 480. & 483.

Pag. 447. n. 7. in comitijs, totalitijs, &c.)

Conc. Bituricense 1584. tit. 34. can. 9.

Pag. 443. n. 8. Statutorum omnium Episcopis suis capitula, &c.) Conc. Rotomagense 1581. cap. de Episcopis & Capitulis n. 33. Aquense 1585. cap. de Capitulis.

Pag. 443. n. 10. *vt quælibet Cathedralis Ecclesia pœnitentiarium habeat*) de pœnitentiarijs in singulis Ecclesijs Cathedralibus instituendis, videlicet Conc. Lateranense sub Innocent. III. habitum, cap. inter cœtera ext. de offic. Iud. ord. Conc. Londinense celebratum an. 1237. Præsidente Othone Cardinali, & legato sedis Apostolicæ apud Matthæum Paris. Rotomagense 1581. sub Carolo Cardinale de Borbonio cap. de Episcopis & Canonicis n. 26. Turonense 1583. cap. de Capitulis dignitatibus, & canonicis. Aquense 1585. cap. de

De Parochiis.

Canonicis, aliaque quibus addere liceat Ioannem Filessac : lib. de sacra Episcoporum auctoritate cap. 15. ubi pluribus de pœnitentiarij Institutione in Ecclesia orientali. *Voyez les Cayers presentez au Roy, par l'assemblee generale du Clergé de France & repondus par sa majesté par lettres patentes du 22. Janvier 1574. art. 20. dans le 2. tome des actes & memoires du Clergé de France part. 1.*

De Parochiis.

PAG. 444. n. 1. sacris hortationibus concionibusque) paræcos, vti & Episcopus, debito & obligationi prædicandi populo Verbum Dei obnoxios esse probat. Canon. Apostolorum quinquagesimus octauus hac serie contextus : *Episcopus, vel presbyter, qui cleri vel populi curam non gerit. & eos pietatem non docet. Segregatur, & si in fucordia perseverat, deponatur.* Cui adstipulantur Concilia complura, Trullinum cap. 19. Valensè 2. quod an. 529. confedit ante Caroli Magni tempora can. 2. Arelatensè sub ipso Catolo can. 10. & ipse Carolus in Capitularibus locis quamplurimis lib. 1. cap. 70. 109. & 166. lib. 5. cap. 102. aliisque Conc. Trident. Vestigijs antiquorum inhærens, hoc expressè declarat & præcipit variis locis, & in primis sess. 5. de reformat. cap. 2. sess. 22. cap. 8. sess. 23. cap. 1. & sess. 24. c. 4. & 7. Vide infra part. 3. cap. 3. n. 1. & 2. Ex his confice parochio commune cum Episcopo esse prædicandi munus. D. Hieronymus, seu alius de septem ordinibus Ecclesiæ can. ecce ego 95. dist. *Nemo hinc Episcoporum inuidiæ diabolice tentationis inflatus irascatur in templo,*

De Parochiis.

si presbyteri interdum exhortentur plebem, si in Ecclesijs prædicent, si plebibus, ut scriptum est, benedicant, Et quatinus olim nonnullis in Ecclesijs mos ille obtineret, ut presbyteri silerent præsentem Episcopum, hunc tamen morem suggillat. D. Hieronymus scribens ad suum Nepotianum: *peffima consuetudinis est, in quibusdam Ecclesijs tacere presbyteros & præsentibus Episcopis non loqui, quasi, aut inuideant, aut non dignentur audire,* can. sancta subiectus 96. dist.

Eod. n. 10. frequenter ægrotos etiam non vocati adeant) ex præscripto ritualis Romani cap. de Visitatione & cura infirmorum, ac statutorum Synodaliū Ioannis d'Orleans supra & Conc. Mediolan. in margine citari.

Ibidem suscipiendorum Sacramentorum necessitatem explicent) Concil. Trident. sess. 24. cap. 7. de reformat. *ut fidelis populus ad suscipienda sacramenta maiori cum reverentia atque animi devotione accedat præcipit sancta Synodus Episcopis omnibus, ut non solum cum hæc per seipsos erunt populo administranda, prius illorum vim, & usum pro suscipientium capiti explicent, sed etiam idem à singulis parochis piè prudenterque etiam lingua vernacula, si opus sit, & commode fieri poterit servari studeant iuxta formam à sancta Synodo in catechesi singulis sacramentis præscribendam quam Episcopi in vernaculam linguam fideliter versi, atque à parochis omnibus populo exponi curabunt.*

Pag. 445. n. 2. Latinum Gallicumque Romanæ fidei catechismum perpetuo habeant) Conc. Rotomagensis an. 1581. celebratum cap. de Cura-
TORUM

De Parochis.

rorum & aliorum presbyterorum ac parociano-
rum officis, num. 13. *Ut autem quilibet parocus
suo officio d'fungi queat, Catechismum Romanum lati-
nè & gallicè habeat, & ex eius præscripto doctrinam
de Symbolo Apostolicum, legis decalogi, sacramentis
atque aliis ad salutem necessarius tradat: frequenter
quoque ac libenter in libris sacris & homiliis patrum
legat. Unde ad caput populi sui & adificationem,
qua videbuntur conducere selgat. Insuper constitutio-
nes Synodi Provincialis & Diocesanae, ut cognoscat
quomodo se, ac populum administrare ac regere debeat.*
Idem cautum Conc. remensi, an. 1583. habito,
cap. 20. num 6. Burdigalensi 1583. cap. 18. Tu-
ronensi 1583. titul. de professionis fidei tuendæ
cura.

Ibidem. Populo quoties opus fuerit expli-
cent.) Vide conc. Trident. locis proximè signa-
tis, & quæ diximus supra ad statuta Synodalia,
cap. de proponendis populo in palo per sacerdo-
tem parochialem.

Pag. 445. num. 3. Nouorum suæ parochiæ in-
quilinorum) conc. Narbonente an. 1603. sub
Paulo V. cap. 32.

Pag. 445. num. 4. Præcipuam verò pauperum
&) Idem habent constit. conuentus melodun.
1579. cap. de Parochis, conc. burdigalense 1583.
cap. 18.

Pag. 449. num. 14. Matutinis horisque aliis
parceho assistant) quod vtiq; antea præscri-
ptum à bernardo de Rosergio loco in margine
citato, ac postmodum innumeris Galliæ nostræ

De Presbyteris & Clericis.

Concilium, iuxta aut quos Canones. Equibus nos infra nonnulla selegimus, in notis ad Archipræsulum nostrorum gallicas constitutiones.

De Presbyteris & Clericis.

Pag. 450. num. 1. Dominicis festisque diebus Missæ sacrificium celebrent) cautum id compluribus aliis galliæ nostræ Conciliis. Vide supra constit. Bernardi de Rosergio, cap. 12. & quæ ibi annotauimus.

Pag. 451. eius fructus non capiat, percepto) que) conc. Aquense 1585. quod a sede Apostolica approbatum fuit; *Qui horas Canonicas legimus cessante impedimento intermissis, quicumque eas recitari tenentur, sicut ex bulla p[ap]e P[auli] V. ea de re condita non solum graui se peccato obstrictos, sed omnes etiam beneficiorum suorum fructus, qui in singulis die eis obtingerent, si quotidie in singulas horas dingerentur, amittere, neque a confessorio ulla ratione absolui posse, etiam Iubilei cuiuscumque grati si fragante, nisi fructuum, quos indebite percepterint, facta prius ad dictæ bullæ præscriptum restitutione.*

Pag. 451. num. 3. honesto decentique habitu procedant) Conc. Cameracense 1565. tit. de vita & honestate clericorum, cap. 4. *Clerici gestu, habitu, & vestitu, statum & ordinem suum profiterantur, qui eam disciplinam neglexerint, & eum vestitum ambierint, qui decas potius militum aut laicum, quàm clericam, assigatur, cogaturque*

De Presbyteris & Clericis.

in ordinem red. gi. Vide supra constit. Bernardi de Rosergio, num. 41. & Ioannis d'Orleans, numer. 49. & quæ ibi ex variis Conciliorum, ac pontificum decretis, delibauimus in notis.

pag. 551. num. 4. vestem talarem utramque si fieri possit adhibeant) Talaris habitus iniunctus est clericis constit. Ioannis d'Orleans, & Bernardi de Rosergio proxime laudatis, ubi diximus, ac compluribus Galliarum nostrarum conciliorum decretis, conc. Narbonense habitum, an. 1551. sub Iulio III. summo Pontifice can. 15. *Ut clerici sacros ordines consecuti, &c. Decenti indumento nempe talari veste incedant ornati, &c.* Et paulò post: *Cateant, & maximè canonici, & alij tam Ecclesiarum Cathedralium, quàm Collegiarum & Parochiarum ministri, ne vestes in templo sub indumento Ecclesiastico gerant nisi supernè clausas, & de preactum est, eò vsque demissas, ut talos attingant.* Conc. Remense ann. 1583. Celebratum tit. de clericis in genere sed. 8. *Præterea veste Ecclesiastica, eaque talari ac decenti utantur omnes clerici non sine illa pallium breuè aut longum deferant, aut unquam prodeant in publicum, &c. Qui vero in iis se negligentes præstiterint, & ter monitionem per edictum à superioribus non paruerint, suspensione ab ordinibus, officiis, beneficiis, & horum fructibus, &c. plectantur: si autem correpti demum deliquerint, eorum beneficiorum priuatione coercantur, iuxta constitutionem Clementis V. in Conc. Viennensi cuius initium est. Quoniam innouanda: Conc. Burdigalense an. 1583. cap. 21. de vita & moribus*

De Presbyteris & Clericis.

Clericorum. Vestes enim sunt Talares, &c. Conc. Bicuricenie 1584. tit. 25. Can. 2. Clerici omnes vestibus talariis uti sur ita ut maius, &c. Conc. Aquense 1585 tit. de vit. & honest. cleric. Vestes tantum coluris nigri ac simplices adhibeant, exteriorem quidem talarem, internam autem saltem usque ad tibiae medium, quamquam in civitate utraque talaris esse debeat; in itinere vero breviores permittimus, sed ne omnino supra genua sint utamur. Decreta Bonhomij ut. de clericis. Vestibus simplicibus utantur & coluris dumtaxat nigri, nisi interdum dignitatis ratio alium postulabit; eius autem sint longitudinis, ut usque ad talos diffunderent, quamquam interior in diocesi permitti poterit ad tibiae medium. Itineris vero causa breviores sunt, licet, sed infra genua omnino. Conc. Aquileiense tit. de tit. & honest. cleric. Insigne Clerici tonsurae est, ac vestis talaris. Qui igitur in clericalem militiam adfectus est, norit à se hoc primum requiri, ut habitum & Tonsuram accipiat, qui non acculerit, sciat se panis iuris subiacere.

pag. 452. num. 5. Tonsura sit conspicua) Id ipsum iubent galliae concilia complura, Rotomagense, bituricense loco à nobis mox citando, aliaque, sanè iuxta antiquos Canones Clericorum. Tonsura adeò spectabilis esse debet, ut vertex nudus appareat: quarti Conc. Tolerani can. 41. id aperte insinuat. Medij ævi autem & posterioris decreta censuris grauib. subiiciunt Clericos, qui adeò parvam ferunt coronam, ut vix conspici possit.

De Presbyteris & Clericis.

Ibidem, num. 5. Non ea quidem in omnibus clericis vna) Nec enim prius temporibus clericorum omnium eadem Tonsura fuit, nam & ampliozem fuisse olim tonsuram illorum qui maioribus initiarentur ordinibus notat Baronius ad an. Christi 58. num. 107. qui & in eius rei testimonium Euagrium scholasticum citat histor. lib. 2. cap. 26. in fine. Commendauit nostra ætate, S. Carolus in Conc. 5. Mediolan. hanc tonsuræ & coronæ cuiuscumque gradus & ordinis Ecclesiastici conuenientiam, sub titulo, *de ratione examinis præficiendorum*, ubi decernit, repulsam passuros ab examine qui accesserint, sine congrua pro sui status ratione Tonsura. Concil. rotomagensis celebratum an. 1581. à Carolo Cardinalè Borbonio Archiepiscopo & legato districtè ibidem præcipit omnibus Clericis, vt Tonsuram in capite, & coronam suis ordinibus congruentem habeant. Idipsum iubet Conc. bituricense an. 1584. à Reginaldo Archiepiscopo & primare conuocatum huiusmodi decreto, *Presbyteri, diaconi, subdiaconi, caterique Clerici, Clericali Tonsura sint insigniti, ad eam formam, quam ratio vniuscuiusque ordinis, Episcopi arbitrio postulabit, ita sint abraço capillo vt tonsura perspicua sit omnibus.* At concilij nostri Prouincialis patribus, non satis visum est, iniungere clericis generaliter, coronam vt perferrent congruentem proprio cuiusque gradui, sed mensuram etiam vnicuique ordini conuenientem insuper præscribere. Quod ante præstitum fuerat à pa-

De Presbyteris & Clericis.

tribus Conc. Tolerani habiti sub Sixto IV. can. 14.

Pag. 453. num. 9. Nequaquam iudicem secularem, sed solum Ecclesiasticum adeant, Conc. Arelatense 2. sub Leone I. can. 31. *Si quis Clericorum Religionis negotia, vel spiritualis causas ad secularia patrocinia, relicta Synodo transpresumpserit excommunicatione omnium ac detestatione dignus habeatur. Simili modo si causa inter clericos orta fuerit, ne inuito Episcopo ad seculares iudices deferatur, sed Episcoporum iudicio terminetur.* Conc. Andegauense sub Leone I. can. 1. *Primum, & contra Episcopale iudicium, clericis non liceat profligere, neque inconsultis sacerdotibus secularia iudicia exptere: sed nec de loco vno in alium sine Episcopi permisso transire.* Idem cautum Conc. veneticum sub hilario papa can. 9. Matisconensi 1. sub pelagio 2. pontifice can. 7. 8. 9. & 10. Agathensi sub Symmacho papa can. 32. Vide capitula Herardi Turonensis Metropolitæ, cap. 6. & 8. & Canones collectos ab Isaac Episcopo Lingoensi tit. II. cap. 22.

De Concionatoribus.

Pag. 454. num. 1. Qui docet, verborum suorum sit ipse exemplum) Prædicatio siquidem sacerdotalis, ut ait Magnus Gregorius, contemnitur; quando quod verbis prædicat, operibus non adimplet, proinde qui cæteris formam & exemplum debent esse, primò facere debent

De Concionatoribus.

quod docent, & euitare quæ fieri prohibent, seu, vt loquuntur patres Conc. Toletani 11. semper habere debent in ore gladium veritatis, & in opere efficientiam luminis, vt iuxta. Paulum potens sit, exhortari in doctrina sana, & contradicentes reuincere. Sanè Prosper aquitanicus improspera omnia minatur Christianis, quorum Ecclesiastæ profiteantur in concionibus Evangelicam sinceritatem, quam priuatis moribus non exequantur qua de re consulendus D. Gregor. Nazianzenus apol. 3.

Pag. 455. num. 2. episcopi proprium est docere) vt definit Conc. Trident. loco in margine designato, & antiqui Canones probant; idcirco ne episcopus rem familiarem per se gerat, sed lectioni, orationi, & verbi prædicationi tantum modo vacet, iubet Conc. Carthagin. 4. can. episcopus 78. dist. Ideoque episcopus qui sui muneris oblitus populum non docet, excommunicatur, & si diutius in ea culpa torpuerit deponitur, can. Apostol. 58. Vnde appositè ad hanc rem S. Dionysius, munus prædicationis Doctrinæ æuangelicæ passim ait non esse quidem pontificalis officij, aliquantulam partem, sed *substantiam ipsam sacraoty*, id est, præcipuum munus functionis Episcopalis lege Quinisextæ Synodi Can. 19. & VII. Synodi Oecumenicæ Can. 2. qui refertur Can. omnes dist. 38. & Symmachum papam in VI. Romana Synodo: Nicolaum etiam pontificem apostolicæ sedis Can. fin. dist. 43. qui desumptus est

De Concionatoribus.

ex epist. ad Michaëlem Imp. cuius est initium, proposueramus.

pag. 455. num. 2. Sin minus probos saltem &) cap. inter cætera XV. ext. de offic. iudic. ordin. Capicula Caroli Magni lib. 1. cap. 109. Conc. burdigalense 1583. cap. 20. Bituricense 1534. tit. 3. Can. 1. Aquense 1585. cap. de concionibus & verbi Dei prædicationibus, Narbonense 1609. cap. 4.

ead. pag. 455. num. 2. Nullumque in sua Diocesi sine ipsius expressa licentia concionari sinat) siue is sæcularis sit, siue regularis, cum id concilia tum prouincialia cum œcumenica vident, & in primis Conc. Lateranense Œcumenicum habitum sub Innocentio III. an. 1215 Canon. 3. & habetur Can. excommunicamus à nobis in margine laudato. Conc. Viennense etiam Œcumenicum celebratum, an. 1311. & refertur in Clement. dudum de Sepult. Lateranense sub Leone 10. sess. 11. Trident. locis in margine signatis Salisburienſe sub Verba 10 VI. tit. ne admittantur, &c. Toleranum sub Sixto IV. tit. quod nulli prædicent sine licentia prælatorum. Colonienſe 1536. part. 4. cap. 5. 7. & 8. Moguntinum 1549. cap. 49. Treuerenſe 1549. sub paulo 3. tit. de prædicatoribus verbi. Et è galliæ nostræ Synodis prouincialibus. Conc. Senonenſe sub Antonio Cardinale à Prato habitum an. 1528. inter decreta morum, cap. 35. Rothomagenſe 1581. tit. de Curatorum, & aliorum presbyterorum, ac parœcianorum officijs,

De Concionatoribus.

nam. 38. Burdigalens. an. 1582. sub Antonio Prouoto Sanctaco Archiepiscopo Burdigalensi celebratum, & ab Apostolica sede approbatum tit. 20. Turonens. an. 1583. tit. de Episcopis. Bicuricens. 1584. tit. 3. can. 3. & tit. 37. can. 18. Aquens. 1585. sub tit. de concionibus, & verbi Dei pradicationibus aliisque. *Voyez sur ce sujet l'ordonnance du Clergé de France faite en l'an 1625. Renouuillée en l'an 1635. & confirmée en l'an 1645. & 1665. art. 12. Voyez aussi l'Edit d'Henry III. fait à Melun 1580. artic. 8. & celui d'Henry le grand de l'an 1606. en la Ville de Paris, art. 11.*

Ead. pag. 455. num. 2. Nisi id ei proprio munere vt potè Parochiam obtinenti competat, & rectè id quidem; cùm doctrinam salutis populo dispensandi munus ita Parochi sit proprium, vt Parochus eo fungatur sine alia Episcopi licentia. Conc. Trident. sess. 5. de reformat. C. 11. & sess. 24. cap. 4. Vnde Monachis non licet in Parochialibus Ecclesiis pradicare, nisi à Parocho inuitati, vel vocati fuerint ex Leonis epist. 112. & 113. Can. adijcimus 16. quæst. 1. & Clement. dudum, §. in Ecclesiis de Sepult. ratio est, quia Monachus non docentis, sed plangentis habet officium. Can. Monachus 16. quæst. 1. hinc Conc. Rothomagens. quod confedit an. 1581. sub Carolo Cardinale de Borbonio tit. de Curatorum, & aliorum Presbyterorum, ac Paræccianorum Officiis numero 40. *Quoniam ex Conc. hinc Paræci debent sui in Eccl. jure*

De Concionatoribus.

predicandi munus, & capaces & irreprehensibiles existere, ut, non impediatur à regularibus, etiam ab Episcopo Missis. Quandoquidem in d f Etum & supplementum curatorum mittuntur, & non ut Paracos à suis officiis excludant, aut impediant. Id ipsum statuerunt patres Concilij Aquensis an. 1585 celebrati, quod ab Apostolica sede approbatum fuit; sub tit. de concionibus & verbi Dei prædicationibus hoc verborum tenore. *Et quoniam parochi debent in suis Ecclesiis predicandi munus ipsi subire, in munere suo non impediatur à regularibus etiam ab Episcopo Missis, quin diebus festis, mane ipsi primum verbi satisfaciunt, post prandium verò poterunt regulares concionari, nisi ipsi parochi quandoque aliter videatur.*

Ead. pag. 455. num. 2. Neminem nisi iam ætate maturum) de ætate prædicatoris Evangelici consule And. du Saussay Panopl. Sacerdotalis part. 2. lib. 4. cap. 5. vbi fusè.

Ibidem. Subdiaconatusque saltem ordinem.) Nec enim laicis concionari iure concessum ex Leonis epist. 60. vel 91. ad Maxim. Anthiochn. Episc. apud Burchardum & Iuvenem & epist. 61. vel 42. in fin. & ad Theodoretum Episcopum Cyri Can. adijcimus 19. 16. quæst. 1. Conc. Carthagin. 4. cap. 98. refertur. Can. mulier 29. dist. 23. ac Conc. Trullan. cap. 64. alitque. Conc. Turonense 1583. tit. de professione fidei, Sacro saltem diaconatus ordine insignitum requirit.

Pag. 455. num. 3. Quos ab hæresi conuer-

De Concionatoribus.

(fos, &c.) Conc. Rothomagenſe loco in margine citato : *Reſpiſcentibus ab hæreſi miniſtris & Clericis nunquam fuit in Eccleſia facile creditum , aut commiſſum apud Catholicos concionandi munus , propter impreſſam animis eorum labem , qua vix prorsus eluitur. Idcirco monemus Episcopos ne talibus dent leuiter licentiam prædicandi Verbum Dei , ſed potius eos adhortentur ad præteriti temporis lamentam in ſilentio & pænitentia fructus edendos , memores Origenis ad concionandum poſt lapſum inuitati , & nihil aliud in concione loquentis , quam ex pſalmiſta peccatori dixit Deus : Quare tu enarras iuſtitias meas , & aſſumis nomen meum per os tuum ; multo Verò minus ad ſacerdotia admittantur , attamen ex pænitentia meſura , & ædificationis ſpe ac probabilitate , poteſt , cum huiuſmodi diſpenſari , atque indulgentius agi.* Henry II. 1551. à Chateau brian art. 42. Ordonnons que nul ne ſera receu a prêcher , ſoit regulier où ſeculier qui ait eſté repris d'hæreſie , ou en ſoit aucunement ſouſçonné ; ſi ce n'eſtoit qu'il en fut bien & deuement purgé par deuant Iuge competent , dont - il exhibera la Sentence & declaration contenant ſa purgation.

Pag. 455. num. 4. *Miſſæ nequaquam in eadem Eccleſia celebrari debent*) Idem cautum Conc. Aquenſi 1585. cap. de concionibus & verbi Dei prædicationibus ac Narbonenſi 1609. cap. 4.

Pag. 456. num. 6. *Homilias certè lingua vernacula conſcriptas & perlegant & interpræ-*

De Vicariis foraneis.

tentur) Conc. Narbonense 3. b Leone 3. capit. 17. Remense 1. sub eod. cap. 15. Salisburienſe ſub Martino 5. tit. ſtatut. ſumma, &c. Burdigalenſe 1583. cap. 20. B. turicenſe 1584. tit. 3. Can. 2. quibus adde Conc. Mediol 3. ſub Gregor. XIII. tit. quæ generatim pertinent & Mediol. V. tit. quæ ad dies feſt. & ſub eodem, ac Synodum Diœceſan. Auguſtinenſem an. 1548. ſub Paulo III. cap. 13.

Pag. 457. num. 8. Ne de concionum ſuarum mercede paciſcantur) Idem cautum Conc. Narbonenſi anno 1609. cap. 4.

De Vicariis foraneis.

Pag. 457. De Vicariis foraneis vide conſtit. Conventus Melodun. anno 1579. pagina 113. apud Odeſp. Conc. Aquenſe 1585. Aquilenſe anno 1596. ſub Clement. VIII. Acta Mediol. Eccleſ. lib. 4. cap. vlt. Decreta Bonhomij, pag. 119. & ſeq. Decretor. Eccleſ. Gallic. lib. 5. cap. 17 pagina 868.

De Monialibus.

Pag. 461. num. 2. Nulli ſundimonialium, &c.) Idem cautum Conc. Narbonenſi 1551. Can. 55. Magurino 1549. cap. 79. Treuerenſi 1549. tit. de Religioſis Monachis & monialibus. Senonenſi 1518. ſub Clement. VII. cap. 28. inter decreta mor. Conſtit. Conventus Melodun. 1579:

De Monialibus.

sub tit. de reformat. regul. Rothomagensi 1581. tit. de Monasteriis num. 27. Bituricensi 1584. tit. 37. Can. 21. Aquensi 1585. sub tit. de Monialibus ed & longè antiquioribus Conciliis idipsum prohibitum Nicæn. 2. Can. 21. Trullano cap. 46. Vernensi sub Pipino cap. 16. Turonensi sub Carolo Can. 30. Cabilonensi sub Carolo cap. 57. aliisque. Vide Theodulphi Episcopi Aurelianensis com nonitorium ad presbyteros Aurelianenses cap. 46. *Voyez aussi l'ordonnance de Blois 1579. art. 31.*

Pag. 461. numero 3. Si quas resciverit, &c.) conc. Rotomagensi 1581. tit. de Monasteriis num. 28. Bituricensi 1584. tit. 47. Can. 26.

Pag. 462. num. 4. Nemini verò, &c.) Conc. foroiulienſe cap. 12. Narbonenſe 1551. Can. 55. Treuerenſe 1549. sub tit. de religionis monachis & monialibus, constit. conuentus Melodun. 1579. tit. de reformat. regular. Rothomagensi 1581. tit. de monasteriis num. 27. remenſe 1583 sub tit. de regularibus & eorum monasteriis l. 10. 12. surdigenſe 1583. cap. 25. Turonensi sub Grego. XIII. u. de monialibus. Bituricensi 1584 tit. 37. can. 22. & 23. Aquensi 1585. sub tit. de monialibus. Narbonenſe 1609. cap. 33. *Voyez l'ordonnance de Blois art. 31.*

Pag. 462. num. 5. Sed in casibus dumtaxat necessariis) ex conciliis proximè signatis.

Pag. 462. num. 6. Literas verò, &c.) conc. Colonienſe 1536. part. 10. cap. 18. Turonensi 1583. sub Gregor. XIII. tit. 37. Can. 24.

De Sacramentis & Sacramentalibus.

Pag. 463. num. 7. *Oranimodo librorum le-
cio &c.) conc. Turonense 1583. sub Gregor. XII.
tit. de monialibus.*

Ead pag. 463. num. 8 *Quæ monialium
præfecta) concil. Rothomagente 1581. tit. de
monasteriis num. 24. Turonense 1583. sub tit. de
monialibus.*

pag. 453. num. 9. *Ne intra septa monasteoꝝ
&c.) conc. Turonense vbi proximè. Burdigalen-
se 1624. cap. 19. num. 4.*

Pag. 461. num. 10. *Quæ omnia &c.) Conc
aquense 1585. tit. de monialibus. Narbonen-
se 1609. cap. 33. Aquileiense 1596. sub tit. de
monialibus.*

De Sacramentis & Sacramentalibus

PAG 465. num. 1 *Quin pius profuturum il-
lorum vsu, &c.) Conc. Colonense 1536
part. 7. cap 2. Remense 564. statuto 3. Rothoma-
gense 1581. ac remense 1583. tit. de Sacramen-
tibus. Burdigalense 1583. sub eod. tit. Bituricense 1584.
tit. 18. Can. vnic. Aquense 1585. tit. de Sacram.
Mediol. 1 sub S. Carolo. Boir. 1565. consli.
part. 2. de iis quæ ad Sacramentor. administra-
tionem. Quid autem docere populum debeant,
qui Sacramenta ministrant, sigillatim explicat
Synod. Galonis & Simonis legatorum, & disce-
re quis vberius potest ex Concilij Trident. Ca-
techismo hic laudato.*

pag. 466. num. 2. *Quicquam in eorum ad*

De Sacramentis & Sacramentalibus.

ministrationem exigere) Synod. Gionis & Simonis legatorum proximè citata. conc. Senonense 1528. cap. 2. inter decreta in rum. conc. Moguntinum 1549. cap. 92. Treuerense 1549. sub titulo de competentiâ pastorum arbonense 1551. can. 41. Mediol. 1. sub S. Carolo vbi pro-
tyme. Rothomagense 1581. tit. de Cura orum & aliorum Presbyterorum ac Parœciano-um officiiis n. 26. Turonense 1583. sub tit. de parœcis, presbyteris & aliis clericis. Aquense 1585. tit. de Sacram. Narbonense 1609. cap. 13. Idipsum præcipiunt Synodi Diœcesanæ complures. Sancti Papuli sub Carolo à Baro fol. 10. verso. Augustensis 1548. Ruthenensis sub Georgio Cardinale ab Armeniaco fol. 29. Cassinensis sub Gaffarello. Mechliniensis 1609. maclouiensis, Lomberiensis atque.

Pag. 466. num. 2. In rituum libro descriptas ceremonias) Pius V. in bulla quæ incip. quod à nobis, edit. an. 1568. & alia quæ incip. quò primum edit. an. 1570. conc. mediol. 1. sub S. Carolo bor. constit. part. 2. de iis quæ ad Sacram. administrationem generaliter pertinent Burdigalense 1583. cap. 28. Bituricense 1584. tit. 1. can. 9. & tit. 23. can. 13. Narbonense 1609. cap. 13. Synodus Augustensis 1548. cap. 15. cassinensis sub Caffarello fol. 102. & 103. in fin. 104. mechliniensis 1607. fol. 30.

De Baptismo.

De Baptism

Pag. 457. num. 1. Nec vnquam, nisi annot 3
(Christumate) Conc. Sabinense sub Ioanne 22 c.
de baptismo. mediol. 4. sub Gregor. 2111. r. r. quæ
pertin. ad Sacram. baptis. Remense 1583. sub eod.
tit. de baptis. § 11. Aquense 1585 cum de bapuis-
mo. Narbonense 1609. cap. 14. tit. Rom. cum de
oleis factis.

Pag. 467. num 2. Extra Ecclesiam liceat ba-
ptisfare) Nec enim alibi, quam in locis Deo
sacratissimis tingi quis debet, quamuis enim primis
ecclesie surgentis temporibus, in fluminibus,
fontibus, viis, carceribus, ac priuatis ædibus
baptisarentur credentes, vt per se notum; ex quo
tamen adulta iam Christi religio templa simul ac
baptisteria habere cepit, in iis dumtaxat, ba-
ptisua ministrari debet, iuxta Ecclesie consue-
tudinem, & Ss. Patrum decreta, quibus cleri-
ci extra Ecclesiam baptisantes loco suo mouen-
tur, & laici segregatione mulentur; vti statu-
tum legimus à patribus Synodi sextæ constanti-
nopolitaneæ can. lix cuius hæc sunt verba. *In de
oratoria, qua est intra domum, baptisimus nequa-
quam peragatur. Sed qui ab omnibus sordibus aliena
illum nativitate digni habendi sunt. Ad Catholicas Ec-
clesias accedant, & hoc illic minere perficiantur. Si
quis autem qua à nobis condita sunt non stua-
re consuetus fuerit, si sit quidem clericus depo-
natur, si autem laicus segregetur. Hæc autem
consuetudo*

De Baptismo.

consuetudo arctè ita seruabatur, vt reges ipsi, eorumque liberi, in Ecclesia vitali fonte abluerentur. Quemadmodum de Theodosio iuniore constat, ex Marci Gazensis epistola quæ apud Baron. extat, tom. 5. annal. ad an. 401. & de Ingo-miro Clodouei regis filio, ipsoque Clodoueo cognoscere est. ex Hincmaro Remensi Archiepiscopo, de vita S. Remigij. sed postea hoc principibus datum. vt domi eos baptizare liceret: ita enim definitum fuit à conc. Viennensi sub Clemente V. quod refertur can. vnic. de baptismo in Clement. hac verborum serie. *Presenti prohibemus edicto ne quis de cetero in aulis vel cameris, aut aliis priuatis domibus; sed dumtaxat in Ecclesiis, in quibus sunt ad hoc fontes specialiter deputati, aliquos (nisi regum vel principum, quibus valeat in hoc casu deferri, liberi extiterint) audeat baptizare.* Idem decretum conc. Coloniensi 1549. sub Paulo III. tit. censuræ & decreta cap. 15. his verbis. *Detestanda est non minus laicorum superbia, quam pastorum eis obsequentium adulatio: qui contempta Ecclesia proles suas volunt in suis domibus baptizari, & eo baptismi aquam deferri; quem abusum prorsus rescindere volentes, statuimus neminem alibi, quàm in Ecclesia, quocunque loco natus sit, debere baptizari, exceptis regum filiis, &c.* Id ipsum quoque statuunt Gallix nostræ synodi complures, Carnotensis 1526. Ruthenen-sis 1552. rub. 5. decret. 1. conc. Narbonense sub Paulo V. cap. 14. Burdigalense sub Urbano VIII. cap. 5. numero 1. aliæque. Sed nec regibus ac principibus ipsis

De Baptismo.

indiscriminatim & vbique id concessum, sed dumtaxat in regiarum suarum, palatiorum aut castellorum sacellis: iisque idipsum efflagitantibus, vti rectè annotant nonnullæ synodi iam citatæ, & disertè expressit Rituale Rom. iussu Pauli V. editum titulo de tempore ac loco administrandi baptismum cuius verba hic afferre non grauabor. *Itaque necessitate excepta in priuatis locis nemo baptizari debet, nisi fortè sint regum aut magnorum principum filij, id ipsos ita deposcentibus, dummodo id fiat in eorum capellis seu oratoriis, & in aqua baptismali de more benedicta.* Non igitur domesticos intra parietes baptisandi pueri, nisi regum aut principum filij extiterint, aut vti subdit conc. Viennense iam laudatum, talis necessitas emerferit, ob quam ad Ecclesiam absque periculo accessus haberi nequeat, qui secus præsumpserit, aut suam in hoc præsentiam exhibuerit, taliter per episcopum suum castigandus erit, vt alij attentare simile non præsumant. Non mirum igitur cuiquam videri potest si conc. Mediol. 1. sub Pio IV. tit. quæ pert. ad baptis. administrata ac Narbonensi loco proximè citato, curati seu sacerdotes, qui extra necessitatis casum, ad domum cuiusque, etiam magnatis, ad baptismum ministrandum accesserint, excommunicationis pœnæ subdantur, cum ex synodò constantinopolitana, de qua nos supra, clerici extra Ecclesiam baptisantes, loco suo moueantur, & antea in concil. constantinop. V. legamus, et idem culpæ a fines, à piorum societate seclu-

De Baptismo.

fos esse, ita enim libellus, quem actione quarta monachi Mennæ patriarchæ obtulerunt, inquit, *nos qui per domum baptisana, exite foras.* Sed antequam huic notæ finem imponam, vnum hic obiter annotare liceat, quod parochos ignorare nefas, non in omnibus Ecclesiis, sed iis duntaxat, in quibus sunt ad hoc fontes specialiter deputati, vt supra dictum fideles sacro-sancto baptismo esse donandos, parœcialibus scilicet, in quibus solummodo baptismo consignare fas legimus. Synodus Meldensis anno 845. can. 48. *Vt nemo presbyterorum baptisare presumat, nisi in locis & Ecclesiis baptismalibus,* cuius vestigia sequentes patres Synodi Turonensis an. 1583. sub Gregor. XIII. celebratæ, natos infantes quàm diligenter fieri poterit, ad Ecclesiam parœcialem solemniter deferri, & in ea, nec prorsus alibi (nisi vrgeat necessitas) baptisari iubent. Vnde parochiales Ecclesiæ baptismales dictæ in D. Canon. Meldensi; & in Can. plures LIV. Can. statimus IV. 16. quæst. 1. non igitur in abbatibus, seu monasteriis, vbi baptisteria esse prohibentur, Can. pridem 18. quæst. 2. baptisare licitum vnquam fuit.

Pag. 467. num. 3. hunc iterum baptismus non est sub conditione conferendus) ne iniuria fiat sacramento, vt dicitur cap. 2. ext. de sacram. non iterandis can. quemadmodum 23. quæst. 7. sacrilegium enim committunt, qui baptismum cuius iudubius est valor, conditionatè & cum acjunctione repetunt, & eam maculam susci-

De Baptismo.

piunt, quam facti canones irregularitatem vocant, nam ea baptismi forma, ex Alexandri Pape authoritate, in illis tantum permittitur, de quibus re diligenter perquisita, dubium relinquitur, an baptismum ritè susceperint, aliter verò nunquam fas est, etiam cum adiunctione, baptismum iterum administrare: Vnde Optatus Milevitanus aduersus Donatistas: *Iam loquor non renouamus ad fontem: absit, ut iteremus, quod semel est; aut duplicemus, quod vnum est.*

Ead. pag. & num. 3. iis etiam necessariæ qui ab hæreticis) Chrysmata scilicet, manus impositio, professio plena fidei, exorcismi, & reliqua. De quibus can. ab antiqua 44. can. si de quibus 38. Can. de Arrianis 109. de consecr. dist. 4. capit. Carol. magni 319. lib. 7. ac rituali Rom. cum de baptismo.

Pag. 468. num. 4. statim abluatur) ob varios huius vitæ casus atque eos sæpe improvisos, vnde non mirum cum res tanti momenti sit, si non antiquis modo, sed recentioribus conciliis ac rituali Romano toties inculcetur, ut infantes à partu recentes, quamprimum fieri poterit, ad Ecclesiam sistantur, & quidem conc. Burdigalense 1583. sub Gregor. xiii. cap. 9. *Quia baptismus est ingressus in Ecclesiam Christi, & id sine quo nemo in regnum cælorum poterit aditus, idcirco præcipimus, ut quam citissimè fieri poterit, parentes liberos suos baptisandos curent, neque diu spèrent susceptores esse paucos, ne dum in vana ad baptismum pompa appetita seruis inueteritur, animus Christi sarguitur*

De Baptismo

redemptas, maximo, gravissimoque periculo, è quo
emergere nunquam possint exponant. Idem cautum
conc. Rotomagensis 1581. titul. de sacram. Remen-
si 1583. Turonensi eod. an. Bituricensi 1584. ti-
tu. 19. can. 5. sed & ante synodo Lingonenti 1404.
Senonensi 1524. Parisiensi 1557. aliisque. Sanè
in adultis, in quibus minus versatur periculi, hanc
in baptismo suscipiendo dilationem, acriter re-
prehenderunt sancti patres. Tertullianus lib. de
pœnitentia. S. Basil. homil. exhortatoriâ ad faci-
endum baptismum. S. Gregorius Nazianzenus orat.
40. βαπτιστώμεν σήμερον ἵνα μὴ ἀπὸν βιαστώμεν.
Baptisemur hodie, ne cras vi aliqua maiore cogamur.
S. Gregor. Nyssen. orat. catechetica. c. 35.

Ead. pag. & num. at saltem longius, quàm in
octauum diem, &c.) contra facientes excom-
municationis pœna plectit S. Carol. Borr. in conc.
mediol. 1. in margine citato constit. part. 2. cui suf-
fragantur patres concilij Aquensis an. 1585. sub
sacro V. celebrati tit. de baptismo hoc verbo-
rum tenore. *Sacerdos, Parochusve, moneant fide-
les ne baptismum filiorum suorum ultra octauum diem
differant sub pœna excommunicationis, nisi qui termi-
num huiusmodi excoesserint: id ipsum præcipit fran-
ciscus Bonhomius in decretis cum de baptismo
his verbis. Nec diutius octauo ab ortu die infantis
baptismus differatur, si cuius autem culpa longior mo-
ra facta erit, is quidem interdicto Ecclesie subiectus
sit, pro ut illum iam subiectum esse declaramus. Pa-
rochus vero infantem, cuius culpa nulla est, ad Eccle-
siam nihilominus afferri curet, eique baptismum r tē*

De Baptismo.

conferat, quod imprudentes quidem animarum curatores minimè sibi licere absque Episcopi concessu crediderunt.

Pag. 468. num. 5. Eos rebaptizari prohibemus) valet enim baptismus ab hæreticis datus: conc. Trident. sess. 7. can. 4. *si quis dixerit baptismum qui etiam datur ab hæreticis, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, non esse verum baptismum, anathema sit.* Synodi Tridentinæ adstipulantur conc. gallican. Moguntinum 1549. Rotomagensis 1581. Turonense 1583. Aquense 1585. Narbonense 1609. aliaque. Verus autem & ritè collatus baptismus, iterandus non est, ead. sess. can. 11. idem est, si in eadem forma & intentione à iudæis seu infidelibus, seu paganis fuerint baptisati: nam & ita rarus eorum est baptismus, & ideò non sunt denuo à catholicis baptisandi can. romanus 23. can. à quodam iudæo 24. de consecrat. dist. 4. & conciliis proximè citatis, in illis tamen cautè supplenda, quæ in baptismo ab Ecclesia catholica adhiberi sunt solita, de quibus nos supra, num. 3. Quòd autem dicitur in can. apostol. 45. & 46. de baptismo hæreticorum non admittendo, deque baptisatis ab hæreticis iterum baptisandis, intelligenda veniunt de fido seu imperfecto baptismo, qui non est verè baptismus, seu de hæreticis, qui in trinitate non baptisabant. Quòd confirmatur can. si verò 84. can. de Arrianis 109. de consecrat. dist. 4. & capit. 319. lib. 7. capit. Carol. magni, & indicans

De Baptismo.

erba illa, quibus è contrario deponi iubet episcopus, aut presbyterum baptisantem eum, qui secundum veritatem habet baptismum, κατ' ἀλήθειαν βαπτισμα.

ead. pag. & num. minimè obseruasse constitit) quo casu procul dubiò baptisandi sunt. solent reuera 30. & D. can. de Arrianis de consecrat. dist. 4. nec rebaptisati censentur, qui interea non fuerunt, vt oportet, baptisati.

Pag. 468. numero 6. cum proiectis expositisque puerulis) idem cautum conc. Aquensi 1585. de baptismo, Narbonensi 1609. cap. 14. & synod. Mechliniensi 1607. & 1609. cum de hoc sacramento.

Pag. 468. num. 7. absurdum fanè videtur aded magnifico luxu) quod vtique improbant conc. Aquensis patres sub sexto V, celebrati hoc decreto, ex conc. mediol. 5. in margine laudato verbatim exscripto quod lubens hic referò, cum à nostris in hoc quotidie peccetur, sic autem se habet. *Quoniam autem in baptismo vnusquisque pie religiose pollicetur, operibus Satana renuntiare, usque pompas deserere, id parochus cum vsu veneris, populum doceat, praesertimque baptismi tempore ammoneat, non solum quomodo, & quam simpliciter amictu ad illum infans deferendus sit, sed quam religiose in Deum pietate: quam humili spiritu, & quanta etiam vestitus moderatione compadres, comestresque adesse debeant. Ne verò vllum, vel ornamentum, vel aliud quicquam, quod mundi huius pompam pra se ferat, adhiberi patiatur: cum minime con-*

De Baptismo.

sentaneum sit, in ipso vite Christianae ingressu, statim in rebus studere, quibus potissimum solemni professione renunciatur. Sed & Franc. Bonhomius in decret. refor. cum de baptismo. Baptismi sacramentum, cuius virtute è damnationis baratro, cui tamquam natura filij addicti omnes nascuntur, in Dei filios, adoptamur, atque in innocentia statum restituimur, omni certè sanctitate ac gravitate, ministrandum est, atque omni item cum humilitate, sanctaque modestia suscipiendum. Quare in descendiis in Ecclesiam baptismi gratiâ infantibus, pompa omnis, ac superfluus ornatus abscedat, ne quasi irrideri videatur Christus Dominus, cui dum patrini infantis nomine se mundi pompæ ab renunciare ore pollicentur. eo ipso tempore contrarium re ipsa præsent.

Pag. 469. solemnem illam musicorum concentuum concomitationem) Idem cautum conc. Narbonensi sub Paulo V. cum de baptismo, sed & Conc. Aquense proximè citatum, statuit quoque, ne curati graui illis pœna arbitrati Episcopi infligenda in posterum, sacramentum baptismi ministrent iis, qui ad Ecclesiam accedunt cum tympanis & aliis instrumentis, strepitum clamorem cum risu, & aliis inanis lætitiæ signis excitantibus.

Ead. pag. 469. risus jocosue effusiores) Conc. Mediol. 1. sub S. Carolo 111. quæ pert. ad baptismi administrationem: sacerdos baptisaturus compatri moneat, ut iocum omnibus, nugisue semolis, pie ac religiosè quid agatur, attendant. constit. conuentus Melod. 1579. cum de baptismo; Abatceantur

De Baptismo.

nuga & ioci, & vanitas omnis: & piè religio seque-
omnes baptismi testes, quid ceremoniis & ritibus aga-
tur, & quid exorcismis & precibus dicatur, atten-
dant. Admoneantur, ne in conuiuiis, aut ebrietati-
bus, sed spiritali lætitiâ baptismi diem celebrent. Id-
ipsum quoque præcipit Conc. Remense 1583. tit.
de baptismo.

Ead. pag. 469. risus) Synodus Carnoten-
sis 1526. Proinde illud tanta dignitatis sacramentum
cum debita reuerentia ministretur à presbytero: non
fiant risus neque clamores quando datur hoc sacramen-
tum. Synodus Ruthenensis 1552. sub Georg.
Cardinale ab Armeniaco rubr. 5. decret. 1. Ab-
sint ab hoc sacramento solutiores risus, obscœna ver-
ba, atque clamores, animadvertant ij, qui ad huius-
modi sacramenti administrationem admissi fuerint,
se se testes suscepti illius sacramenti esse. Quod quidem
virtute operis operantis maiorem multò gratiam conse-
ret regenerato, siue baptisato, si illorum precibus sul-
ciatur, qui in huiusmodi sacramenti administratione
presentes extiterint: Unde eos per misericordiam Dei
obsecramus, quatenus semota omni irreuerentia, fle-
xisque genibus, interim dum paruulus baptisatur,
procumbentes, Deum omnipotentem pro parvulo de-
precantur, nec non & fidem, quam nondum per ata-
tem infantibus ipse exprimere potest, ore confiteantur.
Franc. Bonhomius in decretis cum de baptismo.
Risum quoque ac strepitum omnem, nec non clamo-
rem, inanisque lætitiæ signa, qua excitari, exhibe-
riue interdum solent, præcul omnino à tam sancta,
tamque sublimi actione arcer. mandamus, & rursus

De Baptismo.

que ad interdictum Ecclesie pœnâ iis, qui non pœuerint, à parochis ipsis auctoritate nostra irrogandâ.

Ead. pag. 469. Oscula demum) eadem habet, iisdem verbis Conc. Narbonense sub Paulo V. c. 14.

Pag. 469. numero 9. A parochio sedulò sanè commonendi) Conc. Remense 1564. stat. 4. Rothomagense 1581. tit. de sacramentis, numero 5. Burdigalense 1583. cap. 9. Narbonense 1609. cap. 14.

Pag. 469. numero 10. Qui annos non excefferint tredecim.) Vide supra constitut. Ioann. d'Orleans, numero 4. & quæ ibi diximus.

Ead. pag. 469. & num. 10. Vel qui Christianæ doctrinæ, aut saltem, &c.) S. Carolus in conc. Mediol. 2. tit. 1. decret. 10. *Cùm id nostra superiori provinciali synodo de Compatribus præscriptum sit, ut illi tales deligantur, qui suscepti muneris partes exple-re possint, id autem ipsi præstare non queant, si ne rudimenta quidem fidei norint. Idcirco ea cura sit parochis; ut quos compatres ita imperitos nouerint, ut Symbolum fidei, siue ea, quæ in symbolo continentur, ignorent, illos eo officio suscipiendi de baptismo infantes, fungi ne patiantur. Idem S. Carolus in conc. Mediol. 4. tit. quæ pert. ad sacram. bapt. Parochus antequam baptiset, accuratè imprimis videat, an qui adhibendi sunt in baptismo compatres tales sint, quales eos esse debere, conciliis provincialibus nostris præscriptum est: ac si quos aliunde ceru-*

De Baptismo.

non sit, orationem Dominicam saltem, salutari-
orem angelicam, & fidei symbolum tenere eos expe-
riendo cognoscat, quam ob causam ea doctrina chri-
stiana rudimenta sibi ab illis antea recitari mandet.
Constit. conuentus Melodun. 1579. cum de ba-
ptismo; Admoneantur parentes sapius à parochia,
ut tales deinceps filijs suis eligant paternos, quales,
& rei magnitudo, & suscipiendorum filiorum salus
exigit, ut se scilicet tales aetate, virtute & integri-
tate prestare valeant & velint, quales tanti vadi-
monij gravitas postulat. Et paulò post, non rudes ad-
eò ut fidei symbolum nesciant. Conc. Turonen-
se 1583. tit. de baptis. In baptismo adhibeantur
patrum aut matrum, qui non iuniores sint annis qua-
tuordecim, quique memoriter symbolum & oratio-
nem dominicam tenentes, haud etiam sint ignari eius
pacti, quod cum Deo pepigerunt, & cuius causa fide-
lissimos apud Deum & Ecclesiam existunt. Conc.
Auricense 1584. tit. 19. can. 10. Nemo baptisan-
dum è sacro fonte teneat nisi ad annos pubertatis per-
venierit, & fidei rudimentis edoctus, & confirma-
tionis sacramento, quatenus fieri poterit insignitus.
Vide supr. constit. Synod. Ioann. d'Orleans nu-
mero 14. & rituale rom. cum de patris.

Pag. 469. num. 11. A baptismi solemnè ad-
ministracione, &c.) Idem cautum conc. Nar-
bon. sub Paulo V. cap. 14. ac pluribus Galliarum
nostræ synodis Diocesanas.

Pag. 470. num. 12. An illæ formæ rituum-
que baptismi teneant) Conc. Mediol. 4. tit. quæ
vert. ad sacram. baptis. Baptisandi formulam ipse

De Confirmatione.

non solum parochus, sacerdos, vel baptisans, ut primo concilio provinciali iussum est, populo generatim, sed etiam priuatim, ac precipue obstetricibus, in Ecclesia tamen, planè ostendat, ac tradat; quàm etiam an illa recte sineant, aliquando eodem loco accurate videat ac diligenter querat. Eadem habet iisdem ferè verbis Conc. Aquense an. 1585. sub tit. de baptisimi sacram. sed & postmodùm Conc. Burdigalensis patres an. 1624. celebrati cap. 5. numero 1. Neque parochi omittant, formam tanti sacramenti necessariam, sepius populum, maximè obstetrices, docere ut ea in necessitate paruulis, cum debita materia adhibita, ipsi in Dei filios verè adoptentur.

De Confirmatione.

Pag. 471. num. 1. Et Diocesim precipue obsecundo) Conc. Rothomagensis 1581. cum de hoc sacram. num. 2. Burdigalense 1583. cap. 10. Aquense 1585. cum de confirmationis sacram.

Pag. 471. num. 2. Per conciones parochi populo commendabunt) Franc. Bonhomius in decretis cum de confirmationis sacram. conc. Rothomagensis 1581. eod. tit. Bituricensis 1584. tit. 20. cap. 7. Narbonense sub Paulo V. cap. 15. Burdigalense 1624. cap. 5. num. 2.

Pag 472. num. 3. Adultos etiam, & peccata confiteri, & Symbolum profiteri, &c.) Constit. conuentus Melodun. 1579. cum de confirmatione. Conc. Rothomagensis 1581. eod. tit. Remense 1583. sub tit. de confirmat. num. 3. Burdigala-

De Confirmatione.

ense 1583. cap. 10. Turonense 1583. cum de hoc sacram. Bituricense 1582. tit. 20. can. 4. Narbonense 1609. cap. 15. sed & longè ante idipsum laetunt galliæ nostræ Synodi Diocesana à nobis supra citata, ad constit. Synod. Ioann. d'Orléans numero 10. quibus adde conc. Colonien- se 1536. part. 7. cap. 9. Synodum Ruthenen- se 1552. rub. 6. decret. 1. ac Franc. Bonho- mium in decretis cum de confirmationis sacra- mento.

Pag. 472. num. 4. septennio maiores pueri, &c.) Constit. conuencus Melodun. 1579. vbi pro- ximè. Conc. Turonense 1583. cum de confir- mat. bituricense 1584. tit. 20. can. 4. Aquen- se 1585. Narbonense 1609. cap. 15. decreta Bon- homij cum de confirmat. sacram. synodus Lingo- nensis 1404. Senonensis 1524. Parisiensis 1557. Mechliniensis 1609. aliæque.

Pag. 472. num. 3. Vt ieiunos accedere hor- tetur.) Et ieiunis à ieiunis hoc sacramentum ad- ministratur, consilij est, non præcepti; & solum ob maiorem decentiam; nam ferè consuetudo iam obtinuit, vt post prandium conferatur; vbi tamen congruè obseruari potest, conuenientius est, vt à ieiunis & detur, & accipiat, vt bene obseruat s. Thomas 3 part. quæst. 72. artic. 22. quare si manè administratur hoc sacramentum. *Moneant parochi, vt vnusquisque ieiunus ad illud acce- dat. quod si necesse sit à prandio illud administrari, moneant etiam atque hortentur, vt vnusquisque eo die magis maiori fieri poterit sobrietati & abstinentiæ det ope-*

De Confirmatione.

ram, vt reèlè submonet illustr. Palæortus de non. eccles. admin. pag. 3. de sacram. confirmat.

Pag. 472. num. 4. Quod autem ad susceptores attinet si, &c.) Conc. Rothomagensè 1581. cum de confirmat. burdigalensè 1583. cap. 10. Bituricensè 1584. tit. 20. can. 5. Aquensè 1585. Narbonensè 1609. cap. 15. decreta Bonhomij sub tit. de confirmat. sacram. synodus Ruthenensìs 1552. Mechliniensìs 1609. aliæque.

Pag. 472. num. 5. Quicumque ridiculum aliquod, &c.) Conc. Aquensè 1585. cum de confirmat. sacram. *Episcopus & parochus curet, vt quod ridiculum & turpe habet nomen, illud mutet, sumatque in hoc sacramento nomen alicuius, qui veræ pietatis, sanctæque religionis laude floruit, vt eundem imitetur cuius nomen gerit, ab eoque auxiliari mereatur precibus apud Deum.* Lege s. Carol. actor. part. 2. tit. de sacram. confirmat. &c Galliæ nostræ synodos Senonensè 1524. Carnotensè 1526. aliæque.

Pag. 472. num. 6. Quod de susceptorum, &c.) Conc. rothomagensè 1581. cum de confirmat. Aquensè 1585. eod. tit. Narbonensè 1609. cap. 15.

De Pœnitentiâ & Confessione.

Pag. 473. num. 3. Nulli sæcularium regularium, &c.) Idipsum statuunt etiam quoad regulares tria concilia œcumenica, Viennensè primum, Lateranensè, ac Tridentinum à nobis

De Pœnitentia & Confessione.

supra citata ad constit. Synodal. Ioann. d'Orleansum, 32. Extant quoque summorum pontificum hac de re speciales sanctiones, quarum prior est, Pij V. data Romæ 8. id Augusti 1571. cuius hæc sunt verba. *Inhibentes quibuscumque regularibus quorumvis ordinum, etiam mendicantium, ut præferatur, ne vigore deputationis ab eisdem magistris & ministris provincialibus, etiam quod illorum occasione ab ordinariis huc usque tolerati fuerint, absque speciali imposterum licentia, & approbatione ab ordinariis obtinendâ, secularium confessiones audire præsumant. Decernentes irritum & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.* Altera est Urbani VIII. cuius exordium est, cum sicut data an. 1628. quæ sicut inter cætera seriatim habet: *Cum sicut accepimus, aliquibus religiosis quorundam ordinum, seu congregationum à sede Apostolica indultum fuerit, ut sacrarum tales personarum secularium confessiones audire valeant, etiam si ab Episcopis Diocesanis ad id examinati, & approbati non fuerint; nec desint, qui temerè asseuerent, hoc ipsum privilegium cæteris quoque aliorum ordinum regularibus competere, ex amplissimis priuilegiorum communicationibus, quæ ab eadem sede Apostolica obtinuerunt, & hinc saluberrimum sacri concilij Tridentini decretum desuper sanctum penitus euertatur, &c. De venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, regularium prepositorum concilio, omnia & singula indulta huiusmodi, audiendi confessiones absque ordinarij examine & approbatione quibusvis collegiis, &c. societati-*

De Pœnitentia & Confessione.

bus etiam Societatis Iesu, &c. Et ordinibus, tam mendicantium quàm non mendicantium, &c. Etiam quomodolibet exemptis, ac sedis Apostolicae immediatè subiectis. His autem Romanorum Pontificum constitutionibus, suffragantur Concilia Gallicana, cum provincialia, tum Diœcesana, & in primis Canones Melodun. 1579. tit. de pœnitentia. Ne quis sacerdos siue secularis siue regularis, confessiones audiat, nisi Episcopi scripto testimonio comprobatus fuerit, prout examine, sit Episcopo placuerit. Concilium vicuricense 1584. tit. 21. can. 5. Quamvis presbyteri in sua ordinatione à peccatis absolventi potestatem accipiant, decernit tamen S. Synodus ex sacro concilio Tridentino nullum regularem posse confessiones secularium, neque sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium habeat, aut à Episcopo per examen (si illi videbitur necessarium) probatus sit. conc. Aquense 1585. vbi de his quæ ad sacram. pœnitentiæ; Excommunicationis itum panam sacerdotes sine approbationis facultate, ab Episcopo scriptis data, quæ tamen gratis concedatur, pœnitentiæ sacramentum ministrantes, ipso facto subire decernimus, & declaramus. Conc. Narbonense 1609. cap. 16. Ad fidelium confessiones audiendas, nullus siue secularis, siue regularis sit, aut quacunque dignitate vel auctoritate fulgens, admittatur, nisi quod per Episcopum prout super litteratura examine, diligenter de vita & moribus inquisitione precedentibus factoque de prudentia experimento fuerit approbatus & inscriptis obtinuerit facultatem quæ gratis datur & sine qua nemini omnino liceat audire confessiones.

De Pœnitentiâ & Confessione.

sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, cum alias non sit al' solvere, sed confitentem decipere. Conc. vurdigalense 1624. cap. 5. num. 6. Cum ad nos relatum sit, plures sacerdotes seculares & regulares indulta saptè obtinere, ut confessiones audiant, & barest, irregularitatibus, & aliis casibus sanctæ s:di reseruatîs, absoluant, eaque potestate utantur, sine licentia ordinariorum, ac etiã non deesse, qui eo solo nomine, quod sunt parochi Ecclesiarum primitiui, præpositi etiã Cathedralium, aut collegiatarum, sacramenta administrare præsumunt, prohibemus, ne quis virtute cuiuslibet indulti (exceptis indultis pœnitentiariæ secretis) aut cuiusvis tituli primitiui parochi, præpositi, aut alterius qualitatis prætextu, qualibet sacramenta administrare possit, absque præuia approbatione ordinarij, & licentia obienta, secus contravenientes omnes interdicto feriantur. Idem etiã præcipiunt Galliz nostræ Diocœsanæ Synodi complures; Lingonensis 1404. Carnotensis 1526. Aurelianensis à Germano valente Guellio anno 1587. edita tit. de sacrament. pœnit. Patiensis 1557. aliæque, ac ne externa prætereamus, S. Carolus in Conc. Mediol. 1. tit. de his quæ pert. ad sacrament. pœnit. administrationem hæc sanxit: *Qui parochialem Ecclesiam non obtinent, etiã si regulares fuerint, confessiones ne audiunt, quemadmodum statuit Tridentina Synodus, nisi episcopi scripto approbati sint. Qui contra fecerit excommunicationis pœnam subeat.* Eminentiss. Cardinalis Paleotus Archiep. Bonon. *Quicumque sacerdos, ad confessiones fidelium audiendas admissus atque approbatus fuerit, non nisi licentia in scriptis ab Il-*

De Pœnitentia & Confessione.

lustrissimo Archiepiscopo obtenta, hoc sacro munere p
fungatur. ac demùm Francis. Bonhomius in c
cretis, cùm de pœnitentia; sacerdos nullus, eti
regularis ex sacri Concilij Tridentini decreto, confess
nes, secularium etiam clericorum, audire debet, nisi
parochiale beneficium obtineat, aut ab Episcopo idon
iudicatus, & per examen, si illi necessarium vide
tur, approbatus sit; quam quidem approbationem
cum gratis dandam esse, idem Conc. decreuit; et
etiam in scriptis concedi voluiff. liquido apparet: qu
cùm multo in visitatione animaduertimus, rem
omnium, quæ ad pœnitentia sacramentum pertinen
ignaros, confessiones possint fidelium audire, quos,
si verisimile non est à Reuerendiss. Episcopo vnquam
probatos esse, delicti tamen reos conuincere non lice
quòd eius rei facultas sine scriptis concedi plerisque sile
nos tanto animarum Christi periculo providere cupient
iubemus, ac decernimus, vt presbyteri quicumque sac
lares, vel regulares qui parochi non sint, conf
audire audebunt, ab ordinario scriptis non comprobati
sint ipso facto, absque vlla alia declaratione, ab ordin
munere, functioneque suspensi.

Pag. 473. num. 4. Nec verò quispiam, & c
Canones Melodun. tit. de pœnit. A confiten
bus nihil absolutionis gratiâ exigere debet: & si pœnitent
tia perscribatur aliqua pecuniæ ratione, cauendum e
ne eam sibi arrogent Confessarij, sed in pios vsus conue
tendam curent, si quod autem gratis datum fuerit, i
re accipere possunt, aiebat Augustinus. conc. Narb
nense an. 1609. cap. 16. Sordidum quæstum nu
aut voce à pœnitentibus ne petant Confessarij, sed ta
sum recipiant elemosinas, quas libere sibi ab ipsi

De Pœnitentia & Confessione.

Videbunt, sed & ante S. carolus actor. part. 2. tit.³
instr. sacram. pag. 205. Ne in administratione,
eiusue causâ, aut occasione aliquid exigat, petatur ali-
quo modo. Lege Synodum augustensem an. 1548.
celebrat. cap. 22. & quæ suprâ diximus in notis
ad constit. Synod. Ioannis d'Orleans nu. 1. & 27.

Pag. 473. num. 5. Confessariorum hoc munus
erit, &c.] Idipsum præcipit Conc. Aquense an-
no 1585. celebratum tit. quæ ad pœnit. sacram.
pert. iisdem planè verbis, ac S. Carolus in conc.
Mediol. 4. à nobis in margine citato. Conc. quo-
que provinciale Cameracense habitum monti-
bus hannoniæ præside Episcopo Vercellensi nun-
cio Apost. Can. 9. Iubet etiam describi nomina
omnium, tam confitentium, quàm communi-
cantium in Paschate. Cui ad stipulatur Conc. Pro-
vinc. Mechliniense habitum anno 1570. titul. de
Sacramentis cap. 5. cuius hæc sunt verba: Man-
dat Synodus pastoribus omnibus, ut registrum
conficiant omnium, quorum tempore quadrage-
simæ confessiones recipiunt; atque ut in illud
omnes alij etiam religiosi ad confessiones audien-
das admissi, eos describi curent, quorum con-
fessiones exceperunt, & à pastoribus auditi non
sunt, nec alios, quàm sic descriptos ad Sacramen-
ta, etiam matrimonium, aut sepulturam admittant.

Pag. 474. n. 8. Quia sedis patre, &c.] Idem cautum
conc. Aquens. 1585. tit. quæ ad pœnit. sacram. pert.

Pag. 474. num. 9. In ipso sacrificiæ limine, &c.]
Conc. Aquense ubi proximè.

Pag. 475. n. 10. Confessiones extra ecclesiam non

De Eucharistia.

excipientur qui verò, &c.) Conc. Aquense loco supra designato.

Pag. 475. n. 11. Quoniam ea esse solet ægrotorum in curia, &c.) Conc. Narbon. 1551. can. 52. canones Melod. tit. de pœnitent. Conc. Rothomag 1581. tit. de curatorum & aliorum presbyterorum, ac parochianorum officiis. n. 27. Burdigalense 1583. cap. 12. Bituricense 1584. tit. quæ ad pœnitentiæ sacram. pert. Narbonense 1609. cap. 16.

Pag. 475. n. 12. confessoresque certis temporum intervallis, &c.) Conc. Aquense vbi proximè.

De Eucharistia.

Pag. 476. num. 1. in solo altari.] idque maiori, si fieri possit, S. Carolus in Conc. Mediol. 1. *Episcopus diligentissimè cures, ut in Cathedrali, collegiatis, Parochialibus, & aliis quibusvis Ecclesiis, vbi sacro-sancta Eucharistia custodiri solet, vel debet, in maiori altari collocetur; nisi necessariâ, vel gravi de causâ aliud ei videatur.* Idem statuit Conc. Aquense 1585. tit. quæ ad sanctiss. Eucharistiæ sacram. pert. ac Francis. Bon-homius in decretis cod. tit. Quòd verò corpus Domini collocandum sit in altari, non inter sacras imagines, quibus altare adornari solebat, sed sub ipsa cruce, quæ in medietate altaris poni consuevit, decrevit Synod. Turonensis 11. can. 3. *ut corpus Domini in altari, non in imaginario ordine, sed sub Crucis titulo componatur.*

Ibidem num. 1. in tabernaculo ligneo (Conc. Aquense vbi proximè; *Tabernaculum in quo sanctissimum asseruatur sacramentum esse debet quam ornatisimum, ac si fieri posset, ex auro solido, pretiosissimis gemmis, vel glosè certis locis ornatum, sed quando per facultates ne aeneum quidem habere licet, li-*

De Eucharistia.

genum saltem non ex tabulis nucis, aut querneis, unde humiditas gigni solet, sed ex populeis, aut similibus conficiatur. Lege Conc. Mediol. 4. sub S. Carolo Borr. ac eundem S. Carol. a stor. part. 1. constit. lib. 2. de custod. Euchar.

Ibidem num. 1. accensa perpetuò lampade custodito) Synod. Augustensis 1548. sub Paulo III. cap. 18. *Hostia vitalis pro infirmorum Viatico, in loco mundo, & honorato, accensa ad eum perpetuo lumine seruetur.* Conc. Narbonense 1551. Can. 38. *Ad haec ex sanctorum patrum decretis, monet concilium parochos, & Ecclesiarum rectores, eorumque Vicarios, ut ab ipsis sacro-sancta Eucharistia, in loco templi mundissimo & tutissimo clauibus adhibitis, summo cum honore collocata, religiosissimè conseruetur. Et qui, ut decet, non custodierit pœnis canonum plebatur: Cauebunt autem, ne ibi die nocteque lumen desit.* Conc. Mediol. 1. sub S. Carolo tit. quæ pert. ad sacram. sanctæ Eucharistiæ: *Anse ipsam semper lampas accensa coluceat.* Canones melodun. an. 1579. tit. de Eccles. visit. *Lumen ante sacrum ciborium perpetuò ardeat, Quod secundum canones fieri oportet, ut corpus illud Christi illic adesse designetur, qui est candor fœcis æternæ.* Lege Conc. Aquisgran. an. 836. lib. 1. cap. 29. super illa verba leuitic. 6. & 10. *ignis in altari meo semper ardebit.*

Ibid. n. 1. Ex pixide ministretur) Conc. Aquense 1587. cum de Eucharistia, Narbonense 1609. c. 18.

pag. 476. num. 2. sub umbella) Conc. Aquense ibi proximè,

Ibid. n. 2. frequèti cõcomuniãte, &c.) Conc. Burd

De Eucharistia.

1524. c. 5. n. 4. synodus andegau. 1270. Senonen
1524. Trecentis 1526. mechliniensis 1609. alia quæ

Ibidem num. 2. Christi corporis sodaliticium i
stituat) Conc. burdigalense ubi proximè nu.
Franc. bonhomius in decretis tit. de ss. Euchar
stia sacramento.

Pag. 477. num. 3. Communicantium in pasche
te parochi nomina describent) Conc. Narbo
nense 1551. Can. 50. Parochus omnis eorum nomi
scribat qui Eucharistiam in paschate receperint ; & eo
qui non receperint , ad Diocesarium , seu generalem ei
Vicarium , intra dies octo deferat : aut in proxima Syn
do , ne excommunicationis pœna plectatur , ut tollant
impostura , deceptiones , doli , & abusus : utque cog
tis refractariis , in eos tamquam hæreseos nomine susp
Elos agatur , ut ius dicat , quod statutum publicetur p
dies dominicos proxima quadragesima. Conc. Bitur
cense 1584. tit. 22. Can. 10. Parochi seu curati on
nium communicantium in suis Ecclesiis nomina ex
pian , & describant , ut oves suas agnoscant , nec quen
quam admittant ad communionem , nisi cum prius se
uerint confessum fuisse peccata , eorum Vicariis aut (ace
dotibus deputatis. Qui non communicauerint , causa
sui defectus reddant curato. Id ipsum cautum Con
mechliniensian. 1570. supr. & an. 1607. Narbonen
anno 1609. cap. 18. & longe ante synodis par
sienf. 1421. & 1557.

Ibidem num. 3. Notatos ad episcopum defe
rent.) Conc. burdigalense 1583. cap. 11. Eos an
tem , qui saltem semel quotannis , idque solemni
pascha diebus , vel si quis ad hoc sacramentum Eucha

De Eucharistia.

tistia, præmissa peccatorum confessione, non acceperint, cuiuscunque tandem sint conditionis, ad Episcopum proxima post pascha Synodo deferant. In eos vero Episcopi, censuris aliisque pœnis acriter animadvertant. Id ipsum cautum Conc. mechliniensi 1607. cum de Eucharistia, ac Narbonensi 1609. cap. 18. & longe ante synod. parisiensi 1421. & 1557. aliisque apud Bochellum.

Pag. 477. num. 5. Qui paschatistempore abfuerint, &c.) Conc. Burdigalense ubi proximè. Statuimus ut prædicto tempore pascha, nemo extra suam parochiam, absque rectoris sui facultate aliò se conferat hoc sacramentum percipiurus. Sed & quibus dabitur ea facultas parochum certiores faciant, quo loco sacram Eucharistiam sumpserint. Francis. Bonhomius in decretis tit. de sanctiss. Eucharistiæ sacramento. Si qui autem eo tempore à parochia abfuerint, & reuersi octo dierum spatio, se in paschate communicasse restatum non fecerint, & pari omninò cum illis, qui non communicarunt conditione censeantur, ut viuis, Ecclesia ingressu, mortuisque Ecclesiastica sepultura interdictum sit. Vide Conc. narbonense an. 1551. celebratum can. 63.

Pag. 478. num. 7. non calice, sed ad id tantum destinato Scypho, &c.) Conc. Bituricense 1584. tit. 22. can. 12. In exhibenda laicis sacra communione comparatum sit vas, quod formam calicis non præ se ferat, ex quo sumatur ablutio post communionem Eucharistiæ. Conc. Aquense 1585. tit. quæ ad ss. Eucharist. sacram. pert. Clericus, qui confessionem recitauit accepto vase purificationis, quod tamen non sit ca-

De Eucharistia.

*lix, ad consecrationem paratus, sed cyathus & man-
pa purgata; alia manu teneat aliud vas, in quo vinu-
sit pro purificatione communicantium, &c. Conc. Nar-
bonense 1609. cap. 18. Non utatur parochus calice
dandam purificationem, sed habeat cyathum mundum
in quo sit vinum aut aqua, quem deferat minister cu-
mansili & communicatis purificationem dabit. Fran-
cis. Bonhomius in decretis tit. de ss. Euchar. sa-
eram. Sumpta Eucharistia vinum statim per clericum
superpelliceo indutum, omnibus ad oris ablutionem, quod
ut nemo abstineat, curabit parochus, prabeatur, non ca-
lice quidem, alioue ad calicis similitudinem vase conse-
cto, non etiam patera, aut domestica figura cyatho se-
singulari distincta forma vase, ex argento, vel Chry-
stallo confecto, quod non ad alterius rei, quam sacra-
communiois usum adhibeatur.*

Pag. 478. num. 8. Frequentissimam populo com-
munionem, &c.) Conc. Treuerense 1549. su-
rit. de missæ officio ritè peragendo. constit. Con-
uentus melodun. 1579. tit. de eucharistiæ sacram-
conc. Remense 1583. cum de Eucharistia n. 2.

De Missarum celebratione.

Pag. 479. numero 1. Qui aperto deterioris viti-
&c.) Conc. Rothomagensis 1581. cum de sacri-
ficio missæ nu. 6. Burdigalense 1583. cap. 5. Bituri-
cense 1584. tit. 23. can. 4.

Pag. 479. num. 2. absque sui episcopi dimissorii
litteris) Vide supra hac de re constit. synod. Ioan-
nis d'Orleans num. 38. & quæ ibi ex priscais cano-
nibus delibauimus, quibus iunge recentiora galliæ
nostre concilia, & in primis conc. Narbonen-

De Missarum celebratione.

se 851. can. 13. canones melodun. tit. quæ pert. ad celebrat. missæ conc. Burdigalense 1583. cap. 5. Turonense 1583. tit. de parœcis. Bituricense 1584. tit. 23. can. 4. Aquense 1585. compluraque alia cùm prouincialia, tum Diœcesana.

Ibidem num. 2. Vel sacramenta ministranda) erat quoque supra hac de re specialis sanctio synodales inter Joannis d'Orleans constitutiones quæ serie est 39. vbi diximus. *Istud autem decretum de peregrinis sacerdotibus ad officium sacerdotale absque sui episcopi litteris commendationis non admittendis, etiam à regularibus, ut hic statuitur, seruandum esse, declarat conc. Burdigalense habitum sub Francisco cardinali de sourdis archiepiscopo Burdigalensi cap. 3. de officiis diuinis num. 3. hoc verborum tenore. Sacerdotes autem, ex alia Diœcesi in ciuitatem accedentes, in Ecclesijs huiusmodi ciuitatis, etiam religiosorum, absque ordinarij licentia in scriptis obtenta, atque adeo in monialium monasterijs, nisi ex speciali mandato in litteris approbationis expresso, ad sacrum faciendum non admittantur sintque difficiles ordinarij, ad eos sacerdotes admittendos, qui paupertate pressi, singulas prouincias peragrantes, facile inducuntur ad præscripta canonum transgredienda.*

Pag. 479. num. 3. non priuatim in ædium oratorij) conc. senonense sub Eminentiss. card. à prao cap. 14. in decret. morum. conc. rothomagensis 1581. cùm de sacrificio missæ. remense, Burdigalense ac Turonense 1583. eod. tit. Bituricense 1584 tit. 23. can. 5. Aquense 1585.

De Missarum celebratione.

Pag. 480. num. 4. Is superpelliceo, vesteque talarum instructus.] conc. Aquense 1585. In celebratione Missæ, sacerdos ne se conf rat ad altare, nisi clericum decenti habitu, & cum superpelliceo mundo cum manicis, sibi inseruientem habuerit. concil. Narbonense 1609 cap. 19. Ministrantes celebrantibus induantur toga talarum, nec ad id admittantur femine, quibus non est licitum parare altare, cum silere debeant in Ecclesiis. & propter sacerdotes faciem velare; illis ideo prohibemur ne ad altare propius accedant, cum divina peraguntur. Decreta Bonhomij tit. de sancto missæ sacrificio. Ne quisquam clericus celebranti inseruiat, nisi talarum veste, & superpelliceo indutus. Idem cautum conc. mediol. 4 sub s. carolo Borr. tit. de his quæ pertinet ad sanctissimum missæ sacrificium.

Pag. 480. num. 5. Quos omnes præcipuè tamen feminas ab altaris septis] Lege infra varia hæc de conciliorum decreta in notis ad gallicas archiepiscopali nostrorum constitutiones, cum de sacrarum ædium veneratione ac cultu s s.

Pag. 480. num. 6. missæ primæ conuiuia si qua sint, &c.] conc. Moguntinum an. 1549. cap. 60. Dum vero à nouitiis sacerdotibus huius sacri primitiæ celebrantur, serio mandamus, choreas & omnino seculares pompas omittendas, & conuiuia non permittenda, nisi in paucos amicos, & ex sobria tamen, & quæ sine luxu ueritate Domini incantur. conc. mediol. 1. sub s. carolo Borr. loco in imagine signato. Tollant Episcopi sumptuosæ conuiuia, ludos, choreas & omne inanium oblectamentorum genus, ceterosque omn. s abusos, qui propter temeritate, aut sacerdotum auaritia imponant, ut de

De Missarum celebratione.

tant, Missa celebratione irrepperunt, & in eos qui in hoc genere aliquid peccarint, Episcopus grauitur animaduertat. Conuentus Melodun. 1579. tit. quæ pert. ad celebrat. missæ. & nouarum, ut vulgò dicitur, Missarum celebratione, chorea, sumptuosa conuiuia & alij, si qui antea irrepperunt abusus, abigantur: ut in tantorum mysteriorum celebratione adsit omnis modestia, & grauitas, & absit omnis indecens gestus ac celebritas, & audientes Missam pariter orantes, deuotè ac decenter se componant. Conc. Turonense 1583. tit. de paræcis, presbyteris, &c. Ne primus sacerdotum (quas nouæ Missæ vulgus appellat) stant, aut misceantur conuiuia, &c. Conc. Narbonense 1609. cap. 19. Dum celebrantur, ut vulgò dicitur, noua Missa non sint chorea, & eas ducere tam sacerdoti primam Missam celebranti, quam omnibus alijs districtè prohibemus; tunc vitentur sumptuosa conuiuia, & omnia alia qua luxuriosa iunt, abigantur. sed in sacerdotibus sit omnis modestia, qua audientes Missam ad deuotionem commoueat, secus agentes arbitrio ordinarij puniantur; Concil. Aqueense 1585. cum de sacrificio Missæ. Qui verò prima Missa celebranda facultatem impetrat, is sedulo moneatur, ut quo die primam celebraverit, eum totum in sancta pietatis officio, omni animi religiosi studio ponat, ac ne ludis, commestationibus, minis autem choreis, aut inanibus alijs spectaculis se immisceant, grauisimas alioquin pœnas arbitrio Episcopi daturus. Vide Conc. Trident. sess. 22. decret. de obseruand. & euit. in celebrat. Missæ & Conc. Salisburgense an. 1320. celebratum.

Pag. 481. num. 8. Nihil igitur quod sæculare sit

De Missarum celebratione.

In pronais . &c.) id enim vetitum compluribus Conciliorum præsertim galliæ nostræ decretis quæ nos infra tomo 2. harum constitutionum vnum congegimus in notis, ad gallicas Antistitum nostrorum ordinationes, cum de sacrarum ædium veneratione ac cultu Ss.

Pag. 481. num. 9. Missam summo mane celebrari curent.) Vide similem constitutionem Synodi Carnotensis an. 1526. celebratæ apud Bochellum in decret. cum de sacrificio Missæ.

Pag. 481. num. 10. Nec nisi absoluto post benedictionem Euangelio discedent.) Cautum in pridem sacris Canonibus, de quibus nos supra in notis, ad constit. 14. Bernardi de rosfergio pag. 4. ac pluribus galliæ nostræ Conciliis, Narbonensi 1551. Can. 36. Burdigalensi 1583. cap. 5. Turonensi eod. an. cum de Missæ sacrificio. Remensi 1582. Bituricensi 1584. Aquensi 1585. aliisque constit.

Ibidem, numero 10. Laicis ad oblationem, aliam crucem.) Vide supra constit. 14. Ioannis d'Orlean pag. 199. & quæ ibi diximus hisque adde Concilium Aquensis an. 1585. celebrati decretum tit. de celebratione Missæ hac verborum serie contextum. *Cum post offertorium in Missa oblatio à populo fit, sacerdos, ne patenam de osculandam illi præbeat, sed tabellam aliquam pictam, vel aliam sacram imaginem ad hoc adhibeat, & tit. de parochis & animarum curatoribus. Parochus puerperam ne benedicat, nisi in Ecclesia, cui etiam solum datur aliqua sacra imago de osculanda, cum aspersione aqua benedictæ.*

De Sacramento ordinis.

De Sacramento ordinis.

Pag. 482. n. 1. Sixti V. de male ad ordines promotis Bullam.) Bulla Sixti V. cuius hic mentio, reducta est à Clemente VIII. ad terminos sacrorum canonum, & dictæ constit. Pij II. atque Conc. Trid. videtis infra in calce huius Concilij.

Pag. 482. num. 2. Qui vel prima tonsura, &c.) Conc. Chalcedon. sub Leone I. Can. 6. Trident. sess. 23. de refor. cap. 5. Narbonense 1551. Can. 3. & seq. Rotomagense tit. de Episcoporum officiis numero 6. Aquense 1585. tit. quæ ad sacram. ordinis administrationem pertinent.

Ead. pag. 482. num. 2. Die festo à parochio aut alio suo iussu.) Conc. Turonense habitum an. 1583. tit. de sacram. ordinis. *Quoniam non oportet sacros ordines fortivè suscipere, statuimus, ut quemadmodum iungendi matrimonio trina populo proclamatione denuntiantur: ita maioribus ordinibus initiandi, trina denuntiatione insinuentur in Ecclesia parœcie quam inhabitant, ad percipienda impedimenta (si qua sunt) quæ debeat, parœcus Episcopo, aut eius officiali, significare.* &c. Conc. Burdigalense celebratum à Francisco Cardinali de Sourdis Archiepiscopo Burdigalensi an. 1624. cap. 6. num. 4. *Cum non pauci, quæ sua sunt, potius, quàm quæ Iesu Christi, querentes, fidei attestacionibus, & clementi titulo, facies postea Ecclesia, & onus accedant. Ne quid in eisdem promovendis latentis vitij furo & mendacio contegatur, edito publico denuntiationes in ijs Missarum solemnibus & si parochiis ex quibus orti fuerint, vel in qua dicitur*

De Sacramento ordinis.

sius conuersari, morum qualitates patserint, precipimus: quibus denuntiationibus palam fiat omnibus eiusdem loci parochianis, quinam ex eadem parochia ad sacrum subdiaconatus ordinem breui sunt promouendi, ac proinde quibuscumque precipiatur, sub communicationis pena, ut de promouendorum legibus parentibus, etate, vita, religione, pietate, conuersatione, continentia, sobrietate, abstinentia, puerantia, propensione ad vitam Ecclesiasticam, ceterisque virtutibus, valore denique tituli sufficientis ad vitam, siue Ecclesiastici, siue patrimonij, ad summum centum viginti librarum argenti ad minus ascendenti aut e contra, gloriam Deo dantes, veritatem promerant & reuelent, edicimus.

Pag. 483. num. 2. Publicè proponi promulgatæ (que) Prædicare dixit Canon. 5. Concilij Nicæni fuit enim is certus Ecclesiæ mos, ut qui ordinandi in Ecclesia essent prædicarentur, id est palam publicè proponerentur, vel nominarentur, loquitur Canon. Synodi Ancyranæ, ut sic prædicante plebe, vel detegerentur malorum crimina, vel bonorum merita prædicarentur, sicque fieret iusta ac legitima ordinatio, ut D. Cypriani verbis utamur. Quoniam notione Sacerdotes prædicari, dixit etiam Lausridius in Alexandro seucro. Hoc autem non solum in presbyteris, sed in Episcopis ordinari obtinuisse patet ex eiusdem S. Cypriani auctoritate, apud quem huius antiqui moris vestigia constant lib. 1. epist. 4. & lib. 5. epist. 5.

Pag. 483. num. 3. aut iustis testibus, aut plenis, &c. Quod iure meritò sic statutum fuit; et

De Sacramento Ordinis.

facris Canonibus Episcopis non liceat, clericos ad ordines promouere, nisi probatos. Conc. Nicœn. I. anno 325. cap. 9. *Si qui sine examine promoti sunt presbyteri & tales Canon non admittit.* Concil. Carthagin. 3. ordine temporis 2. anno 397. cap. 22. *habeturque apud gratian. dist. 23. Nullus ordinetur Clericus, nisi probatus, vel Episcoporum examine, vel populi testimonio.* Conc. Bracarense 2. anno 572. cap. 3. *Oportet ergò non per gratiam munerum, sed per diligentem prius discussionem, deinde per multorum testimonia clericos ordinare.* Idipsum adstruunt concilia. Nannetense anno 895. Canon. II. Lateranense 3. Occumenicum sub Alexandro III. anno 1179. & 1180. cap. 3. Lateranense 4. etiam Occumenicum sub Innocentio III. anno 1215. cap. 27. & postremò Trident. sess. 23. de reform. cap. 7. ibi. *Episcopus autem & ordinandorum genus, personam, ætatem, institutionem, mores, doctrinam & fidem, diligenter inuestiget, & examinet; & postea cap. 12. Regularis quoque non sine diligenti Episcopi examine ordinentur, privilegia quibuscumque, quoad hoc penitus exclusis, & cap. 13. Subdiaconi & diaconi ordinentur, ut habentes bonum testimonium, & in minoribus ordinibus iam probati, celeriter, & us, quæ ad ordinem exercendum pertinent, instructi, & cap. 14. Qui piè ac fideliter in ministeriis ante actis se gesserint, & ad presbyteratus ordinem assumantur bonum habeant testimonium.*

Ibidem num. 3. *Quibus tamen Episcopi non stabunt*) Conc. Mediol. 4. sub S. Carol. Borromeo. de us quæ ad sacram. ordinis pertinent *Quin-*

De Sacramento ordinis.

imo quod ad mores illorum inquirendos attinet, testificatio ab iis nulla conquiratur, quos sua vna testes ipsi attulerint, nominarintue, si id testimonij genus a aliis, scilicet integritate viris, recte haberi queat. Vide Conc. Burdigalense anno 1624. supra citatum, loco ibidem designato.

Pag. 483. num. 4. Dimissorias litteras, nunquam sine examine Episcopus concedat.) Conc. Senonense 1528. sub Antonio Cardinali à Prato, cap. 5. in decretis morum. Rothomagense, Tit. De Episcoporum Officiis. n. 8. Remense 1583. Tit. De Ordine, n. 2. & 3. Aquense 1585. Tit. Quæ ad Sacram. Ordinis Administrationem pertinent. Narbonense 1609. cap. 21. Burdigalense 1624. cap. 6. n. 9.

Pag. 483. nu. 5. Dimittendorum vitam, mores, &c.) Conc. Aquense loco proximè signato.

Pag. 484. num. 6. Instanti solum sacro ordinationis.) Conc. Aquense vbi suprà.

Pag. 484. num. 7. Dominico qui solemnem.) idem eavum Conc. Aquensi suprà laudato.

Pag. 484. num. 8. pridie verò ab Episcopo.) Conc. Aquense 1585. quæ ad Sacramenti ordinis administrationem pert.

Pag. 485. numero 9. Certæ ecclesiæ adscribantur.) Conc. Rothomagense 1581. titul. de Episcoporum officiis, num. 6. Aquense vbi proximè.

Ead. pag. 485. num. 9. Muneraque omnia illa minoribus ordinibus initiati præsent.) Vide hæc de re Conc. mediol. 1. sub S. Carolo Borr. cum

De Sacramento ordinis.

de sacram. ordinis, vbi & de functionibus minorum ordinum ad vsum reuocandis, munitaque quæ cuiuslibet minori ordini incumbunt, sigillatim recensentur.

Pag. 485. num. 10. Nec verò cuiquam alius.) Conc. Aquense 1585. tit. quæ ad sacramenti ordinis administrationem pertinent. Lege apud Gratian. Can. si officia Lix. dist. Can. Monachus 77 dist. & Can. Monachos 16. q. 1.

Pag. 486. num. 12. In ea ipsa Ecclesia, sub cuius titulo, &c.) Conc. Bituricense 1584. tit. 26. Can. 2. *sacerdos in illa Ecclesia permaneat sui cuius titulo promotus fuit, nec cauponariam permutationem beneficiorum exerceat. Quæ autem titulum beneficij in gratiam promotionis sua tantum accipit cum conditione de eo reddendo, tam, ipse, quam qui in fraudem Ecclesie ei, signauerit, à suo gradu & ordine deiciatur.*

Ead. pag. num. 12. Illud verò beneficium resignare non possit, nisi facta mentione, &c.) Concil. Remense 1583. tit. de ordine num 6. & 7. Burdigalense cod. an. cap. 13. vide hac de re Flamini tractatum de resignat. l. 2. qu 6. q. 1 & ita ab omnibus teneri, & in praxi seruari, allerit.

Pag 486. num. 13. Clericorum omnium &c.) Franciscus Bonhomius in decretis cum de ordinis sacram. *Archidiaconi autem cura illa sit, eorum omnium, qui ordines suscipiant, tam regularium, quam secularium nomina primum, titulumque describere, & Ecclesiam, cui illi adscribuntur, & diem, quoad maiores vel minores, qui que promouentur ordines, in certum codicem referre, quem quidem, vel estus exemplum quot annis*

De Matrimonio.

Episcopo tradit, in Archivo Episcopali perpetuò asservandum.

De Matrimonio.

Pag. 487. num. 1. Matrimonia aliter quàm præsentante Parocho &c.) Conc. Rothomagensis 1581. tit. de Matrimonio. Remense 1583. eod. tit. Burdigalense 1533. cap. 15. Turonense eod. an. cum de Matrimonio. Bituricense 1584. tit. 27. Can. 3. Aquense 1585. tit. de Matrimonio. Narbonense 1609. c. 22. *Voyés l'ordonnance de Blois art. 40.*

Ead. pag. & numero. Vt in Ecclesia.) Quia nimirum sacramentorum proprius locus est in quibus idcirco & Matrimonium celebrari, & benedictionem sacerdotalem impendi præcipit Synodus Tridentina sess. 24. de reformat. cap. 1. Synodus quoque Augustensis an. 1548. celebrata cap. 21. Conc. Colonienſe 2. habitum an. 1549. cap. 33. Cameracense 1565. tit. de Matrimonio cap. 7. Narbonense 1609. cap. 22. Burdigalense 1624. tit. 7. num. 6. aliaque. Iure igitur ut Conc. Colonienſis 1536. habiti verbis utamur: superbia, ac fastu tumidis, qui in privatis domiciliis malunt, quàm in templo, ubi Ecclesia convenit, ac coniungendis benè precatur, copulationem non ineptè, opponi potest, illud Paulinum Num. 2. Ecclesiam Dei contemnitis 1. Corinth. 2. sed nec in qualibet Ecclesia, verùm in parochia dumtaxat peragendam per sacerdotem, intermissarum solemniam hanc conjugum coniunctionem, vult Synodus Tolosana sub Eminentissimo Cardinale

De Matrimonio.

Ioan. Dorleans supra num. 42. ubi diximus: quibus tamen addere liceat Conc. Narbonensis an. 1551. celebrati Decretum Can. 53. cuius hæc sunt verba. *In hbet concilium, ut dignus tanto sacramento honor exhibeatur, ne alibi, quam in Ecclesiis Iarochialibus publice matrimonij sacra peragantur: Nulloque Diaresani, vel generales eorum Vicarij huius iuris relaxationem, sine dispensatione concedant, nisi urgente causa, quin & Franciscus Bonhomius in, Decretis cum de Matrimonio idipsum diserte prohibet hoc verborum tenore. Caueat Paro huius ac in quorumvis, etiam quavis dignitate praedictorum, adibus Matrimonium celebret: rive in Ecclesia non Parochiali, neque vero etiam in Parochiali, que propria ipsius non sit, sed in propria Ecclesia, atque ad altare maius.*

Pag. 487. num. 2. Matrimoniales denuntiationes &c.) Conc. Rothomagense 1581. tit. de Matrimeo. num. 7. Turonense 1583. cum. de Matrimonio.

Pag. 487. num. 4. Parochi diligenter inquirant &c.) Conc. Turonense 1583. tit. de Matrimonio. Bituricense 1584. tit. 27. Can. 4. Narbonense 1609. c. 22.

Pag. 488. num. 5. Catholicis ac hæreticis) Canones Meloducientes tit. de Matrimonio, Conc. Burdigalense 1583. cas. 15. Turonense 1583. cum de Matrimonio. Narbonense 1609. cap. 22. Burdigalense 1624. cap. 7. n. 1.

Pag. 488. n. 6. Et ab aurora ad meridiem) mane siquidem celebrandum est Matrimonium,

De Matrimonio.

non noctu, nec post prandium, inter missarum
solemnia, ut qui, in missali romano celebra-
ac benedicendi Matrimonij ritus præscriptus
omnino obseruetur; ieiunique sponsi non ven-
pleni, piè magis ac religiosè sanctas illas prec-
& quælibet verba, tum verò magis eorum signi-
ficationem, mysteriaque attendant: ut rectè
net Fran. Bonhomius in decretis. Hinc Con-
Senonense habitum an. 1528. sub Eminentissimo
Cardinali à Prato cap. 39. *illum quæque abusu
qui inualuit in quibusdam partibus, ut benedic-
nuptialis, & missa celebrentur statim post medi-
noctem tollimus, & amputamus: statuentes quòd
lia deniceps non fiant, nisi post ortum solem ac illu-
cescentem diem: siquidem exemplo pernicioso interdum
compertum est, solemnitates huiusmodi nuptiales sic
latebris & occulto factas, clandestinis Matrimo-
niam aperuisse, & occasionem dedisse concubinæ
excelsum sacramentum, ac lascivias & spurcitas qu-
dam committendi. Canones Melodunenses 1577.
tit. de Matrim. Non clandestina celebrentur nuptiæ
nec noctu metu præstigiatorum fieri debent nuptiarum
benedictiones, sed diu nubentibus sacramento penitent-
& piis præmunitionis precibus. Conc. Remense an. 1581.
sub Eminentiss. Cardinali à Guyssa cap. De Ma-
trim. num. 5. Matrimonij benedictio, nec ante qua-
rtam matutinam, nec post meridiem confertur. Peccati
autem graviter admonemus eos, qui noctu, vel cla-
culum benedictionem nuptialem sibi dari procurant
propter metum malefici, malefici enim se vitari
posse credere debent, si eo pietatis affectu ad coniugium*

De Matrimonio.

accendant, qui praescribitur in sacris litteris, vid licet, ut cum timore Domini, & amore filiorum magis quam libidine impulsu copulentur, deuotè susceptis, ut antè diximus, Penitentiae & Eucharistiae sacramentis. Conc. Burdigalense 1583. cap. 15. Benedictionem nuptialem in facie Ecclesiae, ante vel post missarum celebrationem, à quarta hora matutina, vsque ad meridiem fieri praecipimus, post prandium vero, aut noctu celebrari vetamus. Conc. Turonense 1583. tit. de Matrimonio. Idcirco sacrorum conciliorum vestigiis inherentes, omnes conuentiones coniugum palam in conspectu Ecclesiae, praesente Parocho, vel alio sacerdote de ipsius Parochi vel ordinarij licentia, & duobus, vel tribus, non ante solis ortum cum celebritate, & solemnitate, ab antiquis patribus adhiberi solita & celebrari debere decernimus. Conc. Bituricense 1584. tit. 27. Can. 5. Fiat benedictio nuptialis à proprio Parocho, aut alio sacerdote de ipsius Parochi aut ordinarij licentia, in facie Ecclesiae, in missa, ab aurora vsque ad meridiem duobus saltem, aut tribus idoneis praesentibus, non post prandium, neque noctu, neque in priuatis domibus. Conc. Narbonense 1609. cap. 22. Matrimonium non domi, sed in loco sacro celebratur, ab aurora ad meridiem, in missa tantum.

Pag. 488. num. 7. Inhonestum minusque conueniens inuenerit.) Qualia sunt musica instrumenta, quae, ut habet Conc. Mediol. 2. a sponsis adhiberi solent cum in Ecclesiam conueniunt, vel ad Matrimonium contrahendum, vel ad accipiendam benedictionem. Vfus etiam ille improbatu quoque a S. Carolo Borr. in Conc. Mediol. 4.

De Matrimonio.

in Ecclesia bibent & faucei cyathi cum affluente
Matrimonio iunguntur. Sed potissimum in nuptiis
minimè ferèda sunt illæ duæ, depravato usu in
duæ corruptelæ, de quibus idem S. Carolus
Conc. Mediol. 4. iam laudato. Una scilicet, e
certa quædam pecunia ab iis extorquetur, qui
alieno solo, alienæ Parochia, uxorem ducunt.
Altera cum per vicos & plateas, qua iter
nupta ducitur, clamores, tumultuosæque vociferationes
& prophano gentium more non adhorrentes, &
strepitus hominum, quasi exagitandis secundum
nuptiis eduntur, qui apud nos, *Chariuari*, vulgè
audiunt. Has autem corruptelas ab Episcopo, cum
omni alia pastoralis officij sui ratione, tum pro
positis etiam penis, censurisque, extirpari, ac plene
funditus tolli vult S. Carolus Borom. Cui suffragantur
complures galliæ nostræ Synodi tum provinciales,
tum Diocesanae. Lingonensis 1401. & 1421. & 1455. Trecentis,
Andegavensis 1441. Ro. homagenfis, 1581. tit. de matrimonio Aque
fis 1585. eod. tit. Narbonensis 1609. cap. 22. aliæque
de quibus nos alibi.

De Extrema Unctione.

Page 489. num. 1. Extremaque unctio
(&c.) Canones Melod. in. 1579. tit. de Extrema
Unctione: *Cur ne parochus & pariter, ut infra
adhuc mentis sine tantum sacramentum sumant &
presentes vero, de pro infirmo orent adhortentur.* Con
Reimense 1583. eod. tit. num. 2. *Parochus etiam non
expellet de rogatur de eo conferendo, sed sedulitate*

De Extrema Vnctione.

preueniat agrosam de vita periculansera: eadeatque
ne vel mors Vnctionem praueat, vel morbo inua-
lescente semimortuus non sentiat. Conc. Burdigalen-
se 1583. cap. 13. Quamuis sacramentum Extrema
Vnctionis agrotis sit administrandum qui in Ext emum
vita discrimen ac periculum adducti esse videntur: ta-
men non eò vsque differendum est, dum ager omnibus
pene sensibus destitutus sit; quapropter Parochis precipi-
mus, vt omnes Cura sua creditos frequenter moneant,
ne sint, hac in re lentiores, aut negligentiores, cum inter
eos aliquis periculose laborare videbitur. Curent etiam
&c. Conc. Bituricense 1584. tit. 28. Can. 1.
Administretur tempessiuè a sacerdote Extrema Vnctio
olei sancti, ita vt Christianus mente adhuc integrâ
sacramenti efficaciam agnoscere possit Ac deinde
Can. 2. Doceantur infirmi eam percepturi, quis sit eius
fructus, & non esse expectandum ad eam suscipiendam
finem vita. S. Carolus actor part. 2. tit. instruct.
vilit. infir. pag. 270. Ministrabis autem dum ager in-
tegris sensibus est.

Pag. 489. num. 2. Parocho quotquot pote-
runt clerici adstabunt) Conc. Aquense 1585.
tit. quæ pert. ad sacram. Extremæ Vnctionis: Ex-
trema Vnctionis Sacramentum Ministraturus, quod
commode poterit, presbyteros & clericos adhibere studeat
superpelliceo indutos, qui Ministrantem & precan-
tem, pietatis, orationisque studio in eo ministerio adiu-
uent, quod si plures habere non potest, vnum saltem
omnino adhibeat clericum sibi ministrantem.

Ead. pag. ac nu. signum campanæ dabitur)
Conc. Remense 1583. cum de Extrema Vnctione

De Extrema Vnctione.

num. 3. Antiquam pariter, aut alius de eius licentia sacerdos templo egrediatur, oleum ad infirmum laturus, pulsetur campana aliqua, cuius sonus comitibus & numero temperetur, ut Vnctionis extrema celebranda certum possit esse indicium: moneanturque facies, ut hoc signo dato, aut sacerdoti se præbeat comites, aut solum. Erecta mente Deum pro salute de umbentis precentur, cum eo præsertim tempore fidelium precibus indigeat. Idem habet Synodus Mechliniensis an. 1609. celebrata tit. 7. cap. 1.

Pag. 489. num. 3. Ægrotos morti proximos Conc. Aquense 1585. tit. quæ pert. ad sacramentum Extremæ Vnctionis Remense 1583. cum de Extrema Vnctione n. 5.

De Cura pro mortuis agenda, deque sepulchris, exequiis & funeribus.

Pag. 490. num. 1. Secunda quoque feria. Conc. Bituricense 1584. tit. 16. Can. 2. Narbonense 1609. c. 24.

Ibid. num. 2. Si quæ verò) Constit. Conuentus Melodun. 1579. tit. de funere & exequiis.

Ead. pag. & num. 2. Notarios ad piorum testamentorum, &c.) Decreta Bonhomij tit. de fodalitatibus, aliorumque piorum locorum institutione. At verò, ut pia defunctorum voluntas qui aliquid ex bonis suis pio cuiusque loco legauerunt reliquerunt, quoad eius fieri potest, omnino satisfiat, id d. c. commendandum esse duximus, ut Notarij, aut Cancellarij

De Cura pro mortuis agenda, &c.

larum, quicumque tabulas testamenti, aut codicillorum, legatim, ad pias causas conscribent, & conscientiae mense, postquam de testatoris obitu certiores facti sunt, eiusmodi legati particulam, non quidem explicatam, sed breuibus verbis exaratam, manu propria subscriptam, ad Episcopum, vel eius Vicarium deferant vel mittant, alioquin penam interdicti subeant, atque etiam Excommunicationis, cum ita pro contumacia modo id exp. dire iudicauerit Episcopus.

Ead. pag. & numero 2. Quaeque fideles supremis mandatis, &c.) Conc. Burdigalense 1583. cap. 30. turonense 1583. tit. de sepult. Bituricense 1584. tit. 16. Canon. 17. Narbonense 1609. cap. 25.

Ead. pag. 490. num. 3. Noctu, dumque publica, &c. Conc.) Aquense 1585. tit. de funeribus & exequiis. Narbonense 1609. cap. 24.

Pagina 491. numero 4. Aut demum vi adhibita excommunicati sacro loco) Conc. Turonense 1583. tit. de sepult. Narbonense 1609. cap. 24.

Pag. 491. numero 5. Mortuos intra Ecclesiam, &c.) Conc. Remense sub Gregorio XIII. à quo approbatum & confirmatum fuit anno 1583. celebratum tit. de sepult. num. 5. & 7. omnes Christiani praesertim laici, quibus Ecclesiastica sepultura non est interdicta, in cæmeteriis, non autem in Ecclesiis sepeliantur nisi fortè de consensu superiorum. Superiores autem, non passim omnibus id privilegium concedant, sed in huiusmodi concessionibus delectum habeant personarum. Idem habent Conc. Rothomagensis 1581. tit. de curatorum

De Cura pro mortuis agenda, &c.

& aliorum presbyterorum, ac parœcianorum officii nom. 26. Burdigalense 1583. cap. 30. Turonensis d. 27. tit. de sepult. Aituristicense 1584. titul. 16. Canon 14. Narbonense 1609 cap. 24. aliaque. Quotum utique constitutum merito fuit, cum si summo iure agatur, sepulturæ locus non in Ecclesia, sed in cœmeteriis sit concedendus: & hic ordo veteris Ecclesiæ, qui si ritè Ecclesiasticæ dignitati consulatur, esset reuocandus: ut probè aduertit. Illustrissimus Cironius noster in suis paratitlis, & rituali Romano præscriptum extat; Quod autè olim intra zdificia sacras, Sepulchra fieri prohiberentur, legere est apud D. Greg. lib. 4. Dialogor. cap. 50. & probatur potest compluribus conciliorum decretis, & vltimo diutino Ecclesiæ, quo Christianorum corpora passim sepulta in cœmeteriis & polyandriis, quæ meliori æuo etiam Illustriores, non aspernabantur. Postmodùm solis Episcopis, abbatibus, presbyteris, aut fidelibus laicis, ut habet Canon. nullus 13. quæst. 2. id est, sæcularibus viris, religione & pietate præstantibus, intra Ecclesiam sepulturæ honore impensus. Aliis satis consultum existimarunt pontifices, si in aditu, vel porticu, seu exhedris Ecclesiæ sepelirentur. Sed, ut omnia in peius ruunt, tandem consuetudine effectum est, ut quod solis Episcopis, presbyteris, & personis insignibus concedebatur, indiscriminatim quibuscunque siue clericis siue laicis sit indultum, ut in Ecclesia sepeliantur. Quod quàm ab antiquis canonibus, ac veterum patrum religione sit alienum, nemo est qui non videat: non malè igitur in Conc. Mediol. 1. sub

De Cura pro mortuis agenda, &c.

S. Carol. tit. de sepulturis monetur Episcopi vt morem multis locis intermissum, mortuos in cæmeteriis sepeliendi restituendum curent; Inde submotis si qui ea vsurparint: Tentare id ipsum voluerit post Sanctum Carol. Galliæ nostræ Antistites, in suis posterioribus Synodis, à nobis iam citatis Sed infœlici successu, tanta est morum nostrorum corruptio, & disciplinæ Ecclesiasticæ collapsæ labe. Vide supra Const. 26. Ioan. d'Orleans, & quæ ibi annotauimus.

Ead. pag. 491. num. 5. Ita tamen, vt supra soli planitiem, &c.) existat hac de re egregia constitutio S. Carol. vort. in Concl. Mediol. 1. à nobis in margine laudato tit. de sepult. cuius ideo locum integram hic exscribere non pigebit, sic autem se habet *Non est ferenda nostri temporis insolentia sepulchrorum, in quibus putrida cadauera, tamquam sacrorum corporum reliquia, excelsis & ornato loco in Ecclesiis collocantur, circumque arma, vexilla, Trophæa, & alia Victoria signa, & monumenta suspenduntur: vt non iam diuina templa, sed castra bellica esse videantur; ambitiosam igitur hanc mortuorum corporibus decorandis arrogantiam detestantes & Ecclesiarum decori consulentes, eiusmodi sepulchra excelsis locis posita, & ea, quæ parietibus inclusa, vel adiuncta etiam in vna parietum parte eminent nisi marmorea, aut area sint, siue illis corpora contegantur, siue inania, & ibi tantum honoris causâ sint constituta, & eorum omnis generis ornatum & apparatus ad tres menses amoueri, ac tolli omnino iubemus, ossaque ac cineres in sacro loco altius in terram defodi, ita cunctos, vt sepulchrum è solo eminent, & Paulò*

De Cura pro mortuis agenda, &c.

post. Et si cui locus sepultura deinceps dabitur in Ecclesia, humi tantum detur: & sepulcrum, in quo condetur, opere fornicato cum aliquo Ecclesie pavimento æquatum sit. dem S. Carolus in Conc. Mediol. 4. sub Gregor. XI. tit. de Sepulchris. Sepulchra è solo Ecclesie nullomodo extant emineantque; sed illud planè ad aquæ. Quin & postremis Gallie nostræ Synodis idè cautum, & quidem Conc. Remense anno 1583. celebratum tit. de sepult. num. 8. Sic statuit: Nec liceat tumulis ipsa humo altiores erigere, nec ibi cuiquam stantibus, aut vexilla militaria, vel tropæa ponere, Conc. Burdigalense anno 1584. tit. 16. can. 19. Non alius erigantur tumuli, aut sepulchra defunctorum in Ecclesiis, choro præsertim, nisi forè prælatorum, regum & principum. Conc. Burdigalense 1624. cap. 20. num. 2. Non liceat autem in Ecclesiis iura sepultura obtinentibus, sepultura superficiem à terra vel tantillum erigere, sed pavimento sit æqualis semper. Id ipsum quoque præcipit Conc. Narbonense habitum an. 1609. cap. 24. ac Bulla Pij V. in margine citata.

Pag. 492. n. 8. Funus ad hæredibus, &c.) Conc. Narbonense 1609. cap. 24.

Ead. pag. & num. Qui si in ea rei familiaris tenuitate decesserit.) Constit. conuentus Melodun. 1579. titul. de funere & exequiis catholicorum Conc. Remense 1583. tit. de sepult. num. 3.

Pag. 492. num. 9. Pecuniarias super funere, &c. C. præcipiens. l. 13. quæst. 2. cap. suam à nobis 29 & cap. ad apostolic. m. ext. de simonia. Conc. Remense sub Leone IX. claramont. sub Urbano II. cap. penult. Turonense sub Alexand. III. can. 6.

De Cura promortuis agenda, &c.

Pag. 492. num. 10. Domi per diem integrum.) Conc. Narbonense sub Paulo V. cap. 24. *Non sepelientur defunctorum corpora nisi post horas viginti quatuor, nisi fuerint pueruli.*

ead. pag. & numero. In cuius apparatu lamenta illa, eiulationes, &c.) Capitularia caroli magni lib. 6. cap. 1094. *Admoneantur fideles, ut ad suos mortuos non agant ea, quae de paganorum ritu remanserunt, sed unusquisque deuota mente, & cum compunctione cordis, pro eius anima Dei misericordiam imploret: & quando eos ad sepulturam portauerint, illum vltimum excelsum non faciant, sed, sicut superius diximus, deuota mente & cum compunctione cordis in quantum sensum habuerint, pro eius anima implorare Dei misericordiam faciant, & illi qui psalmos non tenent, excelsa voce. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Viri inchoantibus, mulieribusque respondentibus alta voce canere studeant pro eius anima, & super eorum tumulos, nec manducare, nec bibere praesument. Quod si fecerint canonicam sententiam accipiant.*

Pag. 492. numero 11. Mortuo Episcopo, &c.) Constit. Conuentus melodun. 1579. titul. de funere & exequiis Catholicorum. *Præ institutiones circa Episcoporum sepulturam olim obseruatae, nunc autem vitio temporum intermissae, in pontificalibus libris expressae, in consuetudinem & vsu reuocentur, indictis supplicationibus, ut Deus oratio gregi pastorem sibi gratum, & cuius vtilem largiri dignetur, cuius ex vita ac doctrina, & ipsi Deo gloria, & omnibus exemplum pietatis, & salus af-*

De Cura pro mortuis agenda, &c.

feratur. Conc. Aemense 1583. numero vicesimo
Vbi vero Episcopum è viuis excedere contigerit
ab omnibus cum ceteris, tum laicis honorifice
sepulchrum deducatur, & funebria ipso digna pe-
soluantur.

Pag. 4. 3. numero 12. Mortuum in funere ha-
bita oratione laudabit, &c.) concil. Rotho-
magense anno 1581. titul. de Curatorum & alio-
rum presbyterorum, ac parochianorum officiis
numero 31. Nec indifferenter pro quibuscunque ha-
beantur funebres orationes, sed pro his tantum quae
gloriosi sunt & illustres in generationibus suis & pe-
pulis; aut quorum tantum est meritum, ut eorum
sapientiam narrare debeant populi, & Ecclesia lau-
dem eorum nunciare, sicut apud scripturam est. Con-
cil. Remense 1583. titul. de sepult. numero 12.
In Episcopi, & aliarum spectabilium personarum fu-
neribus tantum, non passim in ceteris, orationes quae
vocantur funebres, habeantur, quae ad pietatem &
preces pro mortuis faciendas spectent, potius quam de
sanctorum enarrandis laudibus insumantur. Concil.
Aqueense 1585. titul. de funeribus & exequiis
Nemini quemquam in funere laudare liceat in Eccle-
sia, nisi & cum quem laudare velit, Episcopus di-
gnum censuerit, & laudationem scriptam ante pro-
bari: licet tamen in funere concionem habere, quae
tota referatur ad humanam miseriam fidelium oculis
proponendam, omnesque ad vigilandum cohortandos
ne cum vniuersis Dominus hora qua non putarint, in-
ueniat eos dormientes. concil. Narbonense 1609
capit. 24. Nec in funere mortuum hacita oratione

De Cura pro mortuis agenda, &c.

laudabit aliquis, nisi hoc sciente & approbante Episcopo. Concionem vero habere poterit qui, alius ad hoc sacris approbatus; de mortis certitudine, & eiusdem hora incertitudine, iudicij Dei severitate, aut aliis qua audiens ad se parandum ad mortem commovere possunt. conc. Burdigalense 1624. cap. 20. numero 3. Paucunt autem sacerdotes, Ecclesiarum patroni, siue fundatores, & Domini temporales, parochiarum iurisdictionem secularem habentes, in Ecclesiis sepeliri; sed in eorumdem funeribus funebres orationes haberi, sine Episcopi licentia prohibemus: qua tamen, si unquam fieri concordantur, caveant concionatores, ne vana vanè commendare censeantur.

De Reliquiis & sanctorum imaginibus.

cap. II.

Pag. 493. numero 1. non parum in proponendis reliquiis, &c.) conc. Turonense 1583. tit. de sanctorum cultu, veneratione reliquiarum & imaginibus, conc. Narbonense 1609. cap. 6. Burdigalense 1624. cap. 2. num. 10.

Pag. 494. eod. numero 1. nullasque deinceps quas ipsi, &c.) conc. Cameracense 1565. tit. de reliquiis, cap. 1. Turonense 1583. vbi proximè Bituricense 1584. tit. 10. Canon. 4. Narbonense 1609. cap. 6. Burdigalense 1624. cap. 3. numero 10.

Pag. 494. nu. 3. Hæc vero nudæ passim.) conc. Bituricense 1584. tit. 10. Canon. 2. Aquense 1585. tit. de reliquiis,

De Reliquiis & sanctorum imagin. &c.

Eod. nu. 3. Nec ab iisdem in supplicationibus
&c.) Conc. Bicuricense vbi proximè. can. 5.

Pag. 494. numero 4. Reliquiis assidere mul-
res.) Conc. Turonense 1583. titu. de festorum
tu, veneratione reliquiarum & imaginibus. Aqu
se 1585. tit. de reliquiis.

Pag. 494. numero 5. Humi aut sordidis in-
cis.) Conc. Turonense 1583. vbi proximè. *Ne san-
crucis signum sanctorumque imagines in locis sordidis
vbi pedibus atteri & conculcari possint, neque quia
templis scripturarum veritati aut probatis Ecclesiast
hist. viis contrarium sculpatur, aut pingatur, quam
strictissimè prohibemus: ne quod ab omnibus summo
habendum in honore hoc modo vilescat: scire enim qu
que debet imaginis corpus, corporisue statum aut ha-
tum, ad sui prototypi dignitatem & sanctitatem esse
commodandum, ut ex imaginis inspectione exite
pietas, non verò turpi cogitationi detur locus. Decret
nonhomij tit. de sanctorum reliquiis & sacris im-
ginibus, pag. 20. Neque humi sordidoue, aut vigin-
loco neque sub fenestris vnde pluuia stillare poss
effigantur neque eo loco vbi clauis figuntur, ne irat
figantur.*

Pag. 494. n. 6. Apocryphæ, &c.) Conc. Turone
se, vbi proximè.

Pagina 495. Nec vlla tapetia obscenitatis
speciem præ se ferentia.) rectè equidem, cum
nihil sit, quod sacrarum ædium decori magis
pugnet, quàm infames illæ & voluptuosæ pictu-
ræ, nam, cum templum sit domus orationi-
in templo nihil poni, nihil pingi, fingi
oportet

De Reliquiis & sanct. imaginib. c. II.

oportet, quod orantis mentem ad Deum non eleuet, & licet εἰκόνας, in templis receperit Ecclesia, reiecit tamen ἀγάλματα, id est inanes & lasciuas picturas: de quibus accipe sapientis hebræi dictum cap. 15. scribentis, hominum malæ artis excogitatio, est adumbratio picturæ, labor sine fructu, effigies sculpta per varios colores, cuius aspectus dat insensato concupiscentiam, quam digigit imaginis mortuæ speciem. Sanè tales imaginum lasciuas non in templis tantummodo, sed in priuatis etiam domibus reprobauit Oecumenica sancta Synodus sexta, excommunicatione puniens contrauentes Canone suo 101. cuius ueligiis inherentes patres concilij Turonensis habiti an. 1583. tit. de fectorum cultu & c. huiuscemodi quoque imagines, aut picturas mentis corruptrices, & ad turpes voluptates incitatrices fieri vetant, uti & patres Concilij Remensis eod. an. celebrati tit. de diuino cultu n. 12. & Conc. Mechliniensis an. 170. sub Pio IV. coactu tit. de imaginibus c. 1. cuius hæc sunt uerba. *Cum domum Dei decet sanctitudo pro executione decreti de inuocatione, ac ueneratione, ac reliquiis sanctorum & sacris imaginibus, sess. 25. statuit sancta Synodus, ut è templis & locis sacris tollantur imagines, scriptura, aulea, quæ gentilitatem, aut mendaces ethnicorum fabulas, Satyrorum, faunorum, sirenarum terminorum & nympharum, ac id genus alia representant. Similiter quæcunque figura lasciuæ, procaces, & ob pudendam nuditatem, uel alias obscenæ, & superstitiosæ, quæ fideliū mentes a religione & deuotione distrahunt, & sepius*

De Reliquiis & sanct. imaginib. c. II.

grauiter offiendunt. Neque post hac vlla imago aut statua in Ecclesiam, vel locum sacrum recipiatur, nisi u Episcopo admissa fuerit. Vide ibidem idem Conc. cap. 2. & 3.

Pag. 495. num. 7. Quæ verò aut mutilæ, aut fractæ, &c.) Conc. Bituricense 1584. tit. II Can. 3. *Fractæ autem imagines, mutilatæ, aut detrustatæ vitiatæ, in sacrario reponantur, aut si fieri potest, reficiantur, ac restituantur.* Francisc. Bonhomius in decret. tit. de sanctorum reliquiis & factis imaginibus: *Si quæ verò fractæ, aut diminutæ, aut detrustatæ corrosæ, aut situ, sordibusue obductæ sint, uel reconcinrentur, vel si fieri id minus potest, comburantur, cineribus tamen collectis, atque in sacrarium coniectis.* Idem cautum Conc. Narbonensi an. 1609. cap. 6. ac Synodo Mechliniensi, eod. anno celebrata tit. 13. cap. 4.

De Indulgentiis.

Pag. 495. n. I. Quascunque igitur Diocesanos suæ Indulgentias) Conc. Aquense 1585. tit. de Indulgentiis Narbonense 1609. cap. 12.

Pag. 496. n. 2. Prouidebunt Episcopi ne Indulgentiæ ad quæstum) Conc. Turonense 1583. tit. de professionis fidei tuendæ cura. Conc. Aquense 1585. tit. de Indulgentiis.

De Cibis vetitis, & eorum dispensatione.

Pag. 496 num. I. Nisi prius concessa ab Episcopo venia in quadragesima vendet) Conc. Narbonense an. 1609. cap. 10. *Quadragesimale*

De Cibis vetitis, & eorum dispensatione.

Ieiunium, vigilia & quatuor tempora, per abstinentiam & ciborum delectum observentur, dictis temporibus cibi venales vetiti non exponantur, sed pro necessitate aegrotantium clam, & sine scandalo ministrentur, habentibus expressam ab ordinario in scriptis licentiam, quam non nisi nota necessitate, & si fieri possit medicorum attestazione inspectâ conferent. Charles IX. en son Edit donné a Tolose le 3. Fevrier 1565. Defendons a toutes personnes de quelque état & qualité qu'ils soyent, qu'ils n'ayent a vendre, ny faire vendre, ny exposer en vente, en public ny en privé, durant tout le Carême prochain aucunes especes de chair, si non aux hostels-Dieu & Malades en cas de nécessité; & ce sur peine au contrevenant à nostre présente ordonnance de cent écus d'or sol, s'ils ont dequoy: en défaut de ce, d'estre fouettés par les catrefours des lieux, où ils seront demeurans. Ce que nous voulons estre executé contre eux par nos officiers & Magistrats, sans qu'ils puissent aucune chose diminuer de ladite peine contre les defaillans.

De feriis, & earum cultu.

PAG 497. n. 2 Nihil nisi quod vel ad diei vicium & c.) de festorum dierum cultu vide quæ ex variis Conciliis ac regis sanctionibus notavimus infra tom. 2. in notis ad Gallicas Archipræs. Sum. nostrorum constitutiones tit. de festorum observatione.

De Votis, & Religiosis peregrinationibus.

De Votis, & Religiosis peregrinationibus.

Pag. 498. n. 1. 11. Ab Episcopo veniam &c.)
Con. Cabilonense sub Carolo magno. Bituricense 1584. tit. 7. can. 1.

Ead, pag. 498. num. 3. Diligenter contententur) Conc. Bituricense vbi proximè Can. 1.

De Ecclesiis, Capellis, altaribus Caterisque eiusmodi.

Pag. 500. num. 3. Ea sollicita nitore custodiantur &c.)
Canones Melodun. 1579. tit. de cultu & ornatu Ecclesiarum : *Nihil in Ecclesiis vasis, ornamentis, libris, aut aliis mobilibus sordidum sit, sed omnia munda, & nitore splendentia appareant.* Conc. Burdigalense 1583. c. 5. *Adhibeatur opera diligenter, ut omnia altarium ornamenta & sacra vasa ad celebrationem missæ pertinentia, munda sint ac nitida, nullaque noua prius in vsum sacros conferantur, quam ab antistite aliquo fuerint benedicta, & consecrata.* Conc. Bituricense 1584. tit. 9. Can. 9. *Vasa sacra, lintea, seu mappas altarium, candelas & candelabra, & cætera ornamenta Ecclesiæ omni diligentia & reuerentia seruent & proponant, & eorum omnium rationem cum rogati fuerint reddant Visitanti Episcopo, vel eius Vicario, &c.*

Pag. 500. num. 3. Nec vquam prophanis vsum inferuenda, &c.) Conc. Bituricense 1584. tit. 15. Can. 4. *Ornamenta illa Ecclesiastica, & sacra vasa nullis vquam prophanis vsum applicentur, sub pena maioris excommunicationis & sacrilegij, si quæ autem temporum iniuria prophanata sint, iterum*

De Eccles. Capell. altarib. ceterisq. &c. benedicantur. Vide Conc. Aquense 1585. tit. de Ecclesiis. & earum cultu & notas nostras ad gallicas constitutiones Archiepiscoporum nostrorum Tolosanorum cap. de Ecclesiarum veneratione infra tom. 2. num. 3.

Pag. 500. num. 4. Imò nec in ipsa Ecclesia (ætus vlli agentur) conc. Senonense 1528. sub Antonio Cardinale à Prato. cap. 16. in decret. inorum. Canones Melodun. 1579. cap. de cultu & ornatu Ecclesiarum. Conc. Rothomagensis 1581. tit. de cultu diuino in genere n. 8. Narbonense 1609. c. 39.

Pag. 501. num. 5. Scholas alias in iis habere non liceat) S. Carolus Borr. synod. Diocæs. 5. Decret. 5. *Ne in Ecclesia schola, præter quàm doctrina Christiana.* Statuts de S. Malo au titre des Escholes; pour obuier au peché d'irreuerence nous prohibons & defendons a toutes personnes de tenir escholes dans les Eglises consacrées, sur peine d'excommunication, & de dix liures d'amende, applicable par moitié à la fabrique du lieu, &c. Si non que ce fut pour cathechiser, &c.

Pag. 501. num. 6. Nulli dum matutina) Conc. Colonienſe 1536. part. 3. cap. 25. Moguntinum 1549. cap. 73. Canones Melodun. 1579. cap. de cultu & ornatu Ecclesiarum, Conc. Bicuricense 1584. tit. 9. Can. 8. Narbonense 1609. cap. 39. Burdigalense 1624. cap. 1. num. 7.

Pag. 501. num. 7. Auctiones verò, nundinz, &c.) Conc. Rothomagensis 1581. tit. de cultu

De Eccles. Capell. altarib. cæterisq, &
duñno in genere. Turonense 1583. tit. de chr.
fidelibus laicis. Bituricense 1584. tit. 9. Can.
& 8. Aquense 1585. tit. de Ecclesiis, & earu
cultu, Narbonense 1609. cap. 39. Burdigale
se 1624. cap. 3. num. 5. Synodus Ruthenen
an. 1552. sub Georgio Cardin. ab Armenia
Rubr. 17. decret. 9.

Pag. 501. num. 8. Domunculæ, & officii
&c.) Vide Conc. Mediol. 2. sub Pio V. tit.
Decret. 22.

Pag. 502. num. 2. Ludis, spectaculis &c.
Conc. Colonienſe 1536. part. 3. cap. 26. Narb
nense 1551. Can. 6. Canones Melodun. 1579. t
de cultu & ornatu Ecclesiarum. Conc. Burdig
lenſe 1624. cap. 7. n. 8.

Pag. 502. cod. num. 9. Et loci religioni ca
cem erigi) Conc. Aquense 1585. tit. de C
meteriis.

Eod. num. 9. Arcendis brutis) Constit. co
uentus Melodun. 1576. tit. de cultu & orna
Ecclesiarum. Conc. Rothomagenſe 1581.

Pag. 502. num. 10. Altare siue sacro, siue p
phano, &c.) Conc. Bituricense 1584. tit. 9. ca
14. Aquense 1585. tit. de altari Narbonense 160
cap. 39.

Eod. n. 10. Diligenterque provideat, vt qui &c.
conc. Aquense 1585. tit. de Ecclesiis, & earum cu
tu. Narbonense 1609. c. 39.

Pag. 502. n. 12. Quæ consecratæ capellæ alt
riane non sunt &c.) Conc. Bituricense 1584. tit.
can. 13. Narbonense vbi proximè.

De Eccles. Capell. altarib. cæterisq. &c.

Pag. 503. num. 13. Neve aliqui in posterum
&c.) Conc. Aquense 1585. tit. de Ecclesiis, &
earum cultu.

Pag. 503. n. 15. Fenestra in altari vlla sit) Conc.
Aquense vbi proximè.

Pag. 504. num. 16. clavis & cancellis) Alta-
re cancellis olim circumdatum, vt eò accedi non
possit a plebe, & multitudine, apertè indicat
Synodus Chalcedonensis Oecumenita actio. 1. &
probari potest, ex Synodo Turonensi can. 3. qui
refertur c. 1. ext. de vit. & honest. cleric. vide
Joan. Steph. Durant. l. de ritib. Eccles. c. 25. n. 13.
& Conc. Aquense vbi suprà.

Eod. num. 16. In quos laicis nullis aditus) Conc.
Turonense 1583. tit. de christi fidelibus laicis
conc. Aquense 1585. tit. de Ecclesiis, & earum
cultu.

Pag. 504. num. 17. Tribus mappis altare
vnumquodque &c.) Conc. Aquense 1585. vbi
proximè.

Pag. 504. n. 18. Quæ sub Deo, nec septa, nec
tectâ &c.) Conc. Aquense vbi supra Narbonense
1609. c. 39.

Pag. 504. num. 19. Vna saltem in qualibet
Ecclesia &c.) Conc. Aquense 1585. tit. de Ecclesiis,
& earum cultu.

Pag. 505. num. 21. Tabella in sacristia cu-
stodienda) Idem conc. Aquense tit. de altari.

Pag. 505. num. 22. Laicis facilis ad sacristiam
non deur aditus) Idem conc. Aquense tit. de
sacristia. In sacristia ipsa silentium seruetur, ne-

De Vniuersitatibus & Collegiis.

que in ea pateat aditus laicis , nisi necessarium fuerit

Pag. 506. num. 24. In nullos Ecclesiæ vniuersitatis (Campanæ) Idem conc. Aquense tit. de campanis.

Eod. num. 24. His postquam consecrata fuerint &c.) Conc. Bituricense 1584. tit. can. II.

Pag. 506. n. 25. Tres, aut duas saltem, &c.) Conc. Aquense 1585. tit. de campanis.

Pag. 507. n. 29. Iis, quos æquum est sumptibus reficiendas) Canones Melodun. 1579. tit. de ornatu & cultu Ecclesiarum conc. Bituricense 1584. tit. 9. c. 1. Narbonense 1609. c. 39.

De Vniuersitatibus & Collegiis.

Pag. 512. num. 8. Præmissis diligenti examine (ne) Quinimò & professione fidei ; iuxta præscriptam formulam à sede apostolica traditam per eos emissa , vti supra præscriptum fuit part. tit. de fidei professione num. 4. & conc. Medicani 3. sub S. Carolo, Rothomagensi 1581. tit. de scholasticarum, & seminariarum fundatione & regimine ac Turonensi sub Greg. XIII. tit. de seminariis, scholis & vniuersitatibus,

Eod. num. 8. Hunc illi Episcopo &c.) Conc. Turonense 1583. vbi proxime *Nulli omnino quocumque honoris, aut dignitatis titulo fulgeat, regendis scholis aliquem præficere, absque Episcopi approbatione, licet volumus.*

Pag. 513. num. 10. Christianæ doctrinæ rudimentis) Ita enim statutum fuit conc. Lateranen

De Seminariis Clericorum.

Oecumenico sub Leone X. sess. 9. de reformat. Curiz, & aliorum: puerorum siquidem, qui educandorum curam suscipiunt, illud perpetuò meminisse debent, se non potius litterarum, quam vitæ præceptores esse delectos. Pueros ergò pietate, deinde bonis moribus, ac postremò honestis imbuant disciplinis; vt rectè patres conuentus Melodun. 1579. tit. de Ludimagistris.

De Seminariis Clericorum.

DE Seminariis Clericorum, in quavis Diocœssi instituendis, eorumque legibus, ad concilij Trident. præscriptum; vide in primis Const. conuentus Melodun. an. 1579. habiti Conc. Cameracense sub Maximiliano à Bergis Archiepiscopo an. 1565. tit. de Seminario. Conc. Rothomagensis coactum an. 1581. sub Carolo Cardinale Borbonio Metropolitano, & Normaniz primate, ac sanctæ sedis Apostolicæ de latere Legato, in constitutione, quæ ad calcem extat eiusdem Synodi prouincialis, sub titulo *de scholarium & seminariorum fundatione & regimine.* Conc. Remense celebratum, anno 1583 à Ludouico cardinale à Guisla Metropolitano, primate, & Legato nato Apostolicæ sedis, cum suis suffraganeis, propria sanctione *de seminariis.* Conc. Burdigalense habitum eod. anno 1583. sub Antonio de Sansac Archiepiscopo tit. 24. qui est *de seminariis.* Et in appendice vbi pluribus de Seminariorum institutione Concil. Turonense actum eod. quoque an. à Simone Malleo Archiepiscopo, & eius Coepiscopis decreto *de seminariis.*

De Seminariis Clericorum.

Conc. Bituricense habitum anno 1584. sub Reinaldo Bituricense Archiepiscopo primate, ac patriarcha Aquitanie, tit. *De seminariis maioribus minoribus scholis, & vniuersitatibus*, sex in Canon digesto. Concil. Aquense celebratum, anno 1588 ab Alexandro Canigiano Archiepiscopo, & conprovincialibus Episcopis, proprio decreto de Seminario burdigalense Conc. Itidem Prouinciale an. 1624. Cui præfuit Franciscus Cardinalis Soudesius Archiepiscopus burdigalensis cap. 16. quibus adde Concil. Aquileiense quod sedente Clemente VIII. confedit, anno 1596. tit. *de seminariis clericorum*. Franciscum Bonhomium in decretis canon. tit. pag. 47. Lege quoque regum nostrorum hæc ordinationes Henrici in Comitibus Blacensibus artic. 24. & Ludouici XIII. an. 1629. art. 6. *Voyez au l'Edit de Melun, art. 1.*

De Hospitalibus, Leprosariis, aliisque pijs locis.

Pag. 518. numero 1. Ea omnia Episcopi ita videntur, & rectè id quidem, cum ad Episcopos primis pertineat cura pauperum, vti ad primarios bonorum Ecclesie dispensatores: hæc ratione clerici in prochijs constituti, sunt in ditione & potestate Episcopi. Conc. Chalcedon. can. 8. can. quidam Monachorum 17. quæst. 2. & hospitalia ipsa pertinent ad sollicitudinem Episcopi, nec condolent præter eius sententiam, cap. de Xenodochijs, cap. ad hæc ext. de relig. domib. vide Concil. Senonense an. 1528. sub Antonio Cardinali. Prato ca. 29. inter decreta morum. Narbon. 1609.

De Hospitalibus, Leprosariis, &c.

cap. 38. Voyez aussi dans le 2. tome des actes & memoires du Clergé de France, les articles presentes au Roy par Nosseigneurs Les Prelats, & repondus par sa Majesté, par lettres patentes du 22. Janvier 1574. artic. 28.

Pagina 518. numero 2. Vt quas integra viz antea actæ ratio, &c.) Concil. Senonense vbi proximè. Decreta Bonhomij titul. de sodalitatibus, aliorumque piorum locorum institutione.

Ibidem num. 2. Sed potissimum locorum ipsorum ære oppressos.) Canones Melodun. 1579. tit. de hospitalibus. Voyez l'Edit de François I. 1543. art. 2.

pag 518. num. 3. Accepti expensique rationem quotannis.) Conc. Senonense 1528. vbi supra. Canones Melodun. vbi proximè, Conc. Burdigalense sub Gregor. XIII. tit. de reb. Eccles. non alien. Voyez l'Edit de Melun 1580. art. 10.

pag. 519. Hi sanctissimo prius profiteantur iuramento.) Conc. Senonense 1528. cap. 29. inter decret. morum. Voyez dans les actes & memoires du Clergé de France, les susdits articles repondus par sa Majesté, avec les susdites lettres patentes, art. 45.

Ibidem eod. num. 4. fructus in vsus necessarios) Canones Melodun. 1579. tit. de Hospitalibus, Conc. Rothomagenie 1581. tit. de Episcoporum officiis, numero 37. Decreta Bonhomij vbi proximè, pag. 296 Voyez les susdits articles, numero 45.

Ibidem num. 4. Labantia ædificia restaura-

De Hospitalibus, Leprosariis, &c.

turos.) Canones Melodun. vbi proximè. Voyez l'*diff. de Melun* 1580. art. 10.

Pag. 519. num. 6. AUT nimio confecti senio, & virium imbecillitate.) Canones Melodun. tit. Hospitalibus. *Ne validi mendicantes, populi facti & corruptela recipiantur, danda est opera. Concil. rothomagense* 1581. *Hospitalia his solis pateant, qui pro ægritudine, senio, aut corporis imbecillitate, victum sibi parare non possunt; excludantur vero à Xenodochiis mendicis validi ac robusti, qui manuum labore seipsum sustentare possunt, ne miserabilium personarum alimenta ab ignavis & desidiosis impie absumantur.*

Pag. 520. num. 10. Peccata ægrotos confiteri &c.) conc. Burdigalense 1583. cap. 28.

pag. 521. numero 12. Sacramenta languentibus debitè administrent.) Concil. bituricense 1584. titul. 43. Canon. 3. narbonense 1600. cap. 38.

DES HOSPITAUX. Voyez la Conférence des Ordres de charité, & les ordonnances liure 1. tit. 2. & le Code Henry liure 1. tit. 30.

De Confraternitatibus & sodalitatibus.

Pag. 524. num. 1. Absque Episcopi licentia nullæ instituantur.) Conc. prouinc. apud Cognac. 1238. Senonense 1528. sub Antonio Cardin. à præfatione, ca. 30. inter decret. morum. rothomagense 1581. tit. de curatorum & aliorum presbyterorum, ac paræcianorum officiis, num. 34. Remense 1583. tit. de diebus festis, num. 8. bituricense 1584. titul. 44. num. 1. Francisc. Bonhomius in decret. tit. de sodali-

De Confraternitatibus & Sodalitiis.

atum, aliorumque priorum locorum institutione. Vide supra constit. Synodal. Ioan. d'Orleans num. 74. & quæ ibi diximus ac bullam Clementis VIII. die 24. Decemb. anno 1604. hac de re editam.

Ibid. num. 1. Institutas, &c.) Conc. Colonienfe 1535. part. 9. cap. 21. Rothomagenfe vbi proximè. Aqueñte 1585. titul. de visitatione. Narbonenfe 1609. cap. 34.

Ibid. num. 1. Quæque in illis corrupta, &c.) Conc. Senonenfe 1528. & Narbonenfe 1609. locis proximè signatis. Sed & Conc. Burdigalense. 1624. sub Francisco Cardin. de Sourdis c. 4. num. 3. *Pias olim sodalitates institutas, in quibus multi in unum coadunati, operibus Christiana iustitia vacantes, primænam Christianorum communionem demonstrabant, pristino religionis, & deuotionis feruori restitui summoperè peroptamus. Curent igitur Episcopi visitationibus Ecclesiarum parochialium, ea ab ipsâ rescare, quæ aliena prorsus ab hoc sancto proposito conspiciuntur. Hinc aboleantur omnino choreæ, commensationes, ebrietates, ludi, cantica prophana, blasphemæ, contentiones, dissidia: sint omnia pia, modesta deuota, & quæ redoleant animum, cuius corpus carnis mortificationem, pro gloria nominis iesu iugiter portet: aut secus interdiciantur omnes illæ sodalitates, & bona earumdem, quacumque collegiis, Seminariis, ne fabricis Ecclesiarum, aut aliis piis operibus applicentur. Quæcumque autem statuta habere dignoscuntur, ab ordinario loci expendantur, corrigantur, & approbentur, pro vt in domino salubrius videbitur et.*

De Confraternitatibus & Sodalitatibus

*pedire, nec unquam illa insinuantur absque Episcopi
licentia.*

Pag. 524. num. 2. Quos ad confratriarum
gimen &c.) Conc. Senonense 1528. sub
tonio Cardin. à Prato cap. 30. Narbonense 1609.
cap. 34.

Pag. 524. num. 3. Quo tempore Domini
festisq; diebus, &c.) conc. Rothomagense 1581.
tit. de curatorum & aliorum presbyterorum,
parœcianorum officiis, num. 22. & 23. Concil.
mense 1583. tit. de diebus festis, num. 7. Conc.
bonense, anno 1609. cap. 34.

pag. 525. num. 4. Quæ publicè supplicatio
&c.) Decreta Bonhomij, tit. de sodalitatibus, a
rumque piorum locorum institutione.

Ead. pag. 525. num. 6. A confratriarum Occo
mis, quorannis Episcopi, &c.) Concil. Senon
se 1528. sub Antonio Cardin. à Prato cap. 30. C
loniense 1536. part. 9. cap. 21. Narbonense 1609.
cap. 34.

pag. 526. num. 9. In iis nulla conuiuia, come
tionesque nullas, &c.) Conc. Senonense 1528.
pit. 30. inter decreta morum. Coloniense 1536.
part. 9. cap. 21. Rothomagense 1581. tit. de cura
rum & aliorum presbyterorum, ac parœcianorum
officiis, num. 34. Narbonense 1609. cap. 34. *Les
ordonnances de Charles IX. és Estats d'Orleans,
tit. 10. & à Molins 1566. art. 74.*

Pag. 526. num. 10. Qui sacra fidei Christiana
Decreta Bonhomij tit. de sodalitatibus, aliorum
que piorum locorum institutione, pag. 289.

De Excommunicatione.

Ibid. nu. 10, Quæ aut insigniter improbi, &c.)
Franciscus Bonhomius in decretis vbi proximè.

De Excommunicatione.

Pag. 527. num. 1. Summaque circumspectione,
&c.) Conc. Burdigalense 1583. cap. 31. Bituricen-
se 1584. tit. 31. Can. 1. & 10. Aquense 1585. tit. de ex-
communicatione. Quòd autem cauendum sit, in
decernenda excommunicationis censura expli-
cant Patres Concilij Coloniensis, anno 1536. ce-
lebrati part. 13. cap. 5. hoc verborum tenore. Ca-
uebit autem imprimis iudex, ne hanc, aliasve censuras
Ecclesiasticas, vel ex iniustis, vel ex leuibus causis,
vel turis ordine non seruato, vel ex odij fomite proferat
inquam. Quum enim excommunicatio pœna sit, qua
nulla maior est in Ecclesia; nec sit excommunicandus
quis, nisi pro peccato lethali, quod anathema sit eter-
ne mortis damnatio: nec instigenda veniat, nisi his,
qui aliter corrigi non possunt: debet iudex non ante
excommunicare quemquam, quàm cognouerit, id vel
causa grauitatem, vel eius qui extra communionem po-
nendus est, apertam contumaciam, præcepto in isto ac-
quiescere nolentis exigere.

Pag 528. num. 3. Quæ ad extrahendam rei ali-
cuius, &c.) Concil. Rothomagensis 1581. tit. de iu-
risdictione Ecclesiastica, n. 7. Remense 1583. cod.
tit. num. 6. Burdigalense eod. an. cap. 31. Turonen-
se 1583. tit. de iurisdictione & visitatione, Aquen-
se 1585. tit. de excommunicatione, Narbonen-
se 1609. cap. 44. Franciscus Bonhomius in decretis
tit. de foro Episcopali, pag 131.

De Excommunicatione.

Pag. 528. num. 4. Pro re minimè contemnuenda
Seu ut habet Conc. Trident. sess. 25. de reform.
cap. 3. pro re non vulgari, causaque diligenter,
magna maturitate per Episcopum examinata, non
enim pro paruis & leuibus causis quis est à com-
munionem priuandus Can. Episcoporum Can. n.
lus sacerdotum II. quæst 3. cap. sacro ext. de se-
tent. excomm.

Pag. 529. numero 5. Quæ verò pro Ecclesiis
&c.] Bonhomius in decret. de foro Episcopali
pag. 132.

Pag 529. num. 6. nullæ pro maledictis conuictis
que, &c.] Conc. Senonense 1528. sub Antonio Car-
din. à Prato, cap. 31. inter decreta morum. Syn-
odus Parisiensis an. 1557. apud Bochellum lib. 2. de
cret. tit. 14 cap. 21.

Ibidem num. 6. nullæ pro crimine, rebusque
illis, &c.] Franc. Bonhomius in decret. tit. de foro
Episcopali, pag. 132.

Pag. 529. num. 7. In causis iudicialibus à censurâ
&c.] Conc. Aquense 1585. tit. de excommunicatione
ne, aliaque Concilia sequenti §. citanda.

Pag. 530. num. 8. Quam omnia alia tentata fu-
rint iuris remedia cum scilicet, &c.] Conc. Cam-
bracense 1565. tit. de potestate ac iurisdictione Ec-
clesiastica, cap. 3. Burdigalense 1583. cap. 31. Aquer-
se 1585. tit. de excommunicat. Narbonense 1605.
cap. 44.

Ead. pag. & num. 8. Plenaque ac certa sit apud
iudicem contumacia.] Concil. Moguntinum cele-
bratum, an. 1549. cap. 103. *Excommunicationem, q*
v

De Excommunicatione.

nulla pena maior esse potest, caute ab officialibus nostris, & non nisi Inevitabili necessitate, & propter manifestam contumaciam, in quemquam intentari volumus. Ideoque officialibus nostris & prelati omnibus, qui alioqui excommunicandi potestatem habent, mandamus, ne sententiam excommunicationis, nisi competentis admonitione premissa, & in presentia fide dignorum hominum (ut si necess. sit, testimonio eorum probari quae) promulgare presumant. Quilibet excommunicatorem in quemquam promulgaverit, & admonitus errorem suum non revocaverit, per mensem ab ingressu Ecclesiae sit exclusus, & sic à se excommunicato, omnes expensas, quas talis excommunicationis occasione necessario fecit, restituere cogatur.

Pag 530. num. 9. Sciunt saeculares magistratus sibi netas esse.] Constitut. Conventus Melodun. 1579. tit. de his quae ad Iurisdictionem forensalem pertinent. Conc. Cameracense 1565 tit. de potestate ac Iurisdictione Ecclesiastica, cap. 2. Aqueuse 1585. tit. de excommunicatione.

Pag. 531. numero 11. Ni litterae authenticæ fuerint.) Odo - Parisiensis in Synod. apud Bochellum, ubi supra.

Pag 532. Iurisque aliis remediis ad resipiscenciam inducant.) Conc. Narbonense 1551. Canon. 60. Bituricense 1584. titul. 31. Can. 3. Synodus Ebroicensis sub Claudio de Saintes, anno 1576.

Ibidem. A sacramentis fideliumque communione.) Conc. matildonense 2. 588. Capitularia Caroli magni lib. 6. Imò si clericus, &

De Excommunicatione.

ab officiis & beneficiis deponendos vult Concilium Turonense habitum, anno 1583. sub Gregorio XIII. à quo approbatum & confirmatum tit. de parocciis, presbyteris, & aliis clericis, ius hæc sunt verba : *Cum scriptum sit in lege Dei quod quicumque non obtemperasset sacerdotibus, extra positus lapidaretur à populo, aut gladio ce-
supposita expiaretur cruce contemptum, & in primis Ecclesia, inobedientes cuncti, de Ecclesia rabide Daemonum traduntur, multi nomine tenus sacra-
tes, censuram Ecclesiasticam contemnentes, excommunicati, vel suspensi à praelatis, ipsorum exiguis culpis, & immemores, quæ Episcopis & praelatum regni cœlestis collata sit potestas, attensibi sibi interdicta mysteria non verentur : contra quorum ius Ecclesiasticum volumus exerceri. Statu-
igitur, ut tales sine spe restitutionis, ab officiis & beneficiis deponantur, & infames sint, & de cetero beneficia nullatenus admittantur, nisi per penitentiam approbatam, & conuersationem laudabilem deus Apostolica gratiam meruerint obtinere.*

Ibid. pag. 532. Imo & familiaritate repellit Concilium Bituricense 1584. tit. 31. Can. 3. *Cum communicato ; qui obstinatus in excommunicatione permanserit, nemo versetur, aut cibum sumat, contra at, ut saltem hac societatis humana privatus ad respiciendum cogatur.*

Pag. 532. num. 13. In eos tamquam de hæreticis suspectos.) Idem cautum constituit. Conuentus Medun. 1579. titul. de his quæ ad Iurisdictionem Iorem pertinent, vti & Concilio Rotho-

De Iurisdictione Ecclesiastica, &c.

genſi ſub Gregor. XII. tit. de Iurisdictione Eccleſiaſtica num. 5. remenſi 1583. tit. de Iurisdictione. ne, num. 7. Aquenſi 1585. tit. de excommunicatio- ne. Sed & ante Synodis, Carnotenſi 1526. Pariſienſi 1557. aliſque. Vide cap. vlt. ext. de pœnis & Guyerium ad tit. de interdictis indiffer. non ponendis in Pragmat. Sanctione vbi plura de hac materia. Et Francis. Marcum deciſio. parlam. Delphinalis 660. Quibus adde Francis. bonhomium in decretis tit. de foro Episcopali, pag. 133.

De Iurisdictione Ecclesiastica & Iudiciali foro Episcopi.

Pag. 532. num. 1. Legeque antiquiſſima.] Antiquis ſcilicet Eccleſiæ Canonibus, vel, vt loquitur. Conc. Trident. ſeſſ. 25. cap. 20. de reformat. *Dei ordinatione, & Canonice ſanctionibus.* In ipſo etenim exortu Eccleſiæ Chriſtianiæ, natam fuiſſe ſimul Eccleſiaſticam Iurisdictionem, probat Canon apoſtolorum 37. & ibi Zonaras & baſſamon. probant & conſtitutiones apoſtolicæ Clementis nomine editæ, cap. 47. lib. 2. Tertullianus item in Apologetico, cap. 39. mores ritusque explicans Chriſtianorum fuiſſe in. er eos morum caſtigations, diuinam cenſuram, & æqua lance perpenſis omnibus ferri ſolitas ſententias planè innuit. Inde quotquot interceſſere poſtea Chriſtiano- rum Pontificum Conuentus, totidem ferme ſanxerunt pontificiam in clericos iurisdictionis poteſtatem. Sardicenſis puta, cap. 10. Carthagi- nenſis 3. Can. 19. Toletan. 1. cap. 11. Mileuita-

De Iurisdictione Ecclesiastica, &c.

nus 2. cap. 19. Chalcedonensis act. 15. Can. 9. Venereticus, cap. 9. Epauensis, c. 11. Agathensis, cap. 8. & 32. Aurelianensis 3. cap. 31. Matisconensis 1. cap. 8. Matisconensis 2. cap. 10. Toleranus 3. c. 13. aliique. Sed & Imperatores, & reges Christiani, liberam semper ecclesiasticis potestatem reliquerunt. Sanctorumque Patrum decreta, quæ circa eam sancita fuere, suis constitutionibus firmare ac stabilire tentati sunt, suaque autoritate exequi mandarunt: sic Constantinum, Valentianum, Theodosium, Arcadium, Honorium, ac alios fecisse legimus.

pag. 534. num. 3. Qui de causis Ecclesiasticis, &c. Idem cautum Conc. Colonienf. habito, anno 1549. cum de medio sexto ad reformat. Eccles. num. 3. tit. ne Iudices sæculares, de matrimonialibus, & aliis spiritualibus causis iudicent. Conc. moguntino 1549. c. 76. rothomagensi 1581. tit. de Iurisdic. Ecclesiast. nu. 1. Burdigalensi 1583. cap. 31. aliisque.

pag. 535. num. 7. & 8. Qui alij, licet Ecclesiastico, &c. Conc. Coloniente proximè citatum cum de medio tertio ad reformat. Eccles. num. 3. Similiter ad tollendum gravem & scandalosum abusum, quo quidam pecuniis oblati comparant sibi à prælatis commisiones & officia, non salutem animarum, sed pecuniam uberiorem ex officiis quærentes: Statuimus & mandamus ne quis prælatus, cuiuscunque sit dignitatis, sive Iurisdictionem & munera ulli commissario seu collectori, licet Ecclesiastico, plus offerenti, pro pecunia, aut pro certo annuo censu, committat vel ven-

De Iurisdictione Ecclesiastica, &c.

dat, sub pœna excommunicationis, quam inrens, seu pecuniam percipiens, ipso facto incurrat; vendens verò, præter pœnas Canonicas, amittat etiam actionem, pecuniam pactam exigendi: decernentes contractum huiusmodi illicitum, à iure damnatum, ac nullum esse & haberi debere. Conc. Rothomagenſe coactum an. 1581. tit. de Iurisdic. Eccles. num. 8. Non liceat Episcopus sigillum suum ad certum premium locare, sed illud probo viro, nec indocto tamen Ecclesiastico committant.

Pag. 536. num. 9. & 10. Quos, vel sæculares, vel regulares clericos, &c. Vide Concil. Treuerenſe habitum an. 1549. tit. vt nemo clericos vel ecclesiasticas personas ad iudicium sæculare trahere præsumat: Magnum abusum & Canonibus & imperialibus legibus contrarium omnino tollere & abolere affectantes, vetera statuta provincialia prædecessorum nostrorum innouamus, & distictè præcipiendo mandamus, quòd nullus Ecclesiasticam personam trahere ad iudicium sæculare præsumat, & si laicus actor hoc fecerit, à iure suo cadat, & iudicatum non teneat, & iudex ex tunc omni potestate iudicandi sit priuatus. Clericus verò actor alium clericum trahens ultra præmissa, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. Clericus verò reus sub simili pœna, præter alias pœnas iuris, in iudicium laicale non consentiat. Et quicumque iudex sæcularis, directè, vel indirectè, per se vel alium clericum coram, e litigare, aut responderi compellit, aut cautionem vel fid. inſionem exigit, aut impedimentum & molestiam infert, aut procurat quominus Ecclesiastica persona, in foro Ecclesiastico liberè agere & defendere possint, ipso facto s. m. l. an.

De Iurisdictione Ecclesiastica, &c.

excommunicationis incurrat, à qua non debet absolui, nisi prius omni damno & intereff. (Ut vocamus) restituito, pro ut latius, &c. Constitutionis Conuentus Melodun. an. 1579. tit. de his quæ ad iurisdictionem forensem pertinent. At interim meminerint. (Episcopi) suas esse partes, ut iurisdictionem suam tueantur, ita ut non sinant etiam volentes clericos prophanorum subire iudicium, quum præsertim personales aut criminales actiones agitabuntur: sed illos iure canonum vendicent (etiam si cum aliquo sumptu) requirant, & prosequantur: Hoc enim ad ius & decorem Ecclesiastici status pertinere, constitutiones declararunt: adeo ut nec huic favori (qui in gratiam vergit totius cleri) renuntiare possint, qui subsunt foro Ecclesiastico. Conc. Remense 1583. tit. de Iurisdictione, num. 2. Caveant omnes Ecclesiastici, ne coram iudice seculari litem intendant, siue agentis, siue defendentis partes suscipiant, nisi in casibus à iure permissis. In personalibus autem meminerint suos habere iudices, alioqui penas à sacris Canonibus impostas non effugiant. Concil. Burdigalense eod. an. 1583. celebratum, cap. 31. Cum iurisdictione Ecclesiastica secundum sit à seculari cauere debent clerici, ne secularibus se immisceant causis: sicut iudices & magistratus civiles monemus & obtestamur in Domino, ut sacris Canonibus parentes, non mittant falcem in segetem alienam, neque cognitionem & iudicium personarum vel rerum Ecclesiasticarum sibi arrogent, ne si quod alienum est usurpent, tandem etiam, quod suum est, iusto Dei iudicio amittant, formidabilem interim excommunicationis sententiam à iura in eos statutam incurrentes.

De Iurisdictione Ecclesiastica, &c.

Omnibus vero clericis, & hominibus Ecclesiasticis, sub excommunicationis pœna interdiciamus ne forum seculare adeant, neque laicorum iudicium, siue sint actores siue rei, & in iis, quorum cognitio ad Ecclesiam pertinet, sponte subeant.

Pag. 537. num. 11. Pauperibus maximè, miserabilibusque personis, &c.) Vide Francisc. Bonhomium in decretis tit. de foro Episcopali, pag. 130. & 131.

Pag. 537. nu. 13. Atque ut omnis auaritiæ suspitio à foro Ecclesiastico arceatur. Constit. Conuentus melodun. an. 1579. tit. de his quæ ad Iurisdictionem forenses pertinent. *sportularum, & salarij pro actorum expeditione ad actuary munus pertinentium, ac pro apparitoribus, erogatio tam sit moderata, & à turpi questu aliena, ut non solum maior non sit eius taxatio, quàm earum sportularum, quæ in foro seculari admittuntur, sed multò moderatior: sicque in foro Ecclesiastico omnia temperentur, ut Ecclesiasticam modestiam redoleant.* Idem habet, iisdemque verbis, Conc. rothomagensis habitum 1581. tit. de Iurisdictione Ecclesiastica. num. 12. Vide caput Itaturum, §. Notarios de rescript. in 6.

Pag. 538. num. 14. Qui taxæ constitutum modum, &c.) Franc. Bonhomius in decretis tit. de foro Episcopi cum de taxa moderatore Notariis omnibus, scribisque, aut secretariis, qui in foro Ecclesiastico versantur: duorum mensium spatio scribenda agit. Hæc subdit: *Eos porro singulos, qui plusquam per nos, & per Episcopum praesentem erit, quicquam exegerint, cum duplo mulentur, quod*

De Iurisdictione Ecclesiastica, &c.

is, à quibus acceperint, resistere cogantur, tum grauiori poena pro modo culpa afficiantur.

Pag. 538. num. 15. His aut generales procura-
tores aduocatosque) & rectè id quidem, cum of-
ficiū Iudicis sit, non solum petentibus aduoca-
tum indulgere, sed etiam vltro eis dare qui non
habent, l. 1. §. ait prætor. ff. de postul. l. nec quis-
quam, §. obseruare verfic. aduocatos, ff. de offic.
proconsul. Quod confirmatum est constit. regni
Francisci l. anno 1536. data Valentia cap. 1. ar-
tic. 38. hoc autem potissimè in pauperum, alia-
rumque miserabilium personarum causis locum
obtinere vult gloss. in cap. 1. ext. de offic. Iudicis
& ibi Hostiensis Abbas, Felinus, aliique omnes se-
re iuris Pontificij interpretes. Idemque ceteral-
tera gloss. in c. statutum, §. insuper in v. pauper. de
rescriptis in 6. quibus suffragantur Guid. Pap. de-
ciss. 561. & ibi addit Corserius in deciss. capell. To-
losan. deciss. 481. & ibi Aufreius, Berincasius, &
Mysinger, locis à nobis in margine citatis.

Pag. 539. num. 17. Carceres non Episcopales
&c.) Idem Franc. Bouhomius, vbi proximè. *Mis-
rabilium verò personarum, ac præcipuè pauperum, qui in
car. ere vinculisque sunt curam gerat, vt ne eis d. sint, quæ
ad victum, multoque minùs, quæ ad animæ salutem
sunt necessaria: illisque tum ipse, singulis saltem men-
sibus visitet, tum ab alijs p. viris visitari mandet
etque præsertim tempore, quo eorum aliquis vltimo sup-
plicit aff. sendus est.*

Pag. 539. num. 18. Nisi grauiamen huiusmodi
per c. finitiam sententi. m, &c.) Canone Me-

De Iurisdictione Ecclesiastica, &c.

lodun. 1, 72. tit. de his quæ ad Iurisdic. forensẽ
pertinent. Conc. Turonense 1583. tit. de Iurisdic.
& visitatione.

Pag. 540. num. 20. Ab ea ita appellari liceat,
vt illius executionem, &c.) Canones Melodun.
vbi proximè.

Pag. 540. num. 21. Nisi omisso medio ad se-
dem Apostolicam fuerit appellatum.) Quòd vri-
que iure pontificio licet, propter eiusdem sedis
Apostolicæ prærogatiuam, c. si quis vestrorum
cum seq. 2. q. 6. c. si duobus 7. c. de priore 31. c.
ad audientiam 34. c. dilecti 52. ext. de appellat. se-
cũs Iure Ciuili eo siquidem omiſſis intermediis
iudicibus rectè ad principem appellare non li-
cet, vt statuerunt Verus & Antonius in vulgata
l. Imperatores, ff. de appellat. & ante ipsos Ne-
ro, qui ad senatum omnes appellationes referri
voluit, apud Suetonium. Sed quamuis veteres
Canones id romano Pontifici tribuant, vt rectè
possit ad eum omisso medio prouocari, illud ta-
men in gallia hodie non obtinet, vt patet ex
Concilij Basilenſis decreto, §. nec ad quem-
cumque in pragmat. sanctione & §. 1. de frivolis
appellat. in concordatis. Quare apud nos magis
probatur hæc in re Iuris Ciuilis dispositio, vt iu-
dicibus ordinariis sua Iurisdictione seruetur.

*De rerum Ecclesiasticarum, beneficiorum de, aut
locatione, aut alienatione.*

Pag. 543. num. 3. Eas omnes irritas declarent.)
Conc. Turonense an. 1583. tit. de rebus Ec-

De rerum Ecclesiasticarum, &c.

clesiæ conferuandis & non alienandis, Bituricen-
se 1584. tit. 38. Can. 3.

Pag. 544. num. 7. Quæ sub obtinendæ à sede
Apostolica) Franc. Bonhomius in decretis tit.
de bonis Ecclesiasticis conferuandis, pag. 301.

Pag. 545. num. 9. Qui in bonorum eiusmodi,
&c.) Vide Conc. Turonense an. 1583. celebra-
tum, tit. de rebus Ecclesiæ conferuandis, & non
alienandis, & quæ tom. 2. in notis ad Archipra-
sulum nostrorum Gallicas constitutiones ex variis
Conciliis congeffimus in eos, qui in sacrorum
Canonum contemptum, res & bona tam Eccle-
siarum, quàm fabricarum, vi aut aliàs indebitè
retinent.

Pag. 545. num. 10. Rerum omnium mobilium
& immobilium inuentarium.) Conc. Mogunti-
num 1549. cap. 89. Narbonense 1551. Can. 65.
Vide Conc. Aquilejense 1596. tit. de bonis & u-
ribus Ecclesiarum tuendis.

Pag. 545. num. 11. Huius inuentarij duo exem-
pla.) Conc. Narbonense 1551. ubi proximè Bur-
digalense 1583. cap. 26. Bituricense 1584. tit. 38.
Can. 5. & 6.

Pag. 546. num. 12. Duabus clauibus obseren-
tur.) Vide Conc. Moguntinum 1549. cap. 90.

Pag. 546. num. 13. In uisitationibus ea cum re-
bus inuentaria.) Conc. Burdigalense 1583. ca. 26.

Pag. 546. num. 14. Quæ iam antea facta sunt,
quasque, &c.) Franc. Bonhomius in decret. tit.
de bonis Ecclesiasticis conferuandis, tit. 301.

Pag. 547. num. 15. Qui contra Canonum de-

De rerum Ecclesiasticarum, &c.

creta, &c.] Conc. Bituricense 1584. tit. 38. Can. 7. Curati, & quicumque diebus Dominicis & festis publicè ad populum concionantur, significant usurpatores iurium ac titulorum Ecclesiæ, ut decimarum & fundationum, excommunicationis sententiam incurrisse; eos etiam, qui dum Ecclesiastica documenta, iussu Episcopi, aut aliorum prepositorum describunt, aliqua ex his aut eorum partem malignè suppresserint, eisdem pœnis subiectos esse.

Pag 547. num. 16. (Ut semel saltem in anno Tridentini Conc. decretum, &c.) Conc. Aquileense 1596. tit. de bonis & iuribus Ecclesiarum tuendis. Franc. Bonhomius in decretis tit. de bonis Ecclesiasticis conseruandis, pag. 299.

Ibidem, num. 16. A solo Romano Pontifice absolueudos, &c.) Conc. Bituricense 1584. tit. 38. Can. 2.

Pag. 547. num. 17. Ni euidentis Ecclesiæ utilitas,) Conc. Burdigalense 1583. cap. 26.

De decimis & oblationibus.

Pag. 549. num. 1. Quod diuino iure cautum est.) Can. parochianos 14. c. in aliquibus 32. tit. de decimis.

Ibid. num. 1. Sacrisque vtriusque testamenti libris.) Exod. 22. 23. Leuit. 27. num. 18. Tob. 1. Malach. 3. Matthæi 23.

Ibid. Communisque iuris dispositione.) Cap. non est 22. cum Can. seq. c. tua nos 26. ext. de decimis c. quicumque cum 2. cc. seqq. 16. quæst. 7. c. decimæ ead. quæst. 1.

De decimis & oblationibus.

Ead. pag. 549. num. 1. Illi Ecclesiæ in cuius parochia sita sunt prædia) cap. cum contingat 29. cum c. seq. c. quoniam 13. ext. de decimis c. 2. de restit. spoliat. in 6.

Ead. pag. 549. num. 1. personales sine fraude persoluant) c. ad Apostolicæ 20. c. ex transmissa 23. ext. de decimis c. fin. ext. de Parochiis c. decimæ 16. quæst. 1. sed licet hæc decimæ personales iure communi, imò & iure diuino, ut vult Rebuffus, debeantur, sicut & reliquæ, tamen ætatis vitio, elanguescente zelo Christianorum ferè in desuetudinem abiit decimarum personalium præstatio, nec peruntur in Gallia, aliisque locis, si consuetudine aliter non obtineat: Vnde patres Concil. Moguntini anno 1549. celebrati cap. 75. *Cum autem Domino testante, mercenarius dignus sit mercede sua. Statuimus & decernimus, ut decimæ quæ iure debentur diuino, tam maiores, quam minores, sine fraude aut diminutione soluantur, etiam personales, in quibus eas soluendi consuetudo est, quibus congruit Innocent. III. lib. 1. regist. epistol. 215. vbi mercatores ad decimas cogit, qui ex consuetudine soluebant.*

Pag. 549. num. 2. Qui decimas aut subtrahunt, &c.) Can. omnes decimæ 16. quæst. 7. cap. præcipimus ead. caus. quæst. 2. *Ab Ecclesia Communione separentur, & excommunicentur qui decimas retinuerint, aut dare neglexerint, Concil. Turonense 3. an. 813. Can. 46. Cabilonense eod. an. sub Carol. Mag. Can. 18. & 19. meldense an. 845 cap. 62. Moguntinum sub Arnulph. cap. 17. su*

De decimis & oblationibus.

Car. cap. 38. sub Raban. cap. 10. capitul. libro 5. cap. 89. Concil. Toletan. sub Sixto Pap. IV. tit. quod prohibentes tracturas decimarum sint excommunicati. Concil. Trident. sess. 25. cap. 12. de reform. *Qui decimas aut subtrahunt, aut impediunt, excommunicentur: nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione sequuta absoluantur.* Idipsum sanciunt Ecclesiæ Gallicanæ Concilia post Tridentinum edita. Conc. Turonense habitum an. 1583. tit. de parœcis, Bituricense 1584. tit. 35. Can. 11. aliaque.

pag. 550. num. 4. parochi igitur, & prædicatores inter missarum solemnias, &c.) Concil. Narbonense 1551. Can. 63. burdigalense 1583. cap. 26. Franc. Bonhomius in decret. tit. de bonis Ecclesiasticis conseruandis.

Ibid. num. 4. Sacrilegiumque proponant.) Qui decimas detinent aut non soluant, sacrilegium committunt, & æternæ damnationis reatum incurrunt, vt dicitur in cap. decimas 16. quæst. 1.

Pag. 550. num. 5. Dominicis tamen diebus potissimum.) Quibus ab omnibus fidelibus, oblationes tam panis, quàm vini, fieri, constituit S. Fabianus Papa Martyr epist. 3. ad hilar. cuius decretum renouarunt postmodum patres Conc. Manticonensis 2. an. 558. celebrati Can. 4. sub hac ad verbum seriè: *Decernimus vt omnibus Dominicis diebus altaris oblatio, ab omnibus viris & mulieribus offeratur, tam panis quam vini, vt per has immolationes & peccatorum suorum fascibus careant, &*

De decimis & oblationibus.

cum Abel, vel ceteris in se offerentibus, promercento esse consortes. Vnde delibatum capitulare. Caroli Magni lib. 6. cap. 167. Hunc veterum oblationum his diebus ritum agnouit Gregor. VII. in Synodo Romana Can. 13. Canon. omnes de consecrat. dist. 2. & S. Augustinus, vel alius quisquis es, Serm. 64. ad frat. in Eremito: *Oblationes per dies Dominicos pro vobis & vestris secundum status vestri possibilitatem Deo offerite.* Sed & harum oblationum usum elanguescentem superiori sæculo suscitauit. S. Carolus Borr. Egregia sanè constitutione, quæ extat in Concilio mediol. 4. sub Gregorio XIII. tit. de parochiis & parochialibus iuribus ac officiis, quam idcirco integram exscribere hic non pigebit. *Oblationum institutum iam pridem ab Apostolicis vsque temporibus, Apostolico etiam Canone sancitum, sanctissimorumque Pontificum Melchisedis, fabiani, & Gregorij constitutionibus, & Conciliorum præterea decretis communitum, quod grauius his temporibus à fidei doctrinaque Catholica hostibus exagitur, & languescente pietatis studio, quod magis à fidelibus negligitur, hoc diligentius seruari, atque ad executionis usum, vbi inermis est, reuocari conuenit, cum præsertim & ad diuinum cultum illud pertineat, & populis salutare sit, ad expiandaque peccata vtile. Quare Episcopi in sua quique Diocesi, & suis, & concionatorum sermonibus, & omni alio persuadendi, cohortandique officio, omni iure iuris ratione illud, vbi est, retineri, at vbi negligitur, restitui studiosè ad sacrorum Canonum præscriptum ita curent, vt in solemnitatibus scilicet Domini, diebus-*

De Simonia & Confidentia.

que Dominicis ac festis item, quos coii, aut precepti, aut consuetudinis est omnis Christianus aliquid, pro ut sua quisque pietate deuotioneque maluerit, Deo offerre procuret, idque in Ecclesia vel Cathedrali, cum ad Missæ sacrificium, quod solemniter celebratur, vel in Parochiali cum à Parocho conuenerit.

De Simonia & Confidentia.

Pag. 551. num. 1. Ij omnes, vel eorum ministri, &c. Ne sponte quidem oblatum accipiant.) Conc. Trident. sess. 21. cap. 1. de reformat. Conc. Remense 1583. tit. de Simoniacis & fiduciariis, num. 8. Bituricense 1584. tit. 41. nu. 1. Vide decreta Bonhomij titul. de collationibus & resignationibus beneficiorum uti & antiquos Canones. Conc. Aurelian. 2. an. 536. Turonensis 2. an. 560. Turonensis 3. sub Carolo Magno aliaque. Voyez aussi l'ordonnance de Blois, art. 20.

Pag. 551. num. 2. Nullum ita conferatur accipiaturque beneficium, &c.) Conc. Remense 1583. tit. de Simoniacis & fiduciariis, num. 13. Burdigalense 1624. cap. 15. num. 2. Decreta Bonhomij titul. de collat. & resignat. beneficiorum. Pag. 125. Beneficia purè, id est, sine conditione, sine pacto, non alternatiuè conferri debent, can. quam pio 1. quæst. 2. c. fin. ext. de pactis, & cap. 2. de elect. in 6. item sine modo, quia sic accedit prohibitiæ conditioni c. verum 4. ext. de condit. appositis.

Pag. 552. num. 3. Contra sacrorum canonum insulta) c. vnie. ext. ut ecclesiastica beneficia sine

De Simonia & Confidentia.

diminutione, conferantur, cap. si quis præben-
das 15. 1. q. 3. Vide concil. Trident. sess. 24.
cap. 14. de reformat. Bullam Pij V. quæ incipit
durum nimis edit. an. 1570. Conc. Remense 1583.
tit. de Simoniacis & fiduciariis, num. 7. Bituric-
ense 1584. tit. 41. num. 2. Decreta Bonhomij, vbi
proximè.

Pag. 552. num. 4. Qui his conditionibus be-
neficium acceperit.) Conc. Rothomagense 1581.
tit. de Episcoporum officiis, num. 12. & 13. re-
mense 1583. tit. de Simoniacis & fiduciariis, nu-
mero 4. Bituricense 1584. tit. 41. Can. 2. narbo-
nense 1609. cap. 45. Decreta Bonhomij, vbi
suprà.

Pag. 552. num. 6. Qui dignitatem Ecclesia-
sticam, sacrilega illa, &c.) concil. Moguni-
num 1549. cap. 91. Remense 1583. tit. de Simo-
niacis & fiduciariis, num. 2. *Voyez l'Edict du Roy
Louys XIII. sur les plaintes & remonstrances du
Clergé de France, assemblé par permission de Sa Ma-
jesté en la Ville de Paris l'an 1610. artic. 1. & les or-
donnances de Paris 1629. art. 18.*

Pag. 553. num. 10. *Iis omnibus priuati, & ad
alia beneficia.*) Conc. Rotomagense 1581. tit.
de Episcoporum officiis, num. 21. Remense vbi
proximè, num. 1. Turonense 1483. titul. de extir-
pandis Simonia & confidentia. Burdigalen-
se 1583. cap. 23. Bituricense 1584. tit. 41. can. 3.
narbonense 1609. cap. 45. Burdigalense 1624.
cap. 15. nu. 1. *Voyez la declaration du Clergé de
France en l'assemblée de Meun transferé à Paris le 23.*

Decembre

De prouisionibus, &c.

decembre 1579. contre les Confidentiers, Pensionnaires illégitimes & simoniaques dans le 2. tome des A&es & memoires du Clergé de France.

Pag. 553. num. 11. Quos simoniacæ confidentiæ, &c.) Conc. burdigalense 1583. vbi proximè. Bituricense 1584. titul. 41. Can. 5. Burdigalense 1624. cap. 15. num. 2.

De prouisionibus & renunciatione beneficiorum,

Pag. 554. num. 1. Qui plures in præfenti Parochiales Ecclesias.) Conc. Colonienfe 1536. part. 1. cap. 32. Colonienfe 2. anno 1549. tit. de restringenda plurimorum beneficiorum curam animarum habentium coaceruatione. Mogunt. eod. an. 1549. celebratum cap. 64. Bituricense 1584. tit. 36. can. 2.

Pag. 554. numero 2. Elapsis sex mensibus, &c.) cap. execrabilis, §. qui verò in extrauag. comm. tit. de præbend.

Pag. 555. num. 3. Ne sine authoritate titulouè, &c.) Conc. Aquense 1585. tit. quæ pert. ad beneficiorum collat.

Pag. 555. num. 4. Qui beneficium Ecclesiasticum deinceps obtinent, &c.) Conc. Moguntinum 1549. cap. 91. burdigalense 1583. cap. 23. Turonense 1583. tit. de extirpandis simonia & confidentia Bituricense 1584. tit. 41. numero 4. narbonense 1609. capit. 31. Decreta Bonhomij, titul. de collat. & resignat. beneficiorum.

Pag. 556. num. 5. Quam Innocentius, &c.)

De prouisionibus, &c.

cap. quoties, & cap. inter sollicitudines ext. de purgat. canon. qui Canon. *Quoties* refertur etiam apud Gratianum 2. qu. 5. cap. 17. & à nonnullis ex quibusdam cc. tribuitur Innocentio III. quorum fidem sequuti sunt Patres Concilij Rotomagensis in margine citati ex quo deliberata quæ hic habentur. Sed si verum amamus, & collectoris decretalium ordinem inspiciamus, Innocentium alium, quàm tertium, conditorem agnoscit hæc decretalis cum ante Alexandrum III. & Lucium III. qui Innocentium III. præcesserunt, & post Conc. Triburicense, Agathense & Meldense ab eodem Decretalium collectore ibidem reponatur. Quare dicendum hoc decretum Innocentio potius secundo quàm tertio esse adscribendum, quam sententiam eò libentius amplectimur, quod legamus Antonium Augustinum, v. c. in eam concessisse, in suis ad 1. decr. collectionem notis, d. c. quoties.

Pag. 556. num. 6. Qui præsentato, collationemque beneficij, &c.) Concil. Remense 1583. tit. de Episcopis, numero 18. Aquense 1585. titul. quæ pert. ad beneficiorum collationem.

Pag. 556. num. 7. Quicumque hac in nostra prouincia beneficia obtinent, &c.) Concil. Aquense 1585. vbi proximè. Narbonense 1609. cap. 31. Decreta Bonhomij tit. de collat. & resignat. beneficiorum.

Pag. 557. num. 10. Quos ad beneficia promouendos patroni, &c.) Concil. Senonen-

De Residentia.

se 1528. sub ANTONIO Cardin. à Prato, cap. 8.
inter decreta morum. Colonienſe 1536. part. 1.
cap. 11. Moguntinum 1549. cap. 68.

De Residentia.

Pag. 558. num. 1. Quæ de episcopis, &c.)
Conc. Cameracense 1565. tit. de residentia
Episcoporum & curatorum, cap. 2. Aquen-
ſe 1585. tit. de residentia. Narbonenſe 1609.
cap. 32. Burdigalenſe 1624. cap. 11. num. 1.

Pag. 558. num. 2. Quia curatis beneficiis,
&c.) Conc. rothomagenſe 1581. tit. de cura-
torum & aliorum presbyterorum ac parœciao-
rum officiis, num. 2 & 3. Burdigalenſe 1583.
cap. 19. Turonenſe 1583. tit. de parœcis. Aquen-
ſe 1585. tit. de residentia.

Pag. 560. num. 8. Qui impetrata disceden-
di facultate, &c.) Decreta Bonhomij tit. de resi-
dentia, pag 56.

Pag. 561. num. 9. Quæ studiorum causa ab-
ſentiæ facultates, &c.) Conc. Aquenſe 1585. tit.
de residentia.

Pag. 561. numero 10. Ut minores viginti
quinque annis.) Concil. Aquenſe, vbi pro-
ximè.

Pag. 561. num. 11. Ut singulis annis suum in
litteris, &c.) Concil. Aquenſe, vbi supra.

Pag. 561. num. 12. Qui intra suæ parœciæ
fines, &c.) Concil. Aquenſe 1585. tit. de resi-
dentia.

Pag. 562. num. 13. Plerosque videas, qui

De Visitatione.

litium, &c.) Conc. Rothomagenſe 1581. tit. de Curatorum & aliorum presbyterorum ac Paroecianorum officiis, tit. 4. Aqueſe 1585. vbi proximè, Burdigalense 1624. cap. 11. num. 2.

De Visitatione.

Pag. 562. nu. 1. Præcipuum hoc Episcopatus officij munus est, &c.) Conc. Rothomagenſe 1581. tit. de Episcoporum officiis n. 27. Aqueſe 1585 tit. de visitatione.

Ibidem num. 1. Quotannis ita ſingulas, &c.) Can. Detreuimus cap. Episcopum 10. quaſt. 1. & cap. conquerente ext. de offic. & poteſt. Iud. Ordin. Conc. Narbonenſe 1551. can. 59. Rothomagenſe 1581. vbi proximè. Burdigalense 1583. cap. 32. Bituricenſe 1584. tit. 33. can. 1. Aqueſe 1585. titul. de visitatione. Narbonenſe 1609. cap. 27. ³

Ibidem num. 1. Et alias etiam exemptas, &c.) Conc. Colonienſe 1549. tit. de visitatione exemptorum & non exemptorum, Bituricenſe 1584. vbi proximè.

Pag. 562. num. 2. Hoc verò ſibi continuè, &c.) Concil. Rothomagenſe 1581. vbi ſupra. Aqueſe 1585. tit. de visitatione.

Pag. 553. num. 3. Qui iuſta occasione impediti, &c.) Conc. Burdigalense 1583. cap. 32. Aqueſe 1585. titul. de visitatione Burdigalense 1624. cap. 8. num. 8.

Pag. 563. num. 4. Qui per ſe visitationis nunquã obſtant,) Conſtit. Contentus Melo-

De Visitatione.

Ann. 1579. tit. de Ecclesiarum visitatione. Aquense 1585. tit. de visitatione.

Pag. 563. num. 5. Episcopi in visitatione sint modesto equitatu, &c.) Concil. narbonense 1551. can. 59. Colonense 1549. tit. de sumptuum & procuratorum in visitatione exigenda, cum moderatione. Constit. Conuentus Melodun. ubi proximè. Concil. Burdigalense 1583. cap. 32. Aquense 1585. tit. de visitatione. narbonense 1609. cap. 27. burdigalense 1624. cap. 8. numero 8. Decreta Bonhomij titul. de visitatione.

Pag. 564. num. 6. Qui præscriptum modum excesserint, &c.) Conc. Aquense 1585. tit. de visitatione.

Ibidem eod. num. 6. Ut & diligentissimè, & quam celerrimè, &c.) Constit. Conuentus Melodun. 1579. tit. de Ecclesiarum visitatione. Conc. Aquense ubi proximè.

Pag. 564. num. 7. Is ordo visitationis est ciuitas primo.) Conc. Colonense 1536. part. 1. tit. 14. capit. 2. constit. Conuentus Melodun. ubi proximè. Conc. burdigalense 1583. cap. 32. Aquense 1585. tit. de visitatione. narbonense 1609. cap. 27.

Pag. 564. num. 8. In vitam potissimum, &c.) Conc. Cameracense 1565. tit. de visitatione cap. 2. Burdigalense 1583. cap. 32. Bituricense 1584. tit. 33. can. 3.

Pag. 564. num. 9. In dignitatibus, canonicis, &c.) Concil. Cameracense 1565. ubi

De Visitatione.

proximè. Aquense 1585. tit. de visitatione

Pag. 565. num. 10. An quas ipsi Ecclesias &c.) Constit. Conuentus Melodun. 1579 vbi supra. Conc. Rothomagensis 1581. tit. de Episcoporum officiis, num. 27. Burdigalensis 1583. cap. 32. Aquense 1585. vbi proximè.

Pag. 565. num. 11. An resideant Sacramentorumque administrationem, &c.) Concil. Cameracense 1565. tit. de visitatione, cap. 4. constit. Conuentus Melodun. 1579. tit. de Ecclesiarum visitatione. Conc. Rothomagensis 1581. vbi proximè. Burdigalensis 1583. cap. 32. Aquense 1585. tit. de visitatione.

Pag. 565. num. 12. Quæ vita eorum sit, &c.) Conc. Rothomagensis 1581. vbi supra. Aquense 1585. vbi proximè.

Pag. 565. num. 13. Nec solum hæc, sed & quæcumque, &c.) Concil. Aquense 1585. tit. de visitatione. Narbonense 1609. cap. 27.

Pag. 565. num. 14. Quæ tollenda corrigendaue, &c.) Conc. Cameracense 1565. tit. de visitatione cap. 5. constit. Conuentus Melodun. 1579. vbi supra. Aquense 1585. vbi proximè.

Pag. 566. num. 17. Decretorum autem, visitationem, &c.) Conc. Rothomagensis 1581. tit. de Episcoporum officiis, num. 27.

Pag. 566. num. 19. Secretarius nihil ab iis, &c.) Conc. Aquense 1585. tit. de visitatione. Decreta Bonhomij cod. tit.

Pag. 567. num. 20. Qui ius visitandi ha-

De Iure Patronatus.

beat, &c.) Constit. Conuentus Melodun. 1579. tit. de Ecclesiarum visitatione. Concil. Rothomagensis 1581. tit. de Episcoporum officiis, numero 27. Remense 1583. tit. de visitatione, numero 10. & 12. Turonense 1583. tit. de Iurisdictione & visitatione. Bituricensis 1584. tit. 33. can. 4.

De Iure Patronatus.

Pag. 567. num. 1. Quæ nondum plenarium sortitæ sunt effectum, &c.) Concil. Aquense 1585. tit. de his in quibus Episcopus ex sacro Conc. Tridentino etiam tamquam apostolicæ sedis delegatus procedere debet & potest.

Pag. 568. num. 2. Quæ à quadraginta annis plenariè, &c.) Conc. Aquense, vbi proximè.

Pag. 568. num. 3. Qui in ecclesiis beneficiisque, &c.) Conc. Aquense, vbi supra.

Pag. 568. num. 4. Qui quod dolenter sanè referimus.) Conc. rothomagensis 1581. tit. de Episcoporum officiis n. 22. Remense 1583. tit. de Simoniacis & fiduciariis num. 16. Colonien. se 1536. part. 1. cap. 11. Moguntinum 1549. cap. 68.

De sacra Inquisitione.

DE Sacra inquisitione Tolosæ olim instituta contra hæreticos Albigenes, Vide Henricû Spondanum in continuatione annalium Ecclesiasticorum Baronij ad an. 1228. num. 11. & 1234. n. 3. & Conc. Tolos. eod. an. 1228. tempore Gregorij IX. & Sancti Ludouici regis, contra eosdem hæreticos Albigenes celebratum Petro de Gql-

De Libris prohibitis.

Iomedio Preside, Legato Ecclesiæ Romanæ,
Cardinali tituli Sancti Angeli, cuius acta integra
habentur tom. 2. spicilegij Lucæ Dacherij.

De Libris prohibitis.

Pag. 571. num. 2. Eas in suis Diocæsi-
bus promulgari, &c.) Conc. Bituricense 1584. iii.
4. can. 4. *Sit index librorum prohibitorum apud
scribam & actuarium cuiuscunque Episcopatus, qui
singulis annis exhibeatur Bibliopolis & Typographis,
ne per errorem improbatos libros disseminent: ne
populus Catholica Religioni addictus, per ignoran-
tiam libros prohibitos retineat.* Conc. Aquense 1585.
*Nullus cuiusvis conditionis, ac status ille sit, libros
prohibitos, iuxta indicem sedis Apostolica iussu edic-
tum, legere, aut domi retinere, aut vendere quo-
quo modo audeat; alioquin sciat, se excommunica-
tionis sententia innodatum, à qua non nisi à Roma-
no pontifice absolvi potest, idque Parochus singulis
dictus Dominicus populo denuntiet.* Curent vero Eps-
copi, ut omnes Parochi, huiusmodi indicem libro-
rum prohibitorum penes se habeant.

Pag. 572. num. 3. Qui libri deinceps excu-
dentur Episcopi.) Idem cautum Conc. Seno-
nensi 1528. sub Antonio Cardinali à Prato Ar-
chiepiscopo Senonensi cap. 33. & 34. inter de-
creta morum. Colonienfi 1535. part. 12. cap. 9.
Moguntino 1549. cap. 99. Burdigalensi 1583.
cap. 27. Bituricensi 1584. tit. 4. can. 1. & 2.

Ibidem num. 3. Et inquisitoris fidei dili-
gentia,) Extat hac de re decretum Conc. Late-

De Libris prohibitis.

nenſis nouiſſimi à nobis in margine laudati quo ſeſſ. habita 4. Maij 1515. conſtitutum fuit , ne ſub excommunicatione vllus deinceps liber nouus in lucem emittatur , qui vel per ordinarium loci, vel per Inquiſitorem hæreticæ prauitatis approbatus non fuerit , ſed vti notat Cajetanus in v. excommun. in fine quem ſequuntur Caranza & Nauarrus in ſumma cap. 27. num. 148. Neque hæc neque aliæ cenſuræ poſitæ in dicto Concil. Lateranenſi non ligant , cum non ſint vſu receptæ. Nihilominus in Conc. Trident. ſeſſ. 4. in Decret. de edit. librorum verſ. *ſed impreſſoribus* , innouata eſt cenſura circa impreſſiones librorum, & ſi regulares ſint authores , vltra examinationem & probationem huiuſmodi , licentiam quoque à ſuis ſuperioribus impetrare tenentur , recognitiſ per eos libris iuxta formam ſuarum ordinationum , quamuis in Concil. Tridentino non omnibus libris ; Sed cum hac limitatione de rebus ſacris : & non exigit inquiſitoris approbationem ſed ordinarij tantum : & præterea mandat , vt ſine nomine authoris non imprimantur. Ex his omnibus igitur ſolum nomen authoris , examinationem & approbationem ordinarij videtur ſub dicta cenſura concilium exigere , vti & Concilia Gallicana proximè citata , vbi de inquiſitore fidei nulla fit mentio.

pag. 572. num. 5. Nemini libros , aut inuenerit , &c.) Concil. Trident. ſeſſ. 4. de edit. librorum. Senonenſe 1528. cap. 33. Colonienſe 1536. part. 12. cap. 9. Moguntinum 1549.

De hæreticis , magis , &c.

cap. 99. Cameracense 1565. tit. de libris veteris cap. 1. Burdigalense 1583. cap. 27. Aquense 1585. tit. de libris veteris.

Pag. 572. num. 6. Quique superstitiosis orationibus, &c.) Conc. Cameracense 1565. tit. de libris veteris cap. 3.

De Hæreticis, Magis, Sortilegis, & Astrologis.

PAG. 573. num. 1. Cum iis matrimonia fideles non contrahant.) Vetuere id iam pridem Concilia complura : & in primis Conc. Elberitanum an. 305. can. 16. Laodicenum cap. 10. & 31. Chalcedonense Oecumenicum an. 451. cap. 14. Agathense an. 506. can. 67. & referatur 28. quæst. 1. Quibus suffragantur Gallie Concilia nouissima & quidem constit. Conuentus Melodun. 1579. tit. de matrimonio. *Christiani & Catholici inter se & non cum hæreticis, aut Prophanis Matrimonia contrahant, valde impium sanè est, fideles iugum ducere cum infidelibus, ut piè & sanctè uxorem admonerat Tertullianus. Conc. Burdigalense 1583. Moneantur quam sapissimè fideles Christiani à suis Parochiis, ne hæreticis, & hominibus à fide & Religione Catholica alienis, filios & filias in Matrimonium collocent. Talibus enim coniugiis permulti naufragium fidei fecerunt. Concil. Turonense eod. an. tit. de Matrimonio : Monente Apostolo cum non sit ducendum iugum cum infidelibus, nullaque debeat esse pars fidelis cum infideli, sitque Matrimonium, non tantùm corporum, sed magis animorum coniunctio, & diuini, humanique in-*

De hereticis, magis, &c.

in societas, eaque de causa, cauere debeant maxime, qui matrimonium contrahere desiderant, ne inter coniuges perpetua rixa, vel etiam diuortij relinquatur occasio; Ideoque Catholici cum hereticis (quorum vix, aut nunquam possunt esse pares animi) matrimonio iungi non debeant, Ecclesiarum parœcialium Rectores hortamur, iisque iniungimus suos parœcianos Catholicos à Matrimonio cum hereticis incundie, quanta poterunt diligentia auocare: Catholicis permittentes, ut à sponsalibus impudè resilire possint, qua per verba de futuro cum hereticis ignoranter contraxerint.

Ibidem num. 1. Eorumque colloquia, familiaritatem, commercia) cap. Clericus cap. cum quibus 24. quæst. 3. Conc. Turonense tit. de professionis fidei tuendæ cura; Et autem in Ecclesia gremio contineantur, qui ab ea non desierunt, omni fidei Christiana & Religionis Catholica professori præsertim Ecclesiastico, inhibeat ne hereticis abistat in his qua circa fidem sunt inter nos controuersa, præsertim in vitiosa & corrupta sacramentorum baptismatis, cœnæ, & matrimony administratione, cadauerumque suorum sepultura, contra Catholica Ecclesiarum introducã; Nec eorum concionibus, vel potius perniciosorum dogmatum disseminationibus, aliusue eorum actionibus, Catholica fidei, & Religionis aduersantibus ullomodo intersint. Conc. Burigeme 1584. tit. 4. can. 1. Hortatur hæc synodus omnes fideles in Christo, præsertim Ecclesiasticos, ut contra hereticorum deuentus, consubia quoque, commercia & copulata, auersentur & su-

De hereticis , magis , &c.

giant , & can. 3. *Ad hereticorum conuenticula nemo Catholicus accedat , qui secus fecerit , si clericus , excommunicetur & deponatur , si laicus , violata Religionis reus censeatur.*

pag. 573. num. 2. Qui sortilegi fuerint , tam clerici , quàm laici , &c.) Conc. Lateranense sub Leone X. sess. 9. de reformat. curiæ : *Et cum secundum leges civiles , & sacrorum canonum censuras , sortilegia per inuocationem demonum , incantationes ac deuinationes , superstitionesque prohibita sint. Statuimus , decernimus , & ordinamus , ut clerici , qui in præmissis culpabiles inuenti fuerint , arbitrio superiorum infamia notentur : si verò non destiterint , deponantur , atque in monasterium ad tempus arbitrio superioris præfinitum detrudantur ; beneficijque & officij Ecclesiasticis priuentur. Laici verò vtriusque sexus , excommunicationis , & alius pænis iuris tam civilis , quàm canonici , subiaceant , Conc. Turonense an. 1583. celebratum tit. de professionis fidei tuendæ cura : Quia verò non pauci , magos , incantatores , maleficos , sortilegos , & superstitiosos adeunt , ut à suis vel suorum morbis curationem , auxilium , opemue inueniant : eorumque consilio , phylacteria , annulos , schedulas , characteres pro amuletis , cum certa precum formula , verbis etiam incognitis concepta , & submissa voce prolata , deferunt , idque non sine graui animarum suarum damno atque periculo , exiguntque ab incautis sacerdotibus , annulorum , phylacteriorum , schedularum , & characterum benedictiones : omnibus præsertim Ecclesiasticis sub depositionis , Laicis verò sub*

De hæreticis, decimis, &c.

excommunicationis pœna, ut à prædictis omnibus ab-
stineant, hisque fidem, quacumque ratione adhibeant,
præhibemus, aliisque præterea iuris & arbitry pœnis, &c.

De Sortilegis, eorumque pœnis vide quæ
ex prædictis Conciliis Ancyrano, Laodiceno, Car-
thaginensi 4. Agathensi, Aurelianensi 1. Tole-
tano 4. aliisque collegit Gratianus 26. quæst. 5.
quibus adde Conc. Treuerense an. 1549. titul.
de sortilegis sacerdotibus & laicis Mogunti-
num 1549. cap. 101. Narbonense 1551. can. 57.
Bouricensis 1584. tit. 40. can. 1. Ac Ignatium
Lopez de Salcedo in sua præctica criminali ca-
nonica cap. III.

Ead. pag. 573. num. 2. moneatur frequenter
populus, &c.) Conc. Turonense 3. an. 813.
cap. 42. *Admoneant sacerdotes fideles populos, ut
noverint magicas artes incantationesque, quibuslibet
infirmis hominum nihil posse remedium conferre, non
animalibus languentibus, claudicantibusque, vel etiam
moribundis quicquam mederi, non ligaturas ossium,
vel herbarum cuiquam mortalium adhibitas prodesse;
sed hæc esse laqueos, & insidias antiqui hostis, qui-
bus ille perfidus genus humanum perdere nititur.* Sy-
nodus Lingonensis an. 1491. *Nemo in herbarum
collectionibus, carmina, incantationes, aut alias ob-
ervationes præter Dominicam orationem & symbo-
lum adhibeant: non in brevis suspendendis, vel li-
gandis ad collum, vel pignus aliquid scribat.* Conc.
Burdigalense 1583. cap. 7. *Pastores frequentissimè
admoneant scelus execrandum eos committere, nec non
a communione fidelium avulsos esse, qui magicas artes*

De blasphemia.

Et diuinationes exercent, vel qui eius generis artem fidem adhibent, & mox huc referenda sunt ex sententia diuini Augustini, Ligatura execrabilium remediorum, qua ars non commendat medicorum, seu in precationibus, seu in quibusdam notis, quas characteres vocant, sine in quibusdam rebus in suspendendis, atque illigandis; in quibus omnibus superstitio, & ars demonum est, ex quadam pestifera societate humanum, & Angelorum malorum exorta; vnde hec cuncta vitanda sunt Christiano, & omni proptus execratione repudianda atque damnanda.

pag. 573. num. 3. Qui rerum futurarum, & prædictiones libri continent.) Voyez l'Ordinance de Charles IX. 1560. aux Estats d'Orleans, article 26. Et celle d'Henry III. aux Estats de Blois, article 36.

De Blasphemia.

Pag. 575. num. 1. Seuerè puniantur.) Variæ olim in blasphemos decretæ pœnæ; pura vltimi supplicij, si in Deum blasphemia admissa sit, Leuitici cap. 24. & Nouellæ Iustinian. 77. ac Capitularibus Caroli magni addit. 3. cap. 72. Ex decreto verò vij Papæ, Laici in Deum blasphemij excommunicatione, clerici verò depositione coërcentur in cap. si quis per capillum 22. quæst. 1. cui adstipulantur Concilia Gallicana; bituricense 1584. tit. 29. can. 1. & Narbonense an. 1609. cap. 8. Sed & postmodum publica per septem dies Dominicos pœnitentia indicta cum multa pecuniaria iuxta formam à Grego-

De Usuris. De Testamentis, &c.

no IX. præscriptam cap. 2. de maledictis. Verùm hanc pœnam in laicos tantùm cadere potuisse, multi putant argum. can. ex pœnitentibus dist. 50. eaque tandem omnino exolescente, aliàs rursus blasphemix pœnas, pro varia personarum, aut delicti ratione proposuit Leo X. in Conc. Lateranensi 5. sess. 9. quas deinde innouauit & ampliauit Pius V. in bulla, cuius hic mentio, & alias Christianissimi Gallix nostræ reges in suis constitutionibus, & quidem philippus VI. an. 1347. Carolus VII. an. 1460. Ludouicus XII. an. 1510. Henricus II. an. 1546. Carolus IX. in comitiis aurelianensibus art. 23. Henricus III. in comitiis blesensibus art. 35. Henricus IV. an. 1594. Ludouicus XIII. 10. Nouemb. 1617. ac postremo Ludouicus XIV. 7. Septemb. 1651.

De Usuris.

PAG. 576. num. 2. qui ad contractus huiusmodi illicitos, &c.) Canones Methodun. 1579. tit. de usuris. Conc. remense 1583. tit. de tœnore, num. 4. burdigalense 1583. cap. 29.

De Testamentis & legatis piis.

PAG. 577. num. 1. Hoc episcopi, ne acci-dat, diligenter prouidebunt.] Vti de iure ad eos spectat: Episcoporum siquidem est iuxta canonicas sanctiones & sanctissimas leges compellere hæredes ad obsequium vltimæ voluntatis, circa ea quæ relicta sunt causa pietatis cap. nos quidem 3. cap. si hæredes 6. cap. tua nobis 17.

De Testamentis & legatis piis.

& cap. Ioannes 19. ext. de testamentis & vltimis voluntatibus l. nulli & constit. Græca 45. C. de sacros. Eccles. quamuis id veterit testatorum cap. tua nobis & cap. Ioannes ext. eod. Nouell. 121. Si quis autem; sic & olim apud paganos ad curam pontificum pertinuit, ad executionem eorum quæpia erant, hæredem compellere, l. hæreditas 50. in fin. ff. de petit. hæred.

Ibidem num. 1. Et pias testamentorum voluntates sedulo exequuntur.] Conc. Trident. sess. 21. de reformat. cap. 8. *Episcopi etiam tamquam scilicet Apostolice delegati in casibus à iure concessis, omnium piarum dispositionum, tam in vltima voluntate, quam inter viuos sunt executores.* Conc. siuricense 1584. tit. 16. can. 21. *Episcopi sunt executores testamentorum in iis que pertinent ad pias causas. Si que vero legata non persoluta, aut à laicis reserua reperiantur, cogant illos ad ea persoluenda & restituenda, vt in pios Ecclesie vsus conuertantur.* Vide supra part. 2. cap. 10. num. 2.

pag. 577. num. 2. pia legata omnia Notarij sub excommunicationis pœna, &c.] Conc. vniuersitatis 2. an. 1311. rubric. 31. *Quoniam deficientium voluntates pro legibus sunt obseruanda, & executores testamentorum vltimas deficientium voluntates exequi negligunt, in graue animarum ipsarum periculum: Statuimus, quod Notarij qui testamentum, seu quamlibet vltimam voluntatem, vel secundam ad piam causam scripserint; eam infra mensum Episcopo ordinario, vel eius vicario præsentent & assignent & tradant; alioquin sententiam excommunicationi*

communicationi

De exemptis & priuilegiatis.

nicationis incurrant; ita quod de cetero fides instrumentis per eos confectis non adhibeatur: & executores post legitimum tempus, hoc est, annum, nisi fuerint exequuti in eo quod d. liquerint puniantur. Concil. Rauennatense 3. an. 1314. rubric. 7. A qua sententia non possit absolui, nisi dicto instrumento reddito, & satisfactione prestita de damno, videt supra, part. 2. cap. 10. num. 2. & Couarruuiam episcopum Segobientem de testam. cap. 3.

Ibidem num. 2. Potest ea verò intra tres, &c.] Vide Conc. Aquense 1585. tit. quæ pert. ad beneficiorum collat.

De exemptis & priuilegiatis.

Pag. 579. num. 2. Quæ à Metropolitanis, & suffraganeis. &c.) Conc. Trident. sess. 25. de regul. cap. 12. S. Carolus in actis Mediol. Eccl. lib. 6. titul. de censuris num. 5. Decreta Bonhomij titul. de Regularibus, pag. 249. in fine 250. Vide quarantam in summa Bullat. in V. Min. legium regularium, pag. 383. versic. Censuram. Voyez aussi sur ce sujet la declaration de l'Assemblée générale du Clergé de France sur ce qui est à obseruer sous la conduite de Nosseigneurs les Euesques par les reguliers & autres exempts faite en l'an 1625. confirmé. en l'an 1635. & 1645. & renouu. léc en l'an 1665. art. 14.


Pag. 579. num. 3. Qui dies festi, &c.) Concil. Trident. vbi proximè. Constit. Conueniunt Nicod. 1579 tit. de reformat. regular. Dies festi quæ in Diocesi sua seruandos Episcopus præcepit, ab exemptis

De exemptis & priuilegiatis.

omnibus, etiam regularibus seruentur. Vide quare tam ubi proximè. Voyez aussi la susdite declaration de l'assemblée du Clergé de France, art. 1.

Pag. 579. num. 4. Qui ad publicas processiones, &c.) Idem cautum Conc. Mediol. I. sub S. C. rolo part. 2. tit. de processionibus & supplicationibus. Mechliniensis 1570 sub Antonio Perren. Archiepiscopo Mechuan. ensi Card. Cranuellan. titul. de ministris Ecclesie, eorumque residentibus. c. 4. Rotomagensis 1581. tit. de episcoporum officio num. 33. Aqueanti 1585. tit. de processionibus Burdigalensi 1624. cap. 17. num. 4. aliisque. Vide hac de re decist. Capelle Tolosane 284. & ibi Afrerium nostrum. Voyez aussi la susdite declaration de l'assemblée generale du Clergé de France, art. 19.





INDEX PRIMI VOLUMINIS.

Primum hic, Amicè Lector, te admono, ubiunque reperis Asteriscum, vide initio huius Voluminis, Notas ad Concilium Provinciale Tolosanum respondentes paginis, quæ proximè Asteriscum præcedunt.

A



ABBATES Synodo Diocesana interesse debent. 223. 224.

Abbates quantumvis exempti, cuiquam, qui regularis sibi subditus non sit, conferre nequeunt primam tonsuram, nec ordines minores. 380.

num. 6.

ABSOLVENDI potestas, & de alienis Parochianis non absolvendis. 212. 213. & seq.

De Absolutione excommunicatorum pro debitis, vel manifesta offensa in mortis articulo. 36. 37.

ÆGROS curati personaliter visitent, etiam non vocati, ipsisque Sacramenta ministrent. 62. 444 in fine 488. in fine 489.

Ægros Episcopus visitet. 434. num. 11.

Ægros qui confessionem differunt, medici non insultent. 229. 273. num. 11. 475. num. 11.

AIBARVM & mapparum mundities. 19. in fine 20. 196. 177.

De Alienatione rerum Ecclesiasticarum. 344 num. 7. 345. & seq. *

De vasis, seu ornamentis Ecclesie non alienandis. 100. 161.

ALMANACHS. 573 num. 3. 574.

De altaribus 502. num. 10. 11. 12. 503. 504. 505. num 26. 27. 28 *

A are secus state laici non presumant. 357. 480.

INDEX

- numero 5. 504. numero 16. *
- Ad altare mulieres non ingrediantur.** *ibid.* *
- Altarium ornamenta omnia sint munda.** 19. & seq. 500.
- Altari deferuentis habitus.** 20. 289. 489. num. 4. *
- De Angelica salutatione, id est, Ave Maria, ad terram campanæ fontium serò, manè, & meridiano citanda.** 143. 144.
- ANNIVERSARIA, tabellâ in Sacrificia describenda.** 500. num. 21. *
- ANNULOS clerici ne deferant.** 298. 299.
- Annulus Episcopalis.** 431. num. 16. *
- De Appellationibus.** 539. 540. *
- AQUA benedicta in domibus seruanda.** 175.
- ARCHIDIACONI.** 486. num. 17. 507. num. 10. *
- ARCHIVA duabus clauius claudantur.** 500. num. 12. *
- DE ARIOLIS. Vide diuinatores.**
- ARMA clerici non portent.** 133. 134. 315. 316.
- ARMARIA sacrifiæ.** 504. in fine 505. *
- ASTROLOGICI libri qui tolerandi.** 572. num. 3. 574.

B

- BACVLORVM delationes confratribus inhibitz.** 367. 368. 369.
- DE BAIVLIS, seu bassinariis Ecclesiarum.** 360. 361. 362.
- BAPTISANDI formula, & eius ritus, & vti de eadem statuendus à parochio populus.** 3. & seq. 174. & seq. 470. num. 11. 13. *
- De Baptismo, & huius sacramenti administratione.** pag. 3. & seq.
- Baptismus non differendus.** 4. 8. post medium. 177. 468. num. 4. *
- De fontibus baptismalibus.** 12. 13. 14. 187. 188. 468. num. 8.
- Presbyteris an liceat pueros de sacro fonte suscipere.** 10.
- De baptifatorum libro. Vide in v. registrum.**

INDEX

- De Baptismi collatione in casu necessitatis. 3. & seq. 174. & seq. 467. num. 3. 470. num. 12. *
- De infantibus in matris uteris existentibus non baptisandis. 183. 184. 185.
- De baptismo adultorum. 185. 186.
- De aqua, qua domi baptisantur infantes in casu necessitatis. 188.
- Baptismi locus. 467. num. 2. *
- Baptisati ab hæreticis. 7. 468. num. 5. *
- De infantibus expositis. 468. num. 6. *
- A baptismo abarcendæ pompæ, luxus, musici concentus, deambulationes, risus, iocis, oscula, 468. num. 7. *
- Baptismo hæretici non adsint. 469. num. 11. *
- BANNA tria nuptias præcedant. 74. 75. 161. 172.
- BARBA presbyterorum. 196. 197.
- BASSINARIÆ Ecclesiarum. Vide supra in v. Baiull.
- Benedictio nuptialis. Vide matrimonium.
- Benedicendi non sunt secundò nubentes. 183. 184. 185.
- DE BENEFICIORUM provisionibus seu collationibus 554. 555. & seq. *
- Beneficiorum pluralitas. 554. *
- Beneficiorum iuramentum. 555. num. 4. *
- beneficia iuris patronatus. 557. num. 10. *
- De Beneficiorum locatione & alienatione, vide locatio, & alienatio.
- DE BIBLIOPOLIS. 571. num. 2. 572. num. 5. *
- DE BLAPHEMIA. 575. 576. *
- BONA Ecclesiastica occupantes seu inuadentes excommunicari. 102. 103. 104. 107. 108. & seq. usque ad 112. 533. num. 2. 547. n. 15. 16. *
- De inuentario rerum Ecclesie a beneficiatis faciendi. Vide inuentarium.
- De Interis originalibus documentorum & instrumentorum Ecclesiarum in Archivio reponendis, & alio non transferendis. 351.
- De rerum Ecclesiasticarum, beneficiorumve locatione & alienatione. Vide locatio & alienatio.

INDEX

C

- CALIX.** de factis calicibus 20. 22 298. 199
200.
- DE CAMPANIS.** 506. num. 24. 25. 27. *
- De Campanarum pulsatione,** ad salutationem angelicam dicendam. 243. 244. 245.
- CANONICI** Ecclesiarum Cathedralium quales esse debeant. 440. num. 1. *
- Non admittendi nisi sint** subdiaconi, aut qui in ea stantate, qua intra annum ad subdiaconatum promoveri possint, ibid. num. 1. *
- Canonicorum quæ ratio sedendi.** 440. num. 2.
- Ac in ceremoniarum officii que rituum observatione** 441. num. 3.
- Theologi canonici lectionibus, concionibusque laborant.** 442. num. 4.
- Pacis sint amantes, & si quæ lites oboriantur, illic terminentur.** 442. num. 6.
- Canonici studentes.** 442. num. 5. 501. num. 9. 10. 21.
- CANTILENAE lascivæ vetitæ.** 321. 322. 323. 354. 355.
- DE CAPELLIS.** 499. num. 1. 502. num. 12. 503. numero 13. 14.
- DE CAPITVLIS & canonicis.** 440. & seq. *
- In capitulis quid tractandum.** 443. num. 7. *
- Capitulum statutum.** 443. num. 8.
- Capitula exempta, concilij provincialis legibus obstricta.** 443. num. 9.
- CAPVTVM** Parochotum insignæ. 50. in medio. 40. num. 13. in fine.
- CARCERES** Episcopales. 538. num. 16. 539. num. 17.
- DE CASIBVS** Episcopo reservatis, non absolutis alij sacerdotes etiam regulares. 48. in medio & post medium. 52. 53.
- CATECHISMVS** Romanus populo explicandus. 4. num. 2. *
- DE CESSATIONE** à diuinis propter clericos capotes vel propter portitores litterarum curiæ Archiepiscopalis. 64. 65. 104. 105.

INDEX

- CHORAE** prohibita, 321. 322. 367. 368.
CHORVS clericis relinquendus. 357. 480. num. 5. *
Mulieres in Ecclesia extra eorum sedeant. 356. 480. num. 5. *
DE CHRISMATE sacro. 115. & seq. 467. num. 1. *
DE C BIS vetitis, & eorum dispensatione. 496. *
DE CLERICIS negotiatoribus. 25. 26. 305. 306. 307. 308.
DE VITA & honestate omnium clericorum. 112. 113. & seq. 189. 290. 291.
De Clericis Concubinas, aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspicio, domi detinentibus, aut alias incontinenter viuentibus. 116. 117. 327. 328. & seq.
De clericis arma portantibus. 133. 134. 315. 316.
De clerico alienæ Diocesis non approbando, seu recipiendo, sine litteris testimonialibus sui Episcopi Diocesis, 260. 261. 262.
De clericorum cum laicis conuersatione. 290.
De sæcularium conuuijs, a clericis non frequentandis. 290. 291.
De clericorum habitu & vestitu. 112. vsque ad 116. 289. 291. 293. & seq. 451. num. 3. & 4. *
De tonsura clericorum. 291. in fine 293. initio 294. in medio 296. in medio 297. 298. 299. 300. 452. num. 5. *
Clerici rebus sæcularibus ne se immisceant. 309. 310.
Nec laicis inserviant ibid. 309. 453. in fine 454.
Non sint iudices, aduocati, aut procuratores in foro sæculari. 309. 311. in fine 312. 453. num. 8.
Nec tabelliones, seu Notarij sæculares. 309. 314.
Non sceneratores. publicani seu leudæ aut pedaggi. exactores, non tabernarij publici neque aliud simile officium sæculare exerçant. 309. 313. 314. in medio
A sententia sanguinis abstineant clerici. 315. 316.
De ludis clericis prohibitis. 317. 318. 319. 452.
Clerici tabernas potatorias non adeant, nisi sint

INDEX

- viatores. 317. 320. in medio.
- De choreis; saltationibus, turpibus & amatorijs cantilenis, ioculationibus, aliisque clericis prohibitis. 321. 322. 323. 452. num. 7.
- De crapula & ebrietate à clericis vitanda. 324. 325. 326.
- De clericorum & mulierum cohabitatione vetita. 327. 328. 329. vsque ad 334.
- Clerici ne sint personati, neque pileos in Ecclesia sacerdotes deferant. 334.
- De clericis venatoribus. 341. 342. 343.
- Clerici coram iudice seculari non laigent. 453. num. 5. 536. num. 9. & 10. *
- Neque coram eo testimonium ferant, iurentve absque Episcopi venia. 534. num. 5. 536. num. 6. *
- DE CEMETERIORVM veneratione, & de his quæ in eis fieri prohibentur. 353. 354. 500. num. 2. & 4. 501. num. 7. 8. 502. num. 9. *
- Cœmeteria claudenda. 355. 502. num. 9. *
- De cœmeteriorum prophanatione. 506. num. 28.
- DE CÆREMONIIS Ecclesiasticis. Vide ritus.
- DE COLLEGIIS. 510. & seq. *
- COMMISSIONES vitandæ 354. post medium 355. 503. & seq. 386.
- DE COMMUNIONE paschali. 53. in fine 54. post medium 85. 86. INITIO.
- Adolescentes prius examinentur à Parocho antequam ad communionem admittantur. 204. 206. 477. num. 7.
- Eorum communicatio ne nimium differatur curet parochus. ibid.
- Qui non admittendi ad communionem. 204. 205. 206. 207.
- Communicantium in paschate nomina à paroco in librum referenda. 477. num. 3. *
- Qui non communicant in paschate deferantur ad episcopum. ibid. 477. num. 3. *
- Qui absuerint in paschate, doceant de facta communiore. 477. num. 5. *

I N D E X

- Post communionem vinum non calice, sed scypho populo præbeat. 478. num. 7. *
- Pro communionem nihil exigatur. 478. num. 9.
- CONCILIj provincialis decretorum publicatio, deque eorumdem observatione ac interpretatione. 580. 581. 582.
- DE CONCIONIBVS, & concionatoribus. Vide prædicationo.
- DE CONCVBINARIIS publicis. 216. 217. & seq.
- De clericis concubinas domi detinentibus. 327. 328. & seq.
- CONABVLATIONES in Ecclesijs vetitæ. 353. 403. 409. 410.
- CONFESSIO saltem semel in anno ab omnibus facienda. 85.
- Ad confessionem in festis solemnibus hortandus à parrocho populus. 53. 54. 208. 209. 444.
- Confessio proprio, & non alieno sacerdoti fieri debet. 217. 218.
- Confessio parochiani alieni non audienda. 212. 213. & seq.
- De confessione non reuelanda, deque pœna sacerdotis confessionis sigillum violantis. 220. 221. 222.
- CONFSSIONALIA. 473. n. 6. 7. 8. *
- CONFESSARIJ sacerdotes confessiones in Ecclesia audiant, non in priuatis aedibus. 47. in huc. 48. 49. 475. num. 10. *
- Induti superpelliceo vel romana camisia, 48. 49. in medio. 335. 336.
- Modestè se gerant in confessionibus excipiendis, nec in faciem confitentis maxime mulieris aspiciant. 48. 50. post medium. 51.
- A confitentibus nomina eorum cum quibus peccauerunt ne inquirant, neue absoluant, fures raptores, &c. nisi prius restituant. 225. & seq.
- Nec ab eis directè vel indirectè aliquid exigant. 473. num. 4. *
- De calibus reseruatim non absoluant sine licentia nisi in mortis articulo. 48. 51. post medium 52.

INDEX

vti se gerere debeant in a fornicatione excommunicati
pro debitis, vel offensa manifesta, in mortis articulo
confutatis 56. 57.

De scientia in confessorio requisita 210. 211.

De potestate ad abluendum in confessorio requisita
& de alienis parochianis non abluendis. 212. 213.
& seq.

De prudentia confessoriorum in interrogandis puellis
aliove circa peccata inuitata. 219. 220.

Ex poenitentis inuictis quidpiam sibi non applicent,
neque sibi dari patienti, etiam pro Missis 228.

De indultis apostolicis super indulgentiis aut faculta-
te sibi eligendi confessorem. 230.

De confessorio sceleris particeps. 231.

Quibus de rebus interrogandi, inſtruenti, & monendi
sunt, qui confitentur. 232. 233. & seq.

De poenitentia a confessariis imponendis. 239. 240.
241.

Confessiones non audiant etiam regulares, nisi sint ap-
probati. 473. n. 3. * 242. 242.

Confessiones audientes, indicem habeant librorum pro-
hibitorum, quem sæpe legant. 372. n. 4.

DE CONFIDENTIA, & CONFIDENTIARIIS. 353. 354. *

DE CONFIRMATIONE, & huius sacramenti administra-
tione. 189. & seq. 411. & seq.

Eius vis, & utilitas a parochio explicanda, & quo potif-
icium tenet. 472. B. 2. * 189.

Ut ab omnibus illud suscipiatur parochi cura. 471.
num. 3.

Adultis, vt de peccatis confiteantur, & ieiuni accedant
crucis cura 471. in fine 472. initio. 189.
170.

Confirmatorum aetas. 472. n. 4. * 190.

Confirmandi, & patrum, orationem dominicam, fidei
symboli in a decalogum, non ignorent. 472. n. 4. *

Confirmati esse debent, qui suscipiunt in confirmatio-
ne 472. n. 4. *

Tur e nonen habentibus in confirmatione mutandam
472. B. 5. *

INDEX

- Confirmatorum bendelli seu vitæ. 191. 192. 193.**
Confirmati, & compadres in librum a parochio referendi. 472. n. 6. *
DE CONFRA TERNITATIBVS, & sodalitiis, earumque reformatione. 365 & seq 524. & seq. *
De confraternitatibus, sine Episcopi licentia non erigendis. 370. 371. 524. n. 1. *
Confratriarum ornamenta vasaque sacra in laicorum domibus ne remaneant, sed in ecclesia. 367.
De confraternitatum baiulis. Vide in V. matricularii.
CONFRA TERNITAS SS. Corporis Christi in singulis parocciis instituenda 476. in fine 477. initio. *
De confratriarum officiis, missisque diebus dominicis ac festis non celebrandis, dum diuina officia celebrantur, aut missa sollemnis seu concio fit in Ecclesia cathedrali aut parochiali. 524 in fine 525. *
CONVIVIA in Ecclesiis, aut cœmeteriis, fieri prohibita, 354. 355.
Coniugia confratriarum vetita. 367, 368. 526. n. 9. *
CORPORAL VM cura. 19 in fine 20. 193. in fine 194 (vsque
CRUX in medio cœmeteriorum. 502 n. 9. * {ad 193.
CRUX in medio altaris. 504. n. 17. *
Crucis signum ne in locis sordidis. 494. n. 5. *
CYRATI que scire, & docere debeant populum sibi commissum diebus dominicis, & festiuis. 1. 2. 398. 509. num. 2.
Doceant baptismi formam. 3. in fine 4. 174. 275. 479. n. 12. *
Frequenter celebrent. 40. 41.
Curent vt diuinum officium in suis Ecclesiis deuotè persoluatur. 42. in medio, 43. 44.
Inducant populum, vt missam audiant parocchialem, maximè diebus dominicis, & festiuis. 45. 46. 399. vsque ad 401.
Et vt poenitentia sacramentum frequentent. 53. 54. 208. 209 405 406.
Curent vt presbyteri qui obligatione missas celebrare debent, suo muneri fidei et satisfaciant. 480. n. 7.

INDEX

- Infirmos personaliter visitent, etiam non vocati, ipsi-
 que sacramenta ministrent.** 52. 444. in fine 488. in fine
 489. initio. *
- Excitent sæpe parochianos suos ad recipienda sacra-
 menta, maximè extremæ vnctiõis, hora opportuna,
 eorumque virtutes, & effectus ipsis explicent.**
 63. 64.
- Non admittant ad Ecclesiastica sacramenta eos, qui
 ex alienis parochiis ad suas commigrant, & se vxo-
 ratos dicunt, nisi constet de ipsorum legitimo matri-
 monio.** 78.
- Decimas, & alia iura ad Ecclesias suas spectantia pro
 viribus perant, & defendant, nec ab aliis vsurpari
 sinant.** 106. 108. & seq.
- De vita, & honestate curatorum.** 112. 113.
- Resideant personaliter in Ecclesiis suis.** 120. 121. &
 seq.
- Curatorum ædes. Vide domus presbyteralis.**
- Pro quolibet parcho defuncto officium mortuorum,
 & missam celebrent.** 151. 152.
- Festa, & ieiunia mandent.** 155.
- Ad prædicandum, vel confessiones audiendas regulares
 non admittant, nisi fuerint ab Episcopo probati, cu-
 retque, ne ab eis errores aut scandala in populum
 disseminentur.** 241. 242.
- Curati quos libros habere debent.** 339. 340.
- De iuramento à curatis præstando antequam animarum
 curæ præficiantur.** 395. 447. n. 8.
- De his, quæ à curatis populo proponenda sunt in, pro-
 natio siue palo.** 398. 399. & seq.
- Ad crebram confessionem communionemque populum
 incitent.** 444. *
- Catechismus romanum populo explicent.** 445.
 num. 2. *
- Nouorum suæ parochiæ inquilinorum mores, vitam, si-
 dem, &c. Diligentissimè explorent.** 445. n. 3. *
- Prædicent populo diebus Dominicis, & festiuis.** 446. *
- Vini sacramentorum, & usum explicent.** ibid. 446.
 465. *

I N D E X

- pauperum, & miserabilium personarum paternam curam gerant, & de his ad Episcopum referant. 445. n. 4. 446. n. 5. *
- Prædicas bis in singulas hebdomadas studiorum disceptationes instituunt, quibus omnes parochiæ clericis intersint. 446. n. 6. & 7.
- Curati ne exercent absque commissione Episcopi. 394. 395.
- Exemptioni renunciunt, antequam ad animarum curam admittantur 395. 447. n. 9.
- Vbi populus est numerosus nisi vnus non sufficit Rector adiungat curatus sibi alios coadiutores, & ad id cogatur. 448. n. 11.
- Ultra bimestre regulariter ne absint curati, & eo casu cum licentia in scriptis, & vicario approbato, & ex graui causa. 448 n. 12.
- Curatorum in igne quale. 50. in medio 442. n. 13. in fine.
- Curati etiam exempti, concilij provincialis legibus obstricti. 449. n. 16.

D

- D**ALMATICAM non induat diaconus aut subdiaconus super superpellicium, sed super albam. 289.
- DEAMBULATIONIS in Ecclesiis prohibita, diuini officij tempore. 353, 408. 501. n. 6.
- DE DECIMIS. 549. 550. *
- De decimis diligenter petendis. 106.
- Decimarum, & aliorum Ecclesiæ iniuriam usurpatores excommunicati. 107. 108. & seq. 349. num. 2. *
- De Defunctis, & cura pro illis agenda. Vide mortui.
- Defunctorum commemoratio. Vide mortuorum festiuitates.
- DE DENUNTIATIONIBUS, seu proclamationibus ante celebrationem matrimonij faciendis. Vide matrimonium,

INDEX

& banna.

DIACONI Eucharistiam ad infirmos non deferant, nec baptisent, nec sepeliant, nec alia peragant, quæ ad sacerdotis officium pertinent. 69. 70.

Tunicellam seu dalmaticam non induant super superpellicium, sed super albam. 282.

DIMISSORIÆ litteræ, vide litteræ dimissoriæ.

DIVINATORES. 128. 139. 573. n. 1. *

DOCTRINÆ Christianæ scholæ, & sodalitates. 502. 510. *

DOMVS presbyteralis. 130. 131.

E

DE ECCLESiarVM veneratione, cultu, ac nitore; deque his, quæ in Ecclesiis; ac cœmeteriis fieri prohibentur. 351. 354. & seq. 410. 411. 499. & seq. *

Mulieres à viris in Ecclesia segregandæ. 356.

De clericorum, & laicorum sessionibus in Ecclesiis. 357.

De Ecclesiarum profanatione. 506. n. 23.

Ecclesiarum refectio siue instauratio. 507. n. 12. *

Laicorum in Ecclesiis pernoctationes fieri vetitum, & cur. 145 & seq. 526. n. 8.

De Episcopis, eorumque munere, & officio. 41. & seq.

Officium Episcoporum quales deligendi. 432. n. 5. *

Massam, quam frequentissimè poterunt celebrent Episcopi, dominicis verò festisque diebus semper 432. n. 6. *

Orationibus, & Meditationibus vacent. 433. n. 7. *

Lectio, & studio sacrarum literarum incumbant 433. n. 5. *

Laicorum nimiam familiaritatem atque conuiuia vitent. 433. n. 8. *

Faciles ad euntibus se præbeant. 433. n. 9. *

Elemosynis dandis sint prompti, Elemosynarumque deputent 433. n. 10. *

INDEX

- Ægrotos inuisant, & consulentur. 434. n. 11. *
 Coepiscopis, aliquâ difficultate laborantibus vti subue-
 niant 434. n. 14. *
 Intra tres menses a prouisione consecrationis munus
 suscipiant, aliàs fructus amittant. 434. n. 13. *
 Iter facientes po ulo benedicant. 435. n. 15. *
 Vestes eorum quales. 435. n. 16. *
 Annulum vnum adhibeant, eo que semper vtantur. 435.
 n. 16. *
 Quales ieiuniorum diebus, & in Ecclesia vestes ab eis
 adhibendæ. 435. n. 17. *
 Picturas omnes, quæ prophanum aliquid redoleant, à
 suis domibus remoueant. 436. n. 18. *
 Mensa eorum sit frugalis 436. n. 19. *
 Lectio in ea, & qualis 436. n. 20. *
 Qui ad eam non recipiendi. 437. n. 21. *
 Confessarium habeant, & qualem 437. n. 22. *
 Familia in regenda Episcopi officium. 437. n. 23. 438. n.
 25. 4. 9. n. 7. 28. 29. *
 Familiars quales. 438. n. 30.
 Illorum qui vestitus. 439. n. 30. *
 Eidem familiæ qui præficiendus. 438. n. 26.
 Episcoporum munus præcipuum prædicatio. 455.
 n. 1. *
 Carceratos visitent. 538. n. 16. 539. n. 17. *
 EUCARISTIA, de his quæ ad sanctissimæ eucharistiæ sa-
 cramentum pertinent 19. & seq. 22. 193. 194. & seq. vsque
 ad 202. 476. & seq. Vide & in v. communio.
 De loco voti asseruanda, ac illius custodia. 22. 23. 476.
 n. 1. *
 Quomodo sit ad infirmos deferenda. 24. 25. 26. 27. 476.
 n. 2. *
 Post meridiem ad eos temerè ne deferatur. 477.
 n. 4.
 Eucharistia quibus deneganda. 204. & seq.
 Eucharistia si non semer, saltem vt plurimum ex pixi.
 de ministranda. 476. n. 1. *
 DE EUNUCHIS. 249. 250. 251.
 DE EXCOMMUNICATIONE. 527. 528. & seq. *

INDEX

- De excommunicatis ad honores seu officia non promouendis 88. 89.
- De his qui steterunt, per annum in excommunicatione 90. 91. 531. n. 12. 532. *
- De clericis, & aliis excommunicatis Ecclesiasticis, per tres menses in excommunicatione cum pertinaciamanentibus. 91. 93.
- De his, qui excommunicationis vinculo ligati, diuise ingerunt & Ecclesiam intrant, dum diuina officia celebrantur 98. 99. 100.
- De excommunicatorum pro debitis vel pro manifesta offensa absolutione in articulo mortis. 56. 57.
- De salutari poenitentia iniungenda iis, qui in excommunicationis vinculo diu steterunt. 101.
- EXECUTORES testamentorum. Vide testamenta.
- DE exemptis, & priuilegiatis. 578. 579. 580. *
- DE exequiis. Vide funus. & sepulture.
- EXPOSITI infantes. 468. n. 6. 511. n. 13. & 14.
- EXTREMA vnctio; de sacramentibus administratione & vti pro ea nihil à parocho exigendum. 63. 64. 448. 489. *
- EXTREMAE vnctionis sacramentum quibus dandum, vnde non. 244.
- Ad extremam vnctionem recipiendam hortandi iudicium. 488. in fine 489. *

F

- FALSARI sigilli vel litterarum curie Archiepiscopi, & Episcopi Tolosanæ. 141.
- DE Festis diebus, & de his que in iis fieri sunt vetita 385. & seq. 497. *
- DE Festiuitatibus, & ieiuniis mandandis, 155. in medio 196.
- DE Fidei professione. 415. 416. & seq. *
- Filii profiteri qui tenentur. 430. 431. 511. num. & 3. *
- DE fiduciariis, & simoniacis. Vide confidentia.

I N D E X

- F**
Focaria non retinenda. 328. 330. 331.
Fœminæ dum sacrum fit, ab altaris septis, & gradibus
accendant. 480. n. 5. *
Fœminæ nullæ in collegiis. 512. n. 7.
Puellarum scholis fœminæ præfint, non viri. ibid.
DE FONTIBVS baptismalibus. Vide in v baptismus.
DE FORO ECCLESIASTICO. Vide iurisdicção Ecclesiastica
DE FRATERNITATIBVS seu sodalitatibus. Vide supra con-
fraternitates.
DE funebribus, & exequiis. 492. 493. * Vide sepultura
Funus Episcopi. 492. in fine. 499. *
Funebres orationes. 493. n. 11. *

H

- DE HERETICIS.** 573. *
DE HORIS canonicis singulis diebus ab illis qui
vel obtinent beneficium, vel sunt in sacris constitu-
ti, attentè, & deuotè recitandis. 344. 345. & seq. 450
in fine 451. *
DE Hospitalibus, leprofariis, aliisque piis locis. 528
& seq. *
Hospitalium visitatio. 528. n. 1. *
Hospitalium administratores quales deligendi. 528.
n. 2. *
Quo adstricti sacramento. 529. n. 4. & 5. *
Quæ curare debeant. 520. n. 9. 10. 521. *
Administration rationes. 528. n. 3. *
Hospitalia quibus solum patere debeant. 529. n. 6. 520.
n. 7. & 8.
HOSTIARVM renouatio. 207.

I

- DE Ieiuniis mandatis.** 255. In medio, 256.
DE Imaginibus sacrorum. 494. num. 3. 6. 495.
n. 7. *

K

INDEX

- IMMUNITAS** Ecclesiarum. 357. 358. 413. 414.
DE Indulgentiis. 495. 496. *
INQUISITIONIS officium sacrum. 570. 571. *
IUDICES Ecclesiastici. 537. 538. 541. 542. *
DE Inventario rerum Ecclesie à beneficiato con-
 ciendo. 352. 345. n. 10. & 12. 346. num. 13. 356. num.
 & 8. *
DE Iurisdictione Ecclesiastica, & foro Episcopali. 53
 533. & seq. *
DE clericis, vel laicis qui trahunt clericos, vel rel-
 giosos coram iudice sæculari. 24. 25. 536. num.
 & 10. *
Iurisdictionem Ecclesiasticam impediētes. 104. 10
 413. 414. 533.
DE his qui falsant sigillum, vel litteras curiæ Archie-
 piscopalis Tolosanæ. 141.
Iurisdictionem Ecclesiasticam vendentes, vel locantes
 535. n. 7. 536. n. 8. *
Clerici coram iudice sæculari vocati. testimonium
 neferant: neque iurent absque Episcopi venia 534
 535. *
DE cessatione à diuinis, propter clericos, vel portitores
 litterarum curiæ Archiepiscopalis captos per po-
 testates sæculares, in iurisdictionis Ecclesiasticæ
 contemptum 64 65. vide, & p. 105. cùm de impediē-
 tibus iurisdictionem Ecclesiasticam.
IVS Canonicum in academiis legatur. 511. n. 5.

L

- L** AICIS ingredi chorum seu altaris ambitum, dum
 diuina officia peraguntur, prohibetur. 357. 410.
 n. 5. 504. n. 16. *
LAMPAS indefinenter ardens ante Escharisiam. 33. 24
 476. n. 1. *
DE Legatis pits. 420. n. 2. 548. n. 21. 577. 578. *
DE cetero aliis Vide hospitalia.
LETANIA seu litaniæ quare institutæ, & quomodo ce-

I N D E X

- lebrandæ. 402. 403. 404. 405.
DE Libris prohibitis, eorumque indice. 512. n. 571.
 572. *
LIBRI Rectoribus habendi. 339. 340.
DE Litanis seu processibus. Vide litaniz.*
LITTERÆ dimissoriae, quibus, quomodo, & quando
 concedendæ. 253. 483. n. 4 & 5. 484. n. 6. *
Litteræ queremoniales seu monitoriales. Vide moni-
 toria.*
DE Locatione rerum Ecclesiasticarum beneficiorum.
 ve. 542. 543. 544. 547. n. 17. 18. 548. *
DE Locatione fructuum Ecclesiarum oblationes quæ
 vulgo manualia dicuntur, non includantur.
 129.
LYDOS maxime theatrales in Ecclesiis aut Cœmeteriis
 fieri vetitum. 354. 355. 367. 502. n. 9. *
LYMINARI Ecclesiarum. 360. & seq.

M

- DE** Magicis artibus, & aliis religioni Christianæ
 contrariis. 573. 574. *
DE Magistris seu rectoribus scholarum. Vide scholæ; &
 collegia.
MAPPARVM mundities. 19. in fine. 20.
DE mappis altaris, eorumque lotionc. 196. 197.
DE Maticulariis, seu operariis Ecclesiarum, & con-
 fraternitatum earundem baiulis. 371. 372. 373. vide
 & 360. 361. 362.
DE Matrimonio. 487. & seq. *
DE matrimoniis clandestinis non contrahendis. 266
 267. & seq. vsque ad. 276. 487. n. 1. *
DE proclamationibus ante matrimonij celebra-
 tionem edendis. 74. in medio. 75. 269. 272. 273.
 274
Matrimonio iungendi confiteantur peccata sua, &
 ad Eucharistiæ sacramentum accedant 75. 76. 282.
 282.

INDEX

- De benedictione nuptiali à proprio paroco impendenda. 275.
- In Ecclesia, & non alibi, ab aurora ad meridiem. 48 n. 6. *
- De nuptiis clandestinè contractis. 73. in medio vel cum duabus mulieribus uiuentibus 73. 74.
- In gradibus prohibitis. 73. 74. post medium 487. n. & 4. *
- Ante legitimam aetatem 71. 71.
- De ignotis, & aduenis ad benedictionem nuptialem non admittendis. 78.
- De iis qui ad recipiendam nuptialem benedictionem alienas Ecclesias vel capellas aduent absque licentia rectorum. 77 n. 5 & 6.
- De coniugibus ante benedictionem nuptialem in templo suscipiendam, bannisque non editis, in eadem domo habitantibus. 79. 279. 280.
- De libro, seu registro matrimoniali à paroco conficiendo. 276. 277.
- Matrimonia non celebranda nisi in Ecclesiis parochialibus. 277. 278. 279.
- Matrimonio reuerentia debita, & ne in eo fiant risus ioci, &c. 281. 288. n. 7.
- De benedictione nuptiali secundò nubentibus non impertienda. 283. 284.
- De matrimonio sine consensu parentum non contrahendo. 286. 287. 288.
- De exterorum, & vagorum matrimoniis. 279. 280. Christiani, & catholici matrimonia contrahant, non cum hæreticis. 483. n. 5 573. n. 1. *
- De Medicis ægrotos uisitantibus. 229. 275. n. 12. 475 n. 21. *
- MENDICUM morbum simulantes. 521. n. 17.
- Mendici validi coercendi. 522. n. 18.
- Mendici vetè ægroti certo in loco elemosynis sustentandi. 523. n. 19.
- Vtili pasche tempore communicent, quod Episcopi studium. 523. n. 20. 21.
- MISSAE bis in die non dicendæ nisi &c. 23. vsque

INDEX

ad 33.

- Neque cum duplici introitu 27. in fine 29.
 Missam non celebret sacerdos, nisi matutinas, & primam dixerit. 33. paulo ante medium. 34.
 Missæ sacrum non faciendum nisi in altari consecrato 33. 35. 502. n. 11. *
- Non in domibus, vel in locis prophanis seu privatis. 33. 36. in medio. 37. 38. 39. 432. n. 6. 479. n. 3. *
- Missæ sacrificium raro facientes. 40. 41. 42.
 Ne sacerdos missam celebret, dum dicitur missa parochialis, aut sit sermo in Ecclesia parochiali. 202. 203.
 Missæ votivæ diebus Dominicis, & festiuis, non celebrantur. 208.
 Ante finem missæ nemo discedat. 45. 46. 481. n. 10. *
- De sacro publico, & parochiali audiendo diebus Dominicis. 46. in medio. 47. & seq.
 Missam non celebret peregrinus seu extraneus sacerdos sine litteris testimonialibus sui Episcopi. 479. n. 2. * 260. & seq. nec sine licentia Episcopi Diocesani. 264. 265.
 Nec publicè, & notorie criminofus. 479. n. 2. *
 Clerici presbytero celebranti inferuentis habitus, & munus. 289. 480. num. 4. & 5. * Vide & pag. 20.
 Laici præcipuè femine sacrum audientes, ab altaris septis, & gradibus atqueantur. 480. n. 5. *
 Aperto semel capite, flexisque genibus missæ private intersint. 481. n. 10.
 Missæ primæ communia. 480. n. 6. *
 De cura parochi circa manus a presbyteris obligatione dicendas. 480. n. 7.
 In pronatio inter missarum solemniam nihil prophanum publicetur. 481. n. 8. *
 Missa matutinalis 481. n. 9. *
 Sacerdos, & omnes in altari ministrantes sint veste talari, & decenti induti, riteque tonsurati 289.
 Missæ parochialis celebratione tribus Dominicis nemo abst. 399. & seq.

INDEX

- Concionis tempore missæ non celebranda. 4.
num. 4. *
- Missæ omnes, & anniuersaria tabella in sacristia d
scribenda. 505. n. 21. *
- Missæ confratrarum nedicantur Diebus dominicis,
festiuis, dum celebrantur diuina officia aut missal
lemnis seu sit concio in Ecclesia Cathedrali, aut p
rochiali, 514. in fine. 525. *
- MONACHUS vide regulares.
- DE MONTALIBUS, earumque clausura, aliisque que
eas pertinent, 461. & seq. *
- DE MONITORIIS, & excommunicationibus. 527. 528.
seq. *
- DE MORTUIS, & cura pro illis agenda. 490.
seq. *
- DE MORTUORUM festiuitaribus. 149. 150.
- DE officio, & missa defunctorum pro quolibet recto.
seu curato defuncto ab vnoquoque parochio cele
branda. 151. 152.
- DE particularibus memoriis defunctorum quæ vulg
cantagia dicuntur, & quo habitu capellani eis int
resse debeant. 153. 154.
- DE missa secunda quaque feria à parochio pro mortu
celebranda. 490. n. 1. *
- Mortuorum regestum. Vide regestum.
- DE Mulieribus infantes ætatis anno nondum ex
pleto secum in lecto tenentibus, & opprimentibus
156. 157. 158. 159.
- Mulieres à viris in Ecclesia segregandæ. 356.
- Reliquis mulieres ne assideant. 494. n. 4. *

N

- NEGOTIATIO Clericis interdicta. 95. 96. 97. 305.
vsque ad 309.
- NOTARIJ Legata pia reueleat. 490. n. 2. 548 n m. 11.
577. 579. *
- NUNDINAE, & mercatus diebus festis. 386. 387. 301.

INDEX

NUM. 7. *

DE Nuptiis, & nuptiali benedictione. Vide Matrimonium.

DE Nutricibus infantes anno ætatis nondum expletos cum in lecto tenentibus, & opprimentibus. 156. vsque ad 160.

O

DE Oblationibus. 550. n. 5. *

Oblationes Ecclesiis fieri solitæ, quæ vulgè manualia dicuntur, à laicis non percipiuntur nec eis à rectoribus villo pacto elocentur. 129. 130.

Oblationum, & aliorum Ecclesiæ iurium vsurpatores excommunicati. 107. 108. 110. 111.

Laicis ad oblationem patenz osculanda ne præbeatur. 193. 199. 481. n. 10. *

OFFICIALES Episcoporum. 434. n. 5. Vide iudices Ecclesiastici.

OFFICIUM Diuinum in Ecclesiis parochialibus honestè ac deuotè fiat, non syncopando, aut inhonestè colloquia intermiscendo. 42. post medium. 43. 44

Presbyteri, & alij clerici qui diuinis officiis interfunt sint superpelliceo induti. 153. 154. 155. 355. 356.

Non confabulentur, nec deambulent rem, ore diuini seruit, sed psallant simul omnes. 35. 356.

ORA sacra, eorumque vasa. 15. & seq.

DE Operariis Ecclesiarum 350. 361. 362. 371. 372. 373.

ORATIONES Funebres in sepulturis. 493. n. 11. *

DE ORATORII. 499. 500. n. 2. 505. n. 25. *

DE ORATORII IN VIA SITIS. 508. *

DE ORDINIS sacramento. 482 & seq. *

Nemo per saltum promoueatur. 66. 67.

Nec ab alio, Episcopo, quam suo sine licentia speciali. 65. 68. 482. n. 1. *

Contiteatur, qui ad sacros potissimum ordines vult promoueri. 66.

Ordinandorum qualitates, ætas, scientia, mores, & c. 245. & seq.

INDEX

- Ab ordinibus qui remouendi, *ibid.* 245. 246. & seq. usque ad 253.
- De titulo ab ordinandis exquirendo. 254. 255. & seq.
- Promotis extra tempora vel ante legitimam ætatem vel sine Episcopi sui dimissoriis litteris sunt suscipi ipso iure. 482. n. 1. *
- Beneficiis item possunt priuari. *ibid.*
- De proclamatione requisita in iis, qui ordinibus suscipiendi. 482. n. 2. *
- Dominico die ordinationem præcedente processio agenda, populusque admonendus. 484. n. 7. *
- Pridie ordinationis diei, conuocatis ordinandis sermo habendus, & à quo. 484. n. 8. *
- Clerici ordinati certæ Ecclesiæ adscribendi, in quibus functiones obtineant. 485. n. 9. & 10. *
- In omnibus litteris testimonialibus ordinum suscipiendorum adscriptionis Ecclesiæ testificatio fiat. 485. n. 11. *
- Ordinati in librum ab Archidiacono referendi. 486. n. 13. *
- DE Ornamentis Ecclesiæ non alienandis. 160. 161.
- Sacerdotum, & altarium ornamenta omnia sunt munda. 19. & seq. 193. in fine. 194. 500. n. 2. *
- Ecclesiæ ornamenta, ne in laicorum domibus remaneant, sed in Ecclesia. 367.
- Prophanis vñibus ne inseruiant. 500. n. 3. 505. n. 23. *

P

- P**AROCIALIA iura vsurpantes, & occupantes communicati. 107. 108. usque ad 112.
- PAROCHIANOS Alienos ne quis absoluat, nisi de licentia proprii Rectoris. 212. & seq.
- PAROCHORVM Munus, & officium. vide curati
- Patena ad osculum pacis non deferatur. 198. 199. 487. n. 10. *
- PATRINI an possint esse presbyteri in baptismo, vel confirmatione. 10. & seq.
- PATRINIUM numerus, ætas, qualitas, ac obligationes.

INDEX

177. 178. 179.
Patrini & Matrinx quot in baptismo. 177. 178. 179.
 469. n. 5. *
- Eorundem ætas.** 177. 179.
Patrini quales, & qui esse non possint. 177. in fine 180.
 181. 182. 469. n. 10. *
- Patrinorum officium.** 178. 182.
DE PATRONATUS MIRE 167. 578. 569. *
- Patroni bona Ecclesiarum patronatarum vsurpatores,**
 & deridentes. 365. n. 4. 539. *
- DE PAUPERIBUS & Eleemosyna.** Vide mendici.
DE Peregrinationibus religiosis. 498. *
- DE poenitentia sacramento frequentando.** 207. 209.
 Vide confessio.
DE poenitentia publica publicè peccantibus iniungen-
da, 58. 59. vsque ad 62.
POENITENTIARIJ in Ecclesiis cathedralibus instituen-
- di. 443. n. 10. *
- DE Periuris.** 139. 140.
PORTIO Competens assignetur parochis nouis. 448. n. 10
DE Præbenda Theologica. 442. n. 4.
DE Præceptoribus, & ludi magistris. Vide scholæ, &
 collegia.
DE Prædicatione verbi Dei. 396. 397.
Prædicatores exempla pietatis præbrant. 454.
Prædicatio Episcoporum munus. 455. n. 2. *
- Ne quis prædicet sine Episcopi licentia nisi parochiale**
beneficium obtineat, 455. n. 2. *
- Non admittatur ad prædicandum nisi subdiaconatus**
saltem in ordine sit constitutus. 455. n. 2. *
- Ad prædicandum non admittantur regulares, nisi fue-**
rint ab Episcopo probati, deque cura pato hi ne ab
eis errores aut scandala in populum disseminentur.
 741. 342.
Prædicandi munus ab hæreticis resipiscentibus non ita
facile indulgendum 455. n. 3. *
- Prædicante episcopo nullus in vrbe cocionetur.** 455. n. 4.
Prædicationis tempore ne missæ celebrentur. 101d. 455.
 n. 4. *

I N D E X

- Quo tempore habenda conciones.** 456. n. 6.
Prædicationis defectu homiliæ patrum legendæ,
 cathecismus concilij Tridentini. 456. n. 6. *
Episcopi, alique concionib⁹ frequentes adsint. 457.
Prædicatores ne de concionum suarum mercede pa-
 scantur. 457. n. 8. *
PRESBYTERI Parocciæ omnes curato assistant in divi
 officij, diebus dominicis, & festiuis, superpellis
 induti 154. 155. 449. n. 14. *
De presbyteris peregrinis, seu alienæ diocesis vide
 v. sacerdos.
De presbyteris extraneis in aliena parochia non
 mittendis. ad Ecclesiæ emolumenta percipiendas,
 priùs per sex menses in ea residentiam continu-
 fecerint, eique inseruerint, 363. 364.
PRIVILEGIA vide exemptiones.
DE PROCESSIONIBUS rogationum. 402. & seq.
PROCLAMATIONES Matrimoniales. Vide denunciations.
PROFESSIO Fidei. Vide fidei professio.
PROMOTORES Episcoporum. 432. n. 5.
IN PRONA, dum missarum sacra fiunt, nihil propa-
 publicetur. 481. n. 8. *
IN PRONA seu palo, quæ proponenda populo per face-
 dotem parochialem. 398. 399. & seq.

Q

- DE QUÆSTORIBVS** sine litteris Episcopi non
 capiendis. 131. 358. 359.
De quæstoribus in Ecclesia seu operariis Ecclesiarum
 360. 361. 362.

R

- DE RECTORIBVS** Ecclesiarum parochialium. V
 de curati.
DE Regesto seu libro baptizatorum à paroco haberi
 do. 172. 173. 470. n. 14.
DE regesto seu libro matrimoniali à paroco con-
 ciendo. 276.
DE regesto decedentium seu mortuorum. 385.

INDEX

- RELIGIOSI patrum esse non possunt. 177. in fine 180.
- Regulares, peregrinos sacerdotes ad divina faciendâ,
vel sacramenta ministranda, sine sui Episcopi litte-
ris testimonialibus admittere vetantur 479. n. 2. *
- A casibus Episcopo reservatis non absoluant. 43. sra
post medtum 52. 55.
- Ad prædicandum, vel confessiones audiendas non ad-
mittantur, nisi fuerint ab Episcopo probati: deque
cura parochi, ne ab eis errores, aut scandala in popu-
lum disseminentur. 422. 242. 473. n. 3. *
- Censuras, & interdicta ab ordinariis promulgata man-
dâte Episcopo publicare, & servare debent. 579. n. 2. *
- Tenentur ad observantiam dierum festorum ab Epi-
scopo præceptorum. 579. n. 3. *
- Ad publicas processiones compelli possunt 579. n. 4.
- DE Reliquiis sanctorum. 491. 494. *
- Reliquiæ ab episcopo recognoscendæ. 493. in fine. 494. *
- Recognoscantur in librum describendæ, in archivio episco-
pali asservandæ. 494. n. 2. *
- Claubus quot occludantur, & à quibus retineantur.
494. n. 2.
- Tabellæ affigantur. 494. n. 4.
- Non ostendantur nudæ, ibid. *
- A laicis eæ non tradantur, nec ab iis in processibus
deferendæ, ibid. 494. n. 4. *
- Reliquiis mulieres non assideant. 494. n. 4. *
- Reliquiæ dirutatum Ecclesiarum quo transferendæ.
507. n. 0.
- REPARATIO Ecclesiarum. Vide ecclesia.
- RESIDENTIA. 110. 121. 122. 123. 558. 559. & seq. *
- DE Rentis seu particularibus memoriis defunctorum
153. 154.
- RITVS, in rituali codice præscripti, adhibeantur in
divinis officiis. missarum celebratione, ac sacramen-
torum administratione, 337. 338. 435. n. 14. 466. n. 3. *
- ROGATIONES vide letanix. Quando, & quomodo cele-
brantur. 401. 403. 404. 405.
- Rogationum processiones. ibid.

INDEX

S

- SACERDOTES** Dominicis festisque diebus celebrant. 450. n. 1. *
- Intra tres menses à sua consecratione celebrent.** 454 num. 11.
- De sacerdotibus peregrinis seu alienæ diocesis non approbandis, seu recipiendis, sine literis testimonialibus sui episcopi diocesani.** 260. 261. 262.
- De sacerdotibus extraneis seu peregrinis, ad sacramentorum administrationem, missæ sue celebrandæ non admittendis, sine licentia episcopi** 264. 265. 472. n. 2. vide. & sup. pag. 260. & seq. in notis.
- De Sacramentis gratis administrandis.** 170. 171. 378. 466. n. 2. *
- In sacramentorum administratione adhibendi ritus seu cœremoniæ in rituali codice præscripti.** 337. 338. 466. n. 3. *
- Sacramenta à proprio parochio recipienda.** 408.
- Episcopi, & parochi cum sacramenta ministrant, eorum vim, & usum populo explicent.** 465. n. 1. *
- De his qui ad alienas veniunt parochias commorandi causa, & se uxoratos dicunt, ad sacramenta ecclesiastica non admittendis, nisi constet de ipsorum legitimo matrimonio.** 78.
- De Sacristia.** 504 n. 19. 505. *
- Sacristiæ præpositus.** 505 n. 23.
- De Sanctimonialibus.** Vide moniales.
- De Scholis ad eruditionem inuentis, ac scholarum magistris.** 512. 513. *
- De Scholis publicis in singulis parochiis.** 349. 350. scholæ in ecclesiis. 501. n. 5. *
- De scholis, & sodalitatibus doctrinæ christianæ.** 501. 510. *
- De Seminariis.** 514. 515. & seq. *
- De Sepulchris seu tumulis defunctorum.** Vide sepultura.
- De Sepulturis, seu de cura pro mortuis agenda; deque sepulchris, exequiis, & funeribus.** 450. & seq. *

INDEX

- Sepulturæ honor intra ecclesiam non omnibus indi-
 criminatum concedendus. & quibus. 80. 81. 82. 491. n. 5. *
- Sepulturæ locus cuius auctoritate dari possit. 81. in
 fine. 82.
- De defunctorum corporibus è suis domibus non extra-
 hendis sine præsentia rectorum. 83. 84. 375.
- Nec ad aliam Ecclesiam quam parochialem deportan-
 dis sine licentia eorumdem rectorum. 83. 84. post me-
 dium.
- Deneganda ecclesiastica sepultura eis, qui semel in an-
 no confessi non fuerint, vel Eucharistiæ sacramen-
 tum non sumpserint, de quo monendus à parcho po-
 pulus. 85. 86. 381. 383. post medium.
- Rectores ne patiantur, defunctorum corpora ad eccle-
 sias religiosorum mendicantium ad sepeliendum
 deferri, nisi plenè ipsis constiterit, eos inibi suam
 elegisse sepulturam. 86. 87.
- De locis, ubi speliendi sunt mortui regulariter. 375. 376.
- Et quid de eo qui ruri decedit. ibid. 376.
- Quocunque loco quis sepeliatur canonica portio de-
 betur ecclesiæ parochiali. 376. 377.
- De his, quibus deneganda est ecclesiastica sepultura
 380. 381. & seq.
- Defunctorum corpora noctu non sepelienda. 87. 88.
 490. n. 3. *
- Funeralium seu iurium ratione sepulturæ ad ecclesias
 parochiales spectantium vsurpatores excommunica-
 ti. 107. 108. 109.
- Vsurariis deneganda Ecclesiastica sepultura. 135.
- Pro sepultura nihil exigatur. 170. 171. 378. 379.
- Sepultura simplex sit, & modesta, & uti de eo instruen-
 dus à parcho populus. 373. 374. 375.
- De excommunicatorum cadaueribus exhumandis.
 481. n. 4.
- Sepulchra humi omnia exadificanda, & non supra soli-
 planitiem attollenda. 491. n. 5. *
- Sepulchris nullæ inscriptiones apponantur, nisi fuerint
 probatæ, & a quo. 491. n. 6.
- Sepulturæ, ne fiant prope altaria. 491. n. 5. Vide in no-

INDEX

- tis ad Conc. prouinc.
 Mortuus ante quam horam non sepeliendus. 491. n. 10.
 Funeris seu exequiarum causâ pactiones prohibita.
 492 n. 9. *
 Scilicet in funere qualis. 493. n. 7. *
 Personæ miserabiles, quæ Ecclesiarum sumptibus se-
 peliendæ. 497. n. 8.
 De Simonia, & Simoniacis. 551. & seq. *
 SODALITATES Doctrinæ Christianæ. Vide scholz.
 De Fortilegijs, & diuinis. 138. 139. 573. n. 2. *
 SVPPERPELLICIO Indutus esse debet qui altari deseruit.
 20. 389. 480. n. 4. *
 Vti & presbyteri, qui diuinis officiis intersunt, aut
 confessiones audiunt. 151. 154. 155. 335. 336. 449. n. 14. *
 De Superstitionibus eradicandis. 174. n. 5. & 6.
 Synodo Diocesana qui interesse teneantur, & quo
 habitu. 123. 124. 125.
 A synodo absentium mulcta. 126. 127.
 Synodo, qui interesse non possunt, excusationem mit-
 tant. 127. 128.
 De synodalijs statutis à quolibet parochio habendis
 & seruandis. 62. 162. 163.
 De synodieuocatione, introitu, & solemnibus 389. 390.
 A Synodi introitu, & celebratione laici arceantur. 390.
 A synodo non discedendum, nisi ea finita. 390. 391.
 Synod^o diocesana bis in anno celebranda. 391. in medio
 & enientes ad synodum statuta synodalia afferant, &
 præ manibus habeant. 393.
 Ad synodum venturi sacerdotes quid prius curare de-
 beant. 393. post medium.

T

- D**E TABERNACULO, in quo sanctissimum asseruatur
 sacramentum. 476. n. 1. *
 De Testamentis, & legatis pijs. 577. 578. *
 Testamentorum executores, vltimas testantium vo-
 luntates fideliter, & diligenter adimpleant. 412. 413.
 Theolegalis praebendati, officium. 442. n. 4.
 De Titulo clericorum ad subdiaconatus ordinem pro-

INDEX

- mouendorum. 254. 255. & seq. 486. n. 12. *
 DE TOPICIS clericorum vide v. clerici.
 IN MULI HUMO ALTIORES VETITI. 491 n. 5. *
 DE TYPOGRAPHIS. 571. in fine 572. n. 3. & 5. *

V

- DE VASIS oleorum sacrorum. Vide sup. in v. olea
 sacra.
 De vasis ecclesie non alienandis. 160. 161.
 VENATOR Clericus. 341. 342. 343.
 VENTIVM luxus in mulieribus à parochio corrigendus. 409.
 DE Vicariis foraneis. 457. & seq. *
 DE Vigiliis sanctorum, & vt in iis laicos in Ecclesiis
 pernoctare sit veritum. 145. & seq. *
 DE Visitatione. 562. 563. & seq. *
 Visitatio episcopi munus præcipuum. 562. *
 Ab eo quotannis facienda. ibid. *
 Eo impedito per quos alios. 563. n. 3. 4. *
 Visitantium famulatus. 563. n. 5. *
 Visitatori duo tantum fercula præparentur. ibid. *
 Visitationis ordo, & quibus de rebus in ea potissimum
 sit inquirendum, 564. 565. n. 7. 8. & seq. *
 Visitante episcopo nil detur, nec accipiatur ab iis,
 qui sunt de familia episcopi. 141. 145.
 Nec episcopi secretarius quidpiam exigat, nec vllum
 munus etiam sponte oblatum, accipiat. 566. n. 19. 567. *
 DE Vntone Beneficiorum. 567. in medio 568. *
 DE Vniuersitatibus, & collegiis. 510. & seq. *
 DE Votis, & religiosis peregrinationibus. 498. *
 Vota leuiter non emittenda. 413.
 DE Vfuris, & vsurariis. 135. 136. 137. 576. 577. *
 Vsurariis manifestis deneganda ecclesiastica sepultura.
 12. 135. 381. 384.

FINIS.

ERRATA

PAG. 2. lin. ult. vide supra l. vide infra Pag. 4. lin. 3. feminal
 pœmnas Pag. 11. diœcesis, parœcus, parœcia l. diœcesis, parœca
 parœcia pag. 28 bueris l. verbis pag. 30. lin. 23. acti l. facti, pag.
 31. paratilis l. paratilis pag. 47. lin. 10. parœcis l. parœca
 pag. 55. lin. 11. coniecrat. l. de coniecrat. pag. 59. lin. 18. respobus
 l. rei publice pag. 60. lin. 24. in cap. l. in capite pag. 62. lin. 2. in
 cap. l. in capite pag. 64. lin. 8. dele vt præcipit synodus zolofana, &c.
 vsque ad illa verba qua de re, &c. pag. 108 lin. 16. iisdem verbis adde
 h. iohanne Doricens pag. 110. lin. 10. aurelianense adde concilium
 pag. 117 aurselanense l. aurelianense pag. 122 lin. penult. suta
 formam iuris videlicet l. iuxta formam iuris, videlicet pag. 123. lin.
 1. sequestrationem l. sequestrationem Ibid. lin. 2. nouella 57. can. 2.
 l. cap. 1. ibid. lin. 3. can. 3. l. cap. 3. pag. 133. lin. 12. diuertis pag. l.
 diuertis que pag. 135. lin. 5. & clementis l. l. & clementinis, pag.
 140. lin. 22. rtp. l. per pag. 142. lin. 22. virgils l. virgilius pag. 153.
 lin. 6 fascia l. fasciæ pag. 212. l. ult. exceptio l. exc. peto p. 214. l. 26
 armilla l. armilla pag. 236. lin. 5. erit l. erit pag. 237 lin. 4. post
 dele l. pag. 240. lin. 6 sanitas l. sanitas pag. 248. lin. 3. cooptare l.
 cooptare pag. 255. lin. 26. ordinandi l. ordinandi pag. 261. lin. 26.
 patribus l. patribus pag. 270. lin. 16. hi l. his pag. 285. lin. 7. aut
 aux pag. 294. c. non liceat 132. l. 32. Ibidem. lin. vlt. superfluitet
 superfluitate pag. 304. lin. vlt. religione l. religionem pag. 311. lin. 4.
 procuratores l. procuratores pag. 318. l. 27. prohibione l. prohibitionem
 pag. 323. lin. 17. in comœdiis l. in comœdiis ead. pag. lin. 9. sacer
 dotum l. sacerdotum pag. 332. lin. 12. Basileense l. Basileensi
 pag. 346. lin. 24. mente l. mente pag. 370. lin. 23. pronunciat l. pro
 nuntiat pag. 374. lin. 2. præcibus l. precibus ead. pag. lin. 26. parœca
 l. parœcis pag. 387. lin. 18. incendari l. incendari pag. 388. lin. 1.
 testa l. fella pag. 389. lin. penult. æstuali l. æstuali pag. 401. lin. 21.
 eucharistia l. eucharistia pag. 428. lin. 9. ventutus l. ventutus pag.
 428. lin. 4. necessariis l. necessariis pag. 445. in margine n. 3. parœcus
 l. parœcia pag. 452. lin. 12. sic l. sic pag. 469. in margine obseruandi
 l. obseruandi pag. 497. veiciantur l. reiciantur pag. 502. lin. 19.
 ex ædificationi l. exædificationi pag. 535. lin. 17. qualibus l. quilibet
 ead. pag. 535. in margine aufferum l. aufferum pag. 539. in margine
 n. 18. & 24. cap. 20. l. & sess. 24. cap. 20. pag. 540. lin. 21. epe *Histonum*
 l. appellacionum pag. 574. in margine diei aprilis l. die, i. aprilis pag.
 575. lin. vlt. in iunctum l. in iunctum pag. 579. in margine cap. 13. l.
 1. for. l. cap. 12. de regul.

